PA 6139.G7.K5 PR1

EAST LONDON COLLEGE
(University of London)

Department Classics.

Press Mark PA6139.G7.K5 20460.

Gallery 2 G7.K5.

GALLERY.

B. H. BLACKWELL LTD.
BOOKSELLERS
OXFORD

QMW Library
23 1166113 2

DATE DUE FOR RETURN

21 MAY 2001

21 MAY 2004

21 MAY 2004

WITHDRAWN
FROM STOCK
QMUL LIBRARY

PA 6139.G7.K5 KEI

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. II

PRISCIANI

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBRI I — XII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

20760.

PRISCIANI

GRAMMATICI CAESARIENSIS

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM

LIBRI XVIII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

VOL. I

LIBROS I—XII CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLV

EAST LONDON COLLEGE (UNIVERSITY OF LONDON)
5393.
1845

E
4
PA6139. G7
K5

AVGVSTO BOECKHIO

SACRVM

PRAEFATIO

Prisciani Caesariensis Mauri [1] aetas eo definitur, quod de laude Anastasii imperatoris anno fere p. C. n. 512 [2] carmen composuit. et potuit certe ad eandem aetatem spectare Cassiodorus, qui, cum 'ad amantissimos orthographos discutiendos anno aetatis nonagesimo tertio' [3], anno igitur fere 560 [4], pervenisset, iis de orthographia praeceptis, quae ex Prisciano excerpsit, haec praefixit: 'ex Prisciano grammatico, qui nostro tempore Constantinopoli Romae doctor fuit, de libro ipsius ista collecta sunt' [5]. neque per se his obstat, quod Iustiniani temporibus 'apud Constantinopolim' eum 'grammaticae artis profunda rimatum esse' narrat Paulus Diaconus [6]. vereor tamen, ne haec sententia non nisi illo Cassiodori loco nitatur, cum uno Dionysio Exiguo interposito ipsi Cassiodoro Priscianum ibi Paulus adiungat. ceterum partim ipsum partim auctores ex ipso oriundos, ut alii ex aliis deinceps pendeant, secuti sunt adiecta passim accuratiore temporis nota, quam nullius momenti esse patet, fontes rerum Germanicarum: Ekkehardus in chronico et Virceburgensi et universali [7] atque Sigebertus [8], historia regum Franc. mo-

1 v. Niebuhrium in praef. corp. script. hist. Byzant. tom. I p. XXXIV 2 cf. Endlicheri ad huius carm. v. 289 sqq. annotationem p. 75 ed. suae 3 Cassiod. de orthograph. p. 2277/8 P. 4 cf. Mansonis Geschichte des Ost-Gothischen Reiches in Italien p. 332 sqq. 5 Cassiod. l. l. p. 2318 P. 6 de gestis Longobard. I 25. ita rem sese habere constaret, si affirmari posset, quod nonnulli contendunt, Iulianum consulem ac patricium, quo suasore institutionum grammaticarum libros Priscianus edidit cuique eos dedicavit, epitomes novellarum Iustinianearum Latinae circa annum 556 concinnatae (cf. Bienerum Geschichte der Novellen Justinians Berol. 1824 p. 74 sq.) esse auctorem. at is si summas dignitates amplius triginta annis ante (v. infra) obtinuisset, haud ita nude 'vir eloquentissimus, antecessor civitatis Constantinopolitanae' in libris mss. nominaretur. qua vix certior videtur altera vv. dd. coniectura, eum Symmachum, cui opuscula de figuris numerorum et de nummis vel ponderibus, de Terentii metris et de praeexercitaminibus rhetoricis in corpus aliquod redacta inscripsit Priscianus, fuisse consulem a. 485 7 monum. Germ. hist. ed. Pertzius scriptor. tom. VI p. 24, 32 (Iustiniani anno 20); 140, 17; 143, 24 8 ibid. 315, 53 (a. 528)

nast. S. Dionysii [9], auctarium et Mellicense [10] et Garstense [11], annales et Leodienses [12] et Admuntenses [13] et S. Rudberti Salisburgenses [14].

Omnibus vero his testibus haud maior auctoritas tribuenda est quam vel subscriptioni interpolatae codicis cuiusdam Leidensis [15], quae Priscianum narrat obisse die kł Octb̃ indictione V Olybrio consule, vel Aldhelmi in epistula ad Acircium hariolationi [16], quae Osanni de Prisciani aetate disputationem [17] irritam reddidit. quamvis enim subscriptionis ipsius partem aliquam addat Aldhelmus [18], tamen numquam, opinor, confectus est codex ille XVIII grammaticae Prisciani voluminum, quae 'propriis palmarum digitulis calce tenus digesta' descripsisse fertur Theodosius, imperator ille calligraphus, anno scilicet 450 mortuus. Theodori nimirum nomen Aldhelmo fraudi fuisse olim exposui [19] idque et Bernhardii [20] et Iahnii [21] assensu comprobatum est.

Fl. enim Theodorum Dionysii [22] v. d. memorialem sacri scrinii epistularum et adiutorem v. m. quaestoris s. palatii manu sua in urbe Roma Constantinopoli Prisciani doctoris sui artem grammaticam per annos 526 et 527 descripsisse, docent subscriptiones codicibus Prisciani vetustioribus plerisque ad calcem librorum V. VIII. XII. XIIII. XVI. XVII, uni alterive in ipso quoque initio additae [23],

9 ibid. IX 396, 16 10 ibid. 536, 32 (a. 536) 11 ibid. 563, 3 (a. 535) 12 ibid. IV 10 (a. 533) 13 ibid. IX 571, 14 (a. 535) 14 ibid. 767, 5 (a. 535) 15 cod. Lat. Voss. F 36 v. Lindemanni ad Prisciani opp. min. praef. p. XV O. Iahnium Berichte der sächs. Gesellschaft der Wissensch. ph. hist. Cl. a. 1851 p. 359 cf. infra ann. 23 16 auct. class. ed. Maius V 598 Aldhelmi opp. p. 328 sq. ed. Giles. 17 Beiträge zur Griech. u. Röm. Litteraturgesch. II 147 sqq. 18 'ego' inquit 'Theodosius totius orbis imperator inter curas palatii hoc volumen propria manu descripsi' etc. 19 Monatsberichte der preuss. Akademie der Wissensch. 1847, 417 ein philolog. klin. Streifzug Berol. 1849 p. 22 sq. 20 Grundriss d. röm. Litteratur ann. 592 p. 671 ed. alt. 21 l. l. p. 358 sq. 22 Dionysium ? v. Iahnium l. l. p. 357 23 in vetustissimis, quae nunc supersunt, exemplaribus hanc inscriptionem non inveni. ex cod. Hamburgensi, quem ad saec. XI vel XIII refert Petersenius Gesch. der Hamburger Stadtbibliothek 1838 p. 206, eam affert Fabricius bibl. Lat. III 398 ed. Ern.; equidem eam vidi in cod. Turicensi C 37|280 saec., ut videtur, XI (cf. ann. 68. 110) et in cod. bibl. publ. Leid. Lat. 92, cuius saltem initium ad saec. pertinet XII. in illo sic legitur: 'incipit ars p̄sciani .u. eloquentissimi grāmatici caesariensis feliciter scripsi ego theodorus dionisii u. d. memorialis sacri scrinii epłarū et adiutor u. m. questoris in urbe roma constantinopoli die kl̄. octobris indiē. V olibrio u. c̄', in hoc: 'incipit ars prisciani eloquentissimi gramatici cesariensis scripsi ego theodorus dionisii u. d. memorialis sacri scrinii epłarū et adiutor u. m. questoris in urbe romana constantinopoli die kl̄. octb̃. indiē. V. olibrio const. a b c d e f g h ⁊ ceta'. uterque igitur parum differt ab Hamburgensi, nisi quod hic addit distichon, quod saepius alibi reperitur:

Me legat antiquas qui vult proferre loquelas;
Qui me non sequitur, vult sine lege loqui.

patet, ex ipso hoc titulo confictam esse subscriptionem cod. Vossiani, quam supra commemoravi

quas post alios[24] ediderunt et enarraverunt Osannus [25] et Lerschius [26], plenissime atque accuratissime Iahnius [27].

Studiorum in Priscianum collatorum et auctoritatis, qua statim usus est, testem praeter Theodorum et Cassiodorum tertium prodere licet Eutychem sive Eutychium, qui summis eum extollens laudibus discipulum eius se esse profitetur art. de verb. I 1, 8 [28].

Exemplar autem ex Theodori archetypo descriptum Aldhelmi († 709) aetate in Britanniam devenisse, non est quod miremur: vigebant enim ibi tum studia alibi fere intermortua, ut bibliothecae haud paucae libris Roma potissimum arcessitis compositae per saeculum septimum existerent [29]. vix igitur addendum est, nec Bedam († 735) caruisse notitia Prisciani, quem in libro de orthographia bis nominatim antestatur [30], nec Alcuinum [31], sub tempus mortis Bedae et ipsum in Britannia natum, et edoctum et postea docentem Eboraci, cuius bibliotheca secundum ipsius testimonium [32] continebat praeter alia:

Quid Maro Virgilius, Statius, Lucanus et auctor
Artis grammaticae vel quid scripsere magistri:
Quid Probus atque Phocas, Donatus Priscianusve,
Servius, Eutychius, Pompeius, Comminianus.

nec iuvat singula lectionis Priscianeae per hanc et per proximam aetatem vestigia passim sparsa anxie colligere - verbo igitur sufficiat indicasse a Dungalo, de quo infra iterum dicendum erit [33], et ab Agobardo [34] singulos eius locos commemorari -; id enim potius spectamus, ut indagemus, quomodo haec studia continuo quodam vinculo inter se coniuncta in ipsos libros nostros manuscriptos radices egerint. magis propterea oculos nostros in se vertit Hrabanus

24 v. Iahnium l. l. p. 355 25 l. l, p. 147 sqq. 26 Museum des Rheinisch-Westphäl. Schulmänner-Vereins III 1845, 265 sqq. in commentatione: Römische Diorthosen vom ersten Jahrhundert vor Chr. bis zum sechsten nach Chr. p. 229 — 274 27 l. l. p. 355 sqq. in comm.: über die Subscriptionen in den Hss. röm. Classiker p. 327 — 372. similem ab eodem Theodoro operam navatam esse Boethio ibidem adnotatum est p. 354 sq. 28 p. 2154 P. cf. Osannum l. l. p. 162 sqq. 29 v. modo Heerenium Gesch. d. class. Litt. im Mittelalter I 100 sq. Frid. Monium de libris palimpsestis tam Latinis quam Graecis Carlsruhae 1855 p. 22 sq. coll. p. 9 30 p. 2347. 2350 P., unde sua hausit Alcuinus de orthographia II 311 et 312 opp. ed. Froben. 31 v. Alcuini grammat. p. 2088. 2106. 2111 P. (II 272. 281. 284 opp. ed. Froben.) cf. ann. praeced. 32 de pontiff. et sanctis eccl. Eborac. v. 1553 sqq. (II 257 opp. ed. Froben.) 33 Dungalus floruit circa annum 823 v. Muratorium antiqq. Ital. III 815 sqq. 824 sq. Baehrium Gesch. der röm. Literatur im karoling. Zeitalter p. 372 sq. quemque laudat Tiraboschium, quorum rationes frustra evertere conatur Peyronus de bibl. Bobiensi p. X. Priscianum laudat in libro responsionum contra Claudium Taurinensem episcopum (bibl. max. patr. Lugd. XIV 206 cf. Prisc. lib. VIII § 37) ipsumque Prisciani codices possedisse memoriae proditum est v. Muratorium l. l. p. 821 sq. et infra p. XVII 34 Agobardus († 840) contra obiectiones Fredegisi in bibl. max. patr. XIV 276 cf. Prisciani ad Iulianum ep. § 3

Maurus, qui Alcuini olim disciplina Turonensi usus [35] tanti Priscianum fecit, ut ex eo potissimum suos de arte grammatica libros duos excerperet, quibus in editione operum Hrabani Coloniensi vel titulus praefigitur: 'excerptio Hrabani Mauri de arte grammatica Prisciani' [36]. haud igitur mirum, quod diligentem huic scriptori operam impendit Servatus Lupus, abbas Ferrariensis (natus circa annum 805, † non multo post annum 862) [37], qui ut a Hrabano eruditetur, Fuldae olim commoratus erat. quem doctrina Priscianea penitus imbutum fuisse demonstrant eius epistulae ad Adalgardum et ad Altuinum monachum datae [38], quibus ad quaestiones grammaticas et prosodiacas ab amicis ipsi propositas Prisciani auctoritate ubivis fere adscita atque ipsis eius verbis allatis respondet. facile igitur fieri potuit, ut ipse, rei grammaticae et studiosus et satis peritus et in aliorum quoque grammaticorum operibus versatus [39], contextui eius operam navaret.

Hunc igitur Lupum arbitror designari ab accurato 1) codicis bibliothecae imp. Parisinae 7496 (*R*), qui et ipse ad saeculum nonum pertinet, emendatore aequali (*r*) ad lib. VI § 77. qui cum persaepe deleat glossemata iam tum inter ipsa Prisciani verba illata, alibi etiam inter lineas, 'magistri glosa' [40], 'vetere glosa' [41] usus, interpretamenta addit, veluti l. commemorato verbis 'quomodo figuras et colores' superscribit: 'ideas ī formas q̄ inprudentia mente diuina cstiter quar instar corpora firmarentur'. eadem tamen deinceps lineolis subductis notat, addens: 'sed lupus de suo istā glosam deleuit'. satis igitur est credibile, ad ipsum Lupum pertinuisse illum, quem saepius hic emendator excitat, librum 'vetustum' [42]. ipse vero ille codex, membranaceus, formae quadratae, foliorum 249, post Prisciani artis grammaticae libros XVIII continet eiusdem de figuris numerorum, de metris fabularum Terentii, de praeexercitaminibus rhetoricis libellos, tum Rufini Antiochensis opuscula metrica, carmen denique de ponderibus et mensuris ἀκέφα-

35 v. Kunstmannum Hrabanus Magnentius Maurus p. 36 sqq. 36 Hrabani Mauri opp. ed. G. Colvenerius Colon. Agripp. tom. I a. 1627 fol. p. 28. Priscianeis, ex quibus fere solis liber prior compositus est, passim ibi immixta inveniuntur alia. libri alterius caput primum 'de vi ac varia potestate metrorum' ad verbum ex Diomedis libro III desumptum est inserto fragmento Suetoniano ex Isid. origg. VIII 7, 1. 2 petito. sequuntur deinde glossae verborum in Donatum maiorem etc. 37 v. hist. litt. de la France V 255 sqq. 38 ep. VIII et ep. XXXIV in B. Servati Lupi opp. ed Baluzius p. 26 sqq. 69 sqq. ed. alt. Antwerpiae 1710. laudat Lupus Priscianum vel in opere quodam theologico, collectaneo de tribus quaestionibus, l. l. p. 235 39 veluti Caprum affert ep. XX p. 41, Donatum ep. V p. 22, Donati in Terentium commentum Roma a Benedicto papa expetit ep. CIII p. 155 etc. 40 v. lib. XIIII § 2 41 sic ad 'cuspis' lib. VI § 66 add. 'uetus glosa summitas lanceae' 42 cf. lib. XIII § 25 XIIII 21. 37. 'alter' commemoratur lib. I § 50, plerumque var. lect. *r* indicat nota 'Aſ' vel 'Aſ $\overset{M}{\smile\!\!-}$', interdum etiam nota ʌ v. lib. X § 28. 38 XI 2

λον[43]. in margine superiore fol. 211 v literis fere detersis, ut non audeam affirmare, ipsum emendatorem supra commemoratum ea addidisse, quamvis mihi quidem ita visum sit, leguntur haec: 'Teotbt' monahcus scripsit et supscripsit non fecit bene'. utrumque exemplar et scriptoris et emendatoris ex Theodoriana recensione profectum esse, docent subscriptiones. pleraque menda, quae corrector, homo diligens ac sollers, emendavit, primae manus neglegentiae tribuenda sunt, quamquam non dubito, quin aliquotiens ex codice suo vetusto vitia ex ipso prioris scriptoris archetypo translata emendarit; ab arbitraria tamen correctione se fere abstinuit. variarum lectionum ab eo additarum in scriptore iam tum per scholas multifariam lectitato, correcto, glossis instructo non semper eadem auctoritas: in universum tamen libro *Rr* recensionis Theodorianae limpidiorem fontem inveni nullum, vetustiore uno tantum per exiguam operis partem uti mihi licuit.

Nam spes, quam Pertzio, viro illustrissimo, indice olim conceperam[44], fore ut inter grammaticorum Latinorum opera literis Merovingicis saeculo septimo scripta, quae bibliotheca monasterii S. Pauli in Carinthia custodit[45], inveniretur Priscianus, ea ad irritum redacta est, cum viro excellentissimo Prokeschio ab Osten, qui tum temporis legati Austriaci apud Borussorum regem vices obtinebat, sese interponente, codex eius bibliothecae, ut certe affirmabant monachi, Prisciani unus solus ad me delatus est saeculo duodecimo conscriptus, qui post opus aliquod liturgicum continebat libri septimi decimi artis Prisciani partem priorem satis vitiose scriptam[46].

Libri porro octavi fragmenta palimpsesta, quae inveniuntur sub foliis aliquot codicis 141 bibliothecae schol. med. Montepessulanae saec. VIIII rescriptis[47], ipso codice, ut videtur, haud multo vetustiora, diligentius examinare mihi non licuit, per ferias bibliothecae autumnales a medico satis moroso, qui his thesauris praepositus est, non sine aliqua difficultate ad id admisso, ut festinanter codices nonnullos inspicerem.

Vsus vero sum frustulis Parisinis saeculo octavo scriptis, quae continet notabilis ille et spectatus 2) bibl. imp. Parisinae codex 7530, olim Tellerianus (*P*), edito inde carmine de figuris et sche-

43 cf. catalogus codd. mss. bibl. reg. part. III tom. IV p. 366. vv. ll. locorum aliquot Graecorum a Prisciano citatorum ex hoc cod. edidit Theodorus Presselius Revue de philologie I 1845, 145—158 44 Monatsberichte l. ann. 19 l. p. 419 45 v. Pertzium Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde III 78 cf. analecta grammat. ed. ab Eichenfeld et Endlicher p. XXIII sq. 510 sqq. 46 [ipsas has plagulas corrigenti afferebatur epistula Fridegari Monii me certiorem facientis, se in illo monasterio vidisse codicem, saec. VIII Irice scriptum, quem inter 'tractatus diversos antiquorum grammaticorum' Prisciana quoque continere arbitraretur. at postquam librum a Monio indicatum liberalissime petenti mihi transmisit Ferdinandus Steinringerus, monasterii eius abbas reverendissimus, statim vidi, hanc spem iterum esse abiciendam. de ipso codice alias agendi locus erit] 47 cf. Librius Journal des savans 1842 m. Ian. p. 42 Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départemens I 337 sq. Keilius Monatsberichte der preuss. Akademie 1852, 159 sq.

matibus atque anecdoto de notis inprimis clarus [48]. legitur ibi a pag. 84 extr. — pag. 99 med. liber tertius ac deinde particula libri II (§ 22—26 init.), fol. 112r — fol. 117r [49] inter excerpta ex Charisio et ex Diomede deprompta pars libri XVIII (§ 55—126). haec ἀποσπασμάτια sequuntur textum a codice *R* et reliquis eiusdem familiae libris haud longe recedentem atque, quamquam singularia quaedam continet, ex eodem certe communi omnium, quotquot inspexi, librorum fonte, exemplari a Flavio Theodoro confecto, derivandum, ita tamen, ut codex eorum archetypus glossis et additamentis minus inquinatus fuisse videatur. nam saepe quidem is, qui fragmenta ista compegit, cum ipsius Prisciani verba tum locos scriptorum ab eo allatos vel omisit vel in brevius contraxit, ut saepe anceps haereat iudicium, utrum singula ob ipsum hoc brevitatis studium eiecerit sedulus ille magister an in codice suo non invenerit: aliquotiens tamen mihi visus sum hoc alterum satis tuto posse affirmare, veluti p. 57, 9; 83, 22; 85, 1; 86, 24; 90, 4. vel additamentum genuinum servavit hic liber p. 57, 23; certam econtra interpolationis speciem et ipse praebet p. 87, 12 sq. et p. 94, 1, quo loco eadem eaque emendatiora addita sunt in 3) codice Bambergensi.

Huius codicis (*B*) lectionum specimen ab Antonio Linsmayero diligenter confectum ante aliquot annos mecum communicavit Carolus Halmius; totum vero librum ut ipse conferre potuerim, id Raumeri, viri excellentissimi, ministri regii, comitati debeo, qua et hunc et Monacensem aestate proxima ad me transmittendos curavit. codex vero hic Bambergensis inter libros a me collatos proximum post *R* locum obtinet, ut aliquotiens vel solus genuinam scripturam servarit. est bibliothecae publ., olim bibl. eccl. cathedralis, Bamberg., signatus M. IV 12, membranaceus, formae maximae, foliorum 187, saeculo nono conscriptus [50]. fol. 1—182r continent Prisciani instit. gramm. lib. I—XVI, ut tamen uno quaternione deficiente incipiat demum a verbis 'ov corripientes' lib. I § 36; de aliis quibusdam lacunis cf. adnotationes ad lib. II § 38 IIII 2 VI 27 extr. VII 43. fol. 23v m. saec. ut videtur XI ad marginem ascriptum est: 'IVIBOLDVS. Vogo. Hicco. Rudgerus. & luizo. Adelg.' extrema folia praebent tractatum quendam de schematibus, de tropis, de metaplasmo imperfectum: singula ibi secundum Donatum exposita inveni, additis exemplis ex sacra scriptura petitis.

Priscianus vero 'Romanae lumen facundiae', 'communis hominum praeceptor' [51], 'Latinae eloquentiae decus' [52], totiens per omne me-

48 de vario eius argumento cf. H. Keilium in anecd. Paris. rhet. ed. Fr. A. Eckstеinius p. III sqq. 49 per alteram codicis partem paginae, per alteram folia numeris signata sunt 50 cf. Iaeckii vollst. Beschreibung der öffentl. Bibliothek zu Bamberg I p. LII et p. 130 n. 1033 51 Eutychius l. ann. 28 l. 52 Alcuinus grammat. p. 2106 P.

dium aevum descriptus est, ut nulla fere 'bibliothecula' eo aut olim caruerit aut nunc careat. pro certo equidem affirmarim, in universis Europae librariis institutionum grammaticarum ad mille codices servari. quorum quidem libros XVIII omnes pauci complectuntur, libros postremos duos XVII et XVIII 'de constructione' sive 'Priscianum minorem' itidem satis pauci, libros sedecim primores 'de octo partibus orationis' sive 'Priscianum maiorem' plerique. ipsa vero hac codicum mss. copia effectum est, ut cuivis fere scriptori complures codices ad manum essent atque ut singuli et ab ipsis antiquariis et a doctoribus umbratilibus magistellisque scholasticis variis lectionibus, interpretamentis, additamentis instruerentur. singulorum inde codicum originem et nexum persequi non licet.

Ex omnium tamen ceterorum librorum farragine emergunt nonnulli, qui ad recensionem quandam singularem et ipsam ex communi Theodoriani exemplaris fonte profectam a monachis 'Scotis' [53] sive Hibernicis descripti sunt.

Trium vero huius recensionis veterum, quae mihi innotuerunt, exemplarium [54], saeculo nono meo quidem iudicio conscriptorum omnium, 4) unum (*L*) nunc Lugduni Batavorum adservatur in bibliotheca universitatis publica, cod. Lat. 67 fol. [55], membranaceus foliorum 219, ex Germania eo translatus. nam d. 3 m. Aprilis a. 1583 nomen suum ei inscripsit 'Lazarus Schönerus, scholae Corbachiensis in comitatu Walticeensi rector.' tum Iani Gruteri fuit, cuius manu haec addita sunt: 'Iani Gruteri est. Helias Putschius habuit hunc librum commodato sed negligentius eo usus est ob scripturae difficultatem. infinita enim emendatius hinc edi potuissent.' incipit codex a Prisciani interpretatione periegesis Dionysii anepigrapha, omissis primis quinque versibus, cui fol. 7v subscriptum est: 'finit periegesis Prisciani.

Dubthac[h] hos uersus transcripsit tempore paruo
Indulge lector q̄ male scripta uides.

tertio idûs apriles	tribus degitis
tertio anno decennō cicli	tribus instrumentis
tertio die an̄ pascha	penna membrano
tertia decima luna incipiente	atramento ″trice
tertia hora post meridiem	trinitate auxilia'.

quae si ad ipsum nostrum codicem et ad saeculum nonum spectant, anno p. C. n. 838 hunc librum assignare videntur secundum calculum a Ferdinando Pipero, viro eruditissimo, meo rogatu institutum. fol. 8 glossas aliquot rhetoricas Graeco-Latinas et disputa-

53 de nomine Scotorum cf. quae congessit Zappertus l. ann. 75 l. p. 100 sqq. 54 [quibus quartum accessurum esse cod. S. Pauli nuper credebam. at v. ann. 46] 55 catalogus librorum tam impressorum quam mss. bibl. publ. univ. Lugd. Bat. 1716 fol. p. 328

tionem de Priscianea vocis definitione continet, ab alia manu additas. fol. 9r incipiunt Prisciani artis grammaticae libri XVIII, variis manibus conscripti. nulla tamen lacuna inter scribendum relicta omissa est libri duodevigesimi pars satis ampla eaque Graecis maxime referta a vocc. ὑμᾶς ἐνεργεῖν § 164 usque ad 'aliquid facere' § 296. minores defectus notati sunt lib. IIII § 38 V 56 XVI 15 XVII 159. exemplaris Theodoriani duo hic liber continet vestigia satis detersa in vocc. 'praeceptoris mei' et 'doctoris mei', quorum illa libri VIII, haec libri XIIII subscriptio servavit. in fine m. recentiore saeculi XII adnexus est Prisciani de declinatione nominum libellus adiectis scholiis, ex quibus haec delibare placet: 'Prisciani proprium nomen est auctoris huius libri. Grammatici nomen est officii. Cesariensis dicitur a caesarea cappadocie regionis. Tres sunt Caesaree ex nomine Caesaris dictae. uidelicet una est palestine. regionis. Alia philippi quam aedificauit ipse philippus suoque nomine et inperatoris imposuit ei nom. ut cesarea philippi; Tercia capadocie de qua iste dicitur cesariensis unde oriundus fuit et ibi multo tempore docuit. Postea ut quidam asserunt romae fuit. Vel secundum iohannem scottum cerariensis (*l.* Caesariensis) ideo dicitur propter dignitatem id est regalis.' talia atque his similia in aliis etiam libris passim leguntur.

5) Alterum horum exemplarium est codex bibliothecae Caroliruhensis 223 (*K*) membr., foliorum formae maximae 103[56], institutionum gramm. lib. I—XVI complectens. Theodoriani exempli memoria ad calcem lib. XII et XIIII suscitatur. ex monasterio Reichenaviensi codicem ortum esse, demonstrat titulus 'lib. Augie maioris'. cuius bibliothecae extat catalogus anno Ludovici imperatoris octavo, p. C. n. 822, confectus[57]. duorum tamen qui ibi laudantur[58] 'de libris Prisciani' codicum institutiones continentium alter 'de litera de syllaba et de octo partibus orationis lib. XVI et de constructione lib. V (*l.* II) in cod. I'; alter eosdem libros adiecto Pompeii in Donatum tractatu exhibebat. ad horum alterutrum pertinet fortasse Klockii ad Livium VII 3, 7 adnotatio, qui narrat apud Priscianum lib. V § 9 in 'Augiae vetustissimo ms.' 'nurano' legi pro 'Ruscino'. noster enim liber, qui, cum in fine mutilus non sit, ab illis certe diversus est, eo l. praebet 'nuscino'. crederem potius eum esse 'Prisciani de arte gramm. lib. I, quem Vragrat presbyter dedit'[59], Erleboldo abbate (a. 823—838) scriptum, nisi ibi potius unus ex duodeviginti artis gramm. libris quam unus codex sedecim librorum

56 cf. Zeussii grammaticam Celticam I p. XXXII sq.; scripturae specimen accurate depictum extat apud Silvestrium paléographie universelle tom. IV Paris. 1841 fol. tab. 10 57 ap. Neugartium episcopatus Constantiensis Alemanicus p. I t. I typis S. Blasii 1803 4. p. 536 sqq. 58 l. l. p. 542 sq. 59 l. l. p. 545

designari videretur. at circa idem fere tempus ex uno fortasse alterove illorum codicum liber noster descriptus est. adfuerunt autem sive ipsius sive archetypi eius librario duo exemplaria, quorum alterum Romanum fuisse docent adnotationes ad lib. I § 2. 7 II 35. quod per se mirum non est, cum Scotos Romam saepe peregrinatos esse librosque inde asportasse constet. at nunc Romae tam reverendae vetustatis librum frustra quaesivi. omnium enim qui ibi servantur Prisciani codicum saeculo decimo, cui assignandus est Vaticanus 1480, vetustiorem inveni nullum. at non patebat illo tempore bibliotheca Barberiniana, ubi 'vetustissimus' Prisciani codex dicebatur adservari [60]. sed ne hunc [61] quidem saeculum decimum excedere, postquam doctis bibliotheca illa reclusa est edoctus sum a Bethmanno, Brunnio, Ribbeckio, qui mea gratia eum inspexerunt.

Codices aliquot Sangallenses, qui anno 925, ut ab Hungarorum incursionibus servarentur, Reichenaviam delati erant, redditos non esse, narrat Ekkehardus [62]. ad hos libros Caroliruhensem nostrum pertinere, demonstrari nequit. at 6) in bibliotheca conventus Sangallensis tertium exemplar eiusdem recensionis extat, signatum numero 904 (*G*), membr., paginarum formae maximae 249. amplectitur Priscianum maiorem et minoris initium usque ad voc. 'naturaliter' § 67 p. 1068 P. [63] Theodori memoriam servat in subscriptionibus libri VIII et, ipso Theodori nomine addito, libri XII [64]. variorum qui eum conscripserunt librariorum unius nomen ascribitur in margine superiore pag. 157 a scriba illum excipiente: 'huc usque caluus patricius depinxit'. alterius librarii nomen coll. codicis pag. 194. 207 Zeussio fuisse videtur Dongus sive Donngus. ad hunc codicem et ipsum conscribendum duo exemplaria usurpata esse docet nota, quae pag. 89 legitur: '$\overset{a}{\text{I}}$ .i. in alia editione', quae ad additamentum libro V assutum videtur pertinere [65], eademque nota $\overset{a}{\text{I}}$ etiam alibi in variis lectionibus adferendis adhibetur, veluti I 233. 513 II 21. 25 Kr. ipsum autem codicem nostrum non sine veri specie cum

60 Blumii bibliotheca librorum mss. Italica p. 153: '1666. 1667. Prisciani grammatica. fol. cod. vetustissimus'. sunt autem libri duo, quorum hic ad saeculum XII pertinet 61 codicem 1666, nunc num. 97 signatum 62 Ekkehardi casus S. Galli ap. Pertzium monum. Germ. hist. II 105 63 de hoc libro accurate egit Zeussius l. l. I p. XIII sqq. cf. etiam F. Kellerum Mittheilungen der antiquar. Gesellschaft zu Zürich VII 81 sq. addito scripturae specimine tab. XI n. 2 64 libri XIIII subscriptio deest 65 in fine libri V pagina dimidia abscissa est, p. 88 col. b et p. 89 col. a continens. in ima paginae 88 col. a et p. 89 col. b legitur encomium Guntarii episcopi. in ima pag. 89 addita est illa nota, quae, cum p. 90 ab ipsa lib. VI praefatione incipiat, ut ipsi Prisciani textui nihil desit, mihi videtur indicare, in parte folii amissa illud additamentum ex alio quodam libro adiectum fuisse

esse censet Kellerus [66], quem inter libros ab abbate Grimoldo cum adiutorio Hartmoti praepositi sui per annos triginta et unum Ludovici Germanici et Caroli Crassi temporibus patratos laudat cod. S. Gall. 267 p. 27: 'grammatica Prisciani vol I' [67]. ipso enim hoc Grimoldo abbate Marcus, episcopus Scotus, eiusque nepos Moengalus Roma redeuntes monasterium Sangallense adisse ibique consedisse narrantur. pertinuerit igitur liber noster ad libros Marci, quos monasterio ab ipso donatos esse refert Ekkehardus [68].

Hi tres codices *GLK* ita inter se conspirant, ut pateat, eos ex eodem fonte ductos esse, ita inter se dissentiunt, ut alius ex alio descriptus esse nequeat. *G* tamen et *L* artiore propinquitate coniuncti sunt, *K* ad alterius familiae codd. propius saepe accedit. insunt tamen recensioni huic Scoticae hic illic genuinae doctrinae vestigia (v. modo lib. I § 7), saepe tamen communem exemplaris Theodoriani fontem, ex quo hos etiam libros manasse docent subscriptiones supra laudatae, relinquit. a Scotis vero scriptos esse hos libros demonstrant nomina scriptorum in *GL* commemorata, genus scripturae, glossae denique et interpretamenta Irica, quae iis ascripta sunt, ita tamen, ut Sangallensis copia eorum reliquos longe superaret [69]. tales libros etiam in ditissima monasterii Bobiensis a Columbano Hiberno conditi bibliotheca servatos fuisse constat [70], quos 'pro va-

66 l. l. p. 82 67 cf. Ratperti casus S. Galli ap. Pertzium monum. Germ. hist. II 70 68 Ekkehardi casus S. Galli ap. Pertzium l. l. p. 78. certe cod. noster non is est, in fine mutilatus, qui in catalogo bibl. Sangallensis saec. VIIII (cod. 728 p. 20) sic describitur:

'Libri prisciani de octo partibus XVI
Item eiusdem de constructione partium orationis libri II
Item ad Simachum de figuris numerorum liber. haec omnia in vol. I'.

ac similiter inde in cod. 267 p. 22: 'libri grammaticae artis XVI' etc. haec enim Weidmanni (Gesch. d. Bibliothek von S. Gallen p. 394 n. 548) sententia eo refutatur, recte adnotante Zeussio l. l. p. XIX, quod iste liber non in priorem illius catalogi partem inter 'libros scottice scriptos' receptus est. multo minus autem haec pertinent ad cod. Prisciani maioris Sangall. 903, qui quidem Ildefonso ab Arxio saeculum nonum superare, mihi autem non ultra saec. XI scriptus esse videtur. de omnibus his et de reliquis codd. Prisciani Sangallensium vicissitudinibus, quas hic perquirere longum est, cf. Weidmannum l. l. p. 394 sq. 421. 429. 436. codices duos, qui inde ad Turicenses pervenerunt a. 1712, Turici vidi in bibl. publ., alterum libros XVIII complectentem saec., ni fallor, XI (C 37|280 cf. ann. 23), alterum, fragmentum libros III — X continens, saec. X; tertium quendam eiusdem bibl. Priscianum maiorem s. XII descripsit Fritzschius in ind. lect. acad. Turic. a. 1848 aest. p. 10 sq.

69 de his glossis cf. cum Pottius die keltischen Sprachen in Gödekii Deutsche Wochenschrift a. 1854 fasc. 15 et in Hall. allg. Lit. Zeit. Intell. Bl. a. 1846 n. 4, ubi cod. Leidensis glossas ex apographo meo edidit, tum Zeussius gramm. Celt. ll. supra ll. et p. 964 sqq. 1010 sqq., ubi copiae cod. Sangallensis, Caroliruhensis quoque libri ratione habita, in lucem prolatae sunt 70 v. inventarium saec. X infra laudatum apud Muratorium antiqq. Ital. III 819 coll. p. 871 et inventarii a. 1461

ria eorum antiquitate vel a D. Columbano ex Hibernia vel a Cumiano ex Scotia aliisque anglis monachis allatos' censet Peyronus [71], eiusdemque bibliothecae catalogus saeculo, ut Muratorio visum est, decimo confectus inter libros a Dungalo 'praecipuo Scotorum' oblatos laudat Priscianum maiorem et duos Priscianos minores [72], quos suspiceris ex eodem fonte ductos fuisse, cui Scotici nostri *GLK* originem debent [73]. ubi autem et a quo haec recensio confecta sit, dicere nequeo. id unum addam, ne id quidem certum esse, num in ipsa Hibernia orta sit, cum natio Scotorum, 'quibus' ut ait vetus vita S. Galli [74] 'consuetudo peregrinandi iam fere in naturam conversa est', Italiam, Galliam, Germaniam, Helvetiam istis saeculis peragrarit indeque singula monasteria a Scotis passim obsessa commercio inter se non caruerint [75].

Cum ad hanc recensionem pauci tantum ex reliquis libri sese applicent, plerique ad alteram familiam pertinent, quae Theodori exemplar fidelius sequitur cuiusque testes locupletissimos esse vidimus libros nostros *RB*, ita tamen, ut alii ex illa recensione plus minusve in usum suum converterint, alii variis modis temere interpolati sint, omnes corruptionis deinceps sese insinuantis permulta offerant vestigia. quos omnes conferre et inutile fuisset et spatium vitae uni homini datum fere excessisset. neque omnium, quos vel ipse evolverim vel aliunde cognoverim, manuscriptorum Prisciani codicum catalogum in lucem edere operae pretium est. id unum addiderim, praeter fragmenta Montepessulana pag. XI indicata ex iis libris, quos inspicere mihi non contigit, prae ceteris virorum

conscripti cod. 89 p. 26 ed. Peyron. pone Ciceronis orr. pro Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta cum Peyroni adnotatione p. 188 sqq. 71 de bibliotheca Bobiensi comm. l. l. p. VI . 72 v. Muratorium l. l. p. 821 sq. coll. ann. nostra 33

73 complures saeculo X monasterii Bobiensis bibliothecae codices Prisciani fuisse docet catalogus supra commemoratus, ubi, ut de solis instit. gramm. libris loquar, praeter libros Dungali p. 820 consignantur libri Prisciani minoris II; in brevi de libris Theodori presbyteri p. 822 Prisc. mai. lib. I, lib. I Ysidori... et Prisc. minoris; porro lib. Prisciani min., in quo Caper et Agroecius et Alchoin habentur p. 823; item ibidem de libris fratris Smaragdi lib. Prisc. mai. I 74 ap. Pertzium mon. Germ. hist. II 30 cf. etiam monachi anon. Ratispon. vitae Mariani Scoti (act. sanct. Febr. II p. 365 sqq.) caput I 'Hiberni ad fidem conversi eam alibi praedicant', cuius extrema verba sunt haec: 'postquam ardens flamma spiritus sancti populos Hiberniae temporibus primitivae ecclesiae efficaciter perflavit, peregrinationem cambientes pro patria, ita in transmarinas regiones se praecipitaverunt, ut diversas Europae partes semotas praedicando perlustrarent' 75 de his rationibus cf. act. sanct. l. l. p. 361 sq. Rettigium antiquiss. quat. evangel. cod. SGallensis Turic. 1836. 4. p. XLIV sq., cuius libri notitiam Bernhardio (Grundriss d. röm. Litt. ann. 250 ed. et alt. et tertiae) acceptam refero, Kellerum l. l. p. 61 sqq., Zeussium l. l. p. XVI sqq., Zappertum über das Fragm. eines liber dativus in act. consessuum acad. Vindob. class. hist. phil. XIII p. 97

doctorum cura dignos videri libros duos saeculo nono conscriptos, cod. mus. Brit. Harlei. 2674, membr., quondam S. Nicolai prope Cusam, Prisciani gramm. libros XVIII continentem in fine mutilos [76], et bibl. seminarii Augustodunensis cod. ms. n. 40 *, qui libros sedecim priores complectitur [77].

Cum igitur haud multum interesse viderem, quosnam huius familiae libros inter eos, qui et vetustate et bonitate proxime ad codd. *RB* accedunt, praeter hos ad sensim gliscentes corruptionis progressus demonstrandos conferrem, duos potissimum eam ob causam elegi, quod altero, Bongarsiano (*D*), praeter Gruterianum, quem et ipsum in usum vocaveram, usus olim erat Putschius, alterum Halberstadiensem (*H*), quem Lutherium perperam dixit [78], ducem fere sibi elegerat Krehlius.

Eorum librorum 7) is, instit. gramm. libros complectens omnes, qui olim S. Basoli prope Remos fuit, tum Iacobi Bongarsii, nunc est bibl. Bernensis publicae cod. 109, membr., formae maximae. saeculo nono eum assignat Sinnerus [79], equidem a variis manibus non ante saeculum X scriptum esse censeo. exciderunt quaterniones II et XVIII signati (cf. ann. ad lib. I § 33 XIII 31), quorum tamen hunc m. haud multo iunior ita instauravit, ut extremam pag. unam et dimidiam variis excerptis ex patribus potissimum Ambrosio, Augustino etc. Tironianis passim notis utens explerit; unum fol. m. rec. additum lib. VII § 85, adiecto altero, quod medicamentorum formulis etc. refertum est. item lib. XVIII § 31 post vocc. 'cassa fraude parat' maiori parti paginae varia de epactis et curiales quaedam nugae notis Tironianis hic quoque admixtis inscripta: pag. deinde sq. ab alia manu continuatur Priscianus. ipsis eius verbis iam iam glossemata haud pauca inserta sunt, quae a libris optimis absunt: ad emendandum et, ut vere fatear, saepe vel ad corrumpendum librum alios codd. ad manus sibi fuisse testatur corrector ad lib. XVII § 72; alterius recensionis eum non expertem fuisse docet praeter alia additamentum ad lib. I § 7.

Ipsi saeculo X assignandus mihi visus est 8) alter codex inst. gr. lib. I—XVI, codice *D* paulo purior, quem ad nonum vel decimum saeculum rettulit Krehlius [80], ad nonum Hertzbergius [81]. servatur in bibliotheca gymnasii Halberstadiensis, signatus M 59, est membranaceus, formae quadratae mai., foliorum 261, satis accurate descriptus ab Hertzbergio [82]. ecclesiae cathedralis Halberstadiensis

76 a catalogue of the Harleian mss. in the British museum II 706 77 catalogue général des bibliothèques publiques des départ. I 22 sq. 78 v. Hertzbergium Archiv f. Philol. u. Pädag. VII 235 79 catalogus codd. mss. bibl. Bern. I 583 sq. 80 Prisc. opp. I p. X 81 l. in ann. 78 laudato 82 l. l. p. 232 sqq.; ipsam cod. collationem, quatenus ibi publici iuris facta est, neglegentius instituit

eum olim fuisse docent haec verba in tertio a fine folio: 'hoc maius volumen prisciani artis grammatice est beati stephani prothomartiris', cui teste eiusdem bibliothecae cod. 132 [83] fol. 1 Priscianus cum aliquot aliis codd. 'ad eruditionem scolarium' oblatus est a Marcuuardo diacono sancti Stephani in Halberstad. canonico, qui 'anno ab incarnatione domini M.C.XL.VII° apud trecas in burgundia VI° idus aprilis de huius uite ergastulo ad requiem migrauit et apud scm̄ lupum fideliter requiescit'. hic illic exciderunt folia, a m. rec. partim suppleta [84].

His addidi eiusdem fere aetatis eiusdemque pretii 9) fragmentum bibliothecae publicae Amienensis (*A*), quod et ipsum in catalogo a Garnerio confecto saeculo nono tribuitur [85], mihi a variis saec. X et XI manibus concinnatum videtur. constat uno quaternione artis gramm. initium exhibente usque ad 'navita' lib. I § 52 et tribus quaternionibus d e f signatis, quibus insunt libri IIII V VI usque ad 'eiusdem significationis' lib. VI § 43, nisi quod quat. e fol. 4 a b amisso periit pars libri IIII (§ 36 — § 50). ultimum quat. f folium (fol. cod. 30) praebet 'glosas minoris Prisciani', libelli sc. de nominum declinatione, qui et ipse sic nominatus est. in quinto denique quaternione (sign. VI^{h} *** - liturae ni f. inest num. III - fol. 31 — 38) lib. VI finis inde a voc. 'gaudium' § 77 et initium libri VII usque ad 'idem in secundo georg̃' § 27 literis consignata sunt.

Hi tres codices *ADH* ad ulteriorem textus historiam repraesentandam videbantur plane sufficere. apposui igitur per libros XVI priores plenam codd. et *RBDII* et *GLK* et, ubicumque aderant, *PA* variam lectionem. at ex ipsis his codd. etiam paulo ultra magistellorum operam in Prisciano sive emendando sive interpolando collocatam licebat persequi. nam nullus fere liber invenitur, quin a compluribus scriptoribus postea correctus, immutatus, interpolatus, variis lectionibus adiectis amplificatus sit. eorum igitur opera ut et ipsa dignosceretur ita effeci, ut literae minores singulis codd. notis respondentes *r*, de qua ante dictum, *bdhglka*, quibus perraro accedit *p*, has curas significarent. et *r* quidem ab emendatoribus recentioribus (*R m. rec.*)

Hertzbergius, quam decebat philologum ob eandem neglegentiam Krehlium theologum adroganter et acerbe vituperantem 83 'evangelia cum lectionibus per anni circulum ordinata'. quae inde supra relata sunt, ea humanissime mecum communicavit Theodorus Schmidius 84 v. Hertzbergium l. c. p. 233 sq.; addendum, quod etiam in fol. 1r a m. rec. perscriptum est ep. ad Iulianum datae initium; m. pr. fol. 1v incipit a verbis: '(vitu)perandum me esse' 85 I. Garnier catalogue déscriptif et raisonné des mss. de la bibliothèque communale de la ville d'Amiens, Amiens 1843 p. 347 sq.

ut discerneretur sedulo curavi; per reliquos libros singulos vastae huius farraginis auctores tuto seiungere non licuit.

Praeter hos codices multos etiam alios vel diligenter examinavi vel per aliquam partem contuli. nullum tamen inveni, qui genuinae lectionis fontem ab alterutra vetere recensione recedentem praeberet. passim igitur tantum, ubi ex re videbatur, testium supra dictorum numerum per hos libros auxi unius alteriusve istorum codd. lectione addita, ubi is vel aliorum testimonium fulciret vel singulare quid et notabile afferret. quo praeter codd. Romanos et 1) Vaticanum et 2) Barberinianum supra commemoratos pertinent:

3) cod. Monacensis *A*, de quo cum maxime loquar pluribus.

4) cod. Darmstadiensis 2190, bibl. olim Coloniensis 200, membr., formae max., librorum XVIII omnium, saeculo VIII assignatus ab Hartzheimio [86]; at hunc librum ex Caroli Lachmanni et Mauricii Hauptii, quos de eius aetate per dies conventus philologorum Darmstadiensis consulere licuit, consensu saec. demum XII tribuere non dubito. (*Darmst.* [a])

5) cod. Darmstadiensis 725 (olim $\frac{363}{452}$) instit. gr. lib. I — XVI, membr., formae quadratae, saec. XII, olim monasterii S. Iacobi Leodiensis. (*Darmst.* [b])

6) fragmentum Darmstadiense 2172, olim Coloniense 202 [87], membr., formae maximae, saec. XII, libros primores exhibens usque ad vocc. 'ut hic senatus' lib. VII § 91. initium et praefationis usque ad 'omnia fere' § 2 et libri I usque ad 'hae coniunctae' § 4 deficit. (*Darmst.* [c])

7) Caroliruhensis alter, 220, olim Reichenaviensis, membr., formae max., saec. XII. et huius et cod. *K* usum mihi paravit Baehrius.

8) Coloniensis, bibl. Wallrafianae, cuius libri usum Heimsoethii inprimis comitati debeo, itidem membranaceus eiusdemque et formae et aetatis. hi duo libri eo conspicui sunt, quod loci auctorum a Prisciano citati ex ipsis horum scriptorum membranis haud raro videntur esse emendati.

Neque his frequentius Krehlii codices, quos in utriusque tomi ed. suae praefationibus enumeravit, in auxilium vel propterea vocavi, quod eos nec satis plene nec satis exacte contulit, id quod praeter alia multa me docuit iterata libri Halberstadiensis collatio. ex reliquis eius codicibus eminet, saepe cum *r* conspirans, liber 'imperialis monasterii S. Maximini' Treviris, quem Heidelbergensem vocavit [88]. cuius notitiam haud paulo accuratiorem quam

86 catalogus hist. crit. bibl. eccles. metropolit. Coloniensis Col. Agripp. 1752. 4. p. 160 87 cf. Hartzheimium l. l. p. 161, qui saeculo X hunc cod. tribuit 88 v. Krehlii praefat. I p. XI sq. Reiffenbergium bulletin de l'acad. des sciences et belles

ex ipsa Krehlii editione petere mihi licuit ex collatione a Friderico Lindemanno, cui et ipsi a Friderico Creuzero codex transmissus erat, anno 1818 ad ed. Putschianam instituta, quam Henrici Keilii beneficio debeo. codex is membr., formae maximae, Halberstadiensi recentior [89], desinit in vocc. lib. XVI § 14 'nam equidem'.

Cum vero codd. supra memoratis ad recensendos libros priores sedecim apparatu large sufficiente instructus mihi viderer, secus res sese habebat in libris duobus de constructione emendandis, qui a vetustissimis et optimis libris saepe aberant, ut ex meis *R* et *D* soli plenos eos adderent, Graecis plerisque vel a *D* omissis. nam in *BHKA* libri illi omnino deficiunt, *G* ante librum XVII medium desinit, *P* particulam tantum libri XVIII eamque multis omissis imperfectam praebet, in *L* gravissima eiusdem libri pars intercepta est. alia igitur ad provinciam illam administrandam subsidia quaerenda erant, ex quibus verbis praesertim Graecis certum ubique medellae fundamentum substrueretur.

Nihil igitur exoptatius contingere mihi potuit, quam ut 1) in cod. bibl. Lugd. Bat. Voss. O (i. e. formae octavae, est autem potius quadr. min.) 12 (*V*)[90], membr., foliorum 72, saeculi VIIII vel X ineuntis, reperirem gemellum codicis *R*, ipsi haud imparem. qui quamvis ab initio mutilus - incipit enim demum ab '(ἀνα)στραφεὶς εἴην' lib. XVIII § 92 vel, si laceras duorum foliorum particulas adnumeres, ab 'homines dicere' § 86 -, tamen per eam servatus est libri XVIII partem, quae Graecorum auctorum reliquiis scatet. tres praeter folia modo commemorata quaterniones perisse, ut ab initio lib. XVIII cod. olim orsus sit, docent notae singulis deinceps quaternionibus additae. finem lib. XVIII (fol. 50r) excipit carmen 'REMI FAVINI DE PONDERIBVS ET MENSVRIS' (fol. 50r — 52v) et 'FORMATA EPISCOPORVM' (f. 52v, 53r); praeterea insunt Prisciani de figuris numerorum, de metris Terentii et aliorum comicorum, de praeexercitaminibus rhetoricis libelli (f. 61v — 71r), Rufini denique in metra Terentiana commentarii initium usque ad verba 'ne forte impru(dens)' p. 2709 P.

Contuli praeterea ad eosdem hos libros recensendos 2, 3) libros duos in membrana formae maximae scriptos, qui olim monasterii Neapolitani S. Ioannis de Carbonaria, nunc inter bibl. palat. Vindobonensis codd. phil. Lat. numeros CCCXLVII (*S*) et CCCXLVIII (*N*) obtinent, ab Endlichero accurate descriptos [91].

lettres de Bruxelles 1844, 387 sq. (ex schedis Wietheimii e soc. Iesu). Confluentiae, ubi cod. extare suspiceris - Goerris enim fuisse dicitur - coll. Pertzio Archiv VIII 24, frustra eum quaesivi 89 iudice Krehlio l. l. p. XI 90 catal. bibl. Lugd. Bat. ann. 55 l. p. 386 91 catal. codd. phil. Lat. bibl. Palat. Vindob. p. 242 — 244 et p. 244 sq.

continet uterque Priscianum minorem saec. X descriptum, alter (*S*) post varias saec. X et XIII membranas conglutinatas f. 89r — 104, alter (*N*) post Prisciani volumen maius et ipsum saec. X. conscriptum f. 81v — 109v. deest tamen illi maior pars libri XVIII inde a vocc. 'clausus sit vel esto' § 74, hic per extremam partem inde a § 157 Graeca omnino omittit eo usque satis vitiose addita. utriusque libri lectiones, quamvis *N* singularia quaedam praebeat, corruptionis crescentis specimen potius quam emendandi instrumentum praebuerunt.

Aliquantulum maiore cum fructu usus sum 4) variis lectionibus ex cod. bibl. imp. Parisinae 7499 (*O*)[92] a Theodoro Presselio enotatis mihique concessis. hic enim liber, olim Puteaneus, qui praeter Prisciani de constructione libros saec. VIIII scriptos habet Engelmodi episcopi carmina, Prisciani *περιήγησιν*, Eutychem cum scholiis in fine mutilum, a puro et limpido fonte, ex quo *RV* manarunt, haud ita longe recedit.

Ex ipso illo fonte profluxisse 5) cod. Monacensem Lat. 280 *A* membr., foliorum formae max. 168, saeculi, ut equidem arbitror, XI[93], ipsum libri huius argumentum docere potest. duabus enim partibus codex constat: altera est Priscianus maior variis manibus conscriptus, altera eodem fere opusculorum corpore composita est, quod per optimos saeculi noni libros propagatum invenimus: continet enim Prisciani libros de constructione II (f. 107v — 160r), eiusdem de figuris numerorum, de metris Terentii, de praeexercitaminibus rhetoricis tractatus (f. 160r — 168v), in extrema denique pag. extremae parte initium commenti Rufiniani, in cuius vocc. 'Flavius Caper in artibus' p. 2707 P. desinit. ad Graeca sananda magnam eius esse utilitatem grammaticos docuerat Leonardi Spengelii 'index Graecorum locorum apud Priscianum quae extant ex codice Monacensi', quod pergratum 'supplementum editionis Krehlianae' Varroni suo adgregarat[94]. ac revera ad librorum *RV* praestantiam prope eum accedere probatum est collatione ab Ottone Heinio meum in usum sollerter instituta.

Ex eadem vero Spengelii commentatione[95] edoctus 'hanc alteram Prisciani partem quattuor codd. collatam ab Anglis insertam extare novae Scapulae editioni' i. e. Oxoniensi a. 1820 in lucem datae, diu hunc librum apud nostrates frustra quaesivi. qua de re cum etiam Fridericum Ritschelium literis adirem, is mihi rescripsit, eius libri folia quae desiderarem ex Anglia a Iacobo Bernaysio asportata esse. qui postquam precibus meis facile obtemperans folia haec

92 catal. codd. mss. bibl. reg. part. III tom. IV p. 367 93 X saeculi secundum Spengelium l. ann. sq. l. p. 603 94 M. Terenti Varronis de lingua Lat. quae supersunt ed. p. 599 — 658 95 l. comm. p. 604

mihi permisit inscripta: 'E Prisciani libro XVIII sive de constructione excerptum. — Vsus Latinus Graeco in omnibus partibus collatus', vidi iis inesse extremam lib. XVIII partem inde a § 157 emendatam cum ad libros, quibus et ipse usus eram, Lugdunenses et Gruterianum et Vossianum, tum ad editionis Basileensis exemplum, 'quod cum ms. a Scaligero collatum nunc bibliothecam Bodleianum ornat.' quodsi editor Anglus 'Scaligeri librum' ait 'a Putschio adhibitum esse, certis quibusdam indiciis deprehendimus', adiciendum est, ipsum Putschium et in auctorum syllabo narrare, ex Iosephi Scaligeri libro Graeca pleraque in libris *περὶ συντάξεως* esse restituta, et uberius in epistula ad Iacobum Bongarsium ipsi Prisciano suo praemissa [96] exponere, in ipsis his libris sibi inprimis usui fuisse, quae ex illustrissimi Scaligeri codice transcripta ad se miserit Cornelius van Dale, cognatus suus carissimus. conspirat collatio haec Scaligerana (*C*) plerumque cum codd. *RVM* lectionibus. paucis denique locis editor Anglus varias lectiones ab anonymo quodam excerptas addidit.

Sic etiam ad libros de constructione ad constantem optimorum librorum normam exigendos lectissimo codd. *RVMODLNS* (*PGC*) apparatu ornatus accessi.

Vix igitur quisquam harum rerum peritus vitio mihi vertet, quod largissima optimorum librorum supellectile fruens, editiones veteres eatenus tantum in usum vocaverim, ut, ubi quid citra libros mihi notos in iis emendatum viderem, id enotarem addito eius editionis titulo, ubi illam medellam scriptori primum invenirem adhibitam. non omnibus editionibus mé uti potuisse, quarum plenus apud Schweigerum [97] extat catalogus, vix est quod doleam: sola fere ed. Romana s. l. et a. ab Vdalrico Hanio typis impressa et editione Iuntina aegre carui.

Ex altera codd. familia, cuius princeps nobis est *R*, priores editiones quotquot in notitiam meam pervenerunt fluxerunt omnes. ad manus vero beneficio praesertim et bibl. univ. Lipsiensis et bibl. reg. Berolinensis fuerunt hae:

1) ed. operum a. 1470 sine l. (Venet. ap. Vindelin. de Spira) fol., in qua instit. gramm. ex libro bono satis fideliter expressae sunt, Graecis tamen omissis (*1*).

2) editionem hanc presse plerumque sequitur Veńeta altera a. 1472, (*2*) fol., ubi Graecorum magna pars ex libro satis bono, quamvis vitiosissime passim expresso, addita est. utramque Venetam commodavit bibl. Lipsiensis.

Haud longe certe ab iis recesserint edd. ibidem per proximos

96 grammat. Lat. auctores antiqui p. 53½ 97 Handbuch der class. Bibliographie II 2, 822 sqq.

annos procuratae, ut primus Benedictus Brugnolus aliquam operam in emendandis institutionibus posuisse videatur, qui rursum Venetiis a. 1485 in fol. Prisciani opera edidit eademque addito Ioannis de Aingre commentario 'summo studio et ingenti cura emendavit recognovitque' a. 1488. ex hac ed. ea expressa dicitur, qua uti mihi licuit, 3) Veneta a. 1492 fol. (3) et insequentes nonnullae: in universum haec haud longe ab antiquioribus Venetis recedit, alia emendata, alia pessumdata, Graeca passim iterum omissa sunt.

Quid praestiterit deinde ed. Mediolanensis a. 1503 equidem nescio. Venetae vero a. 1509 secundum ea, quae de hac editione memoriae tradita sunt, quin fidelem imaginem reddat 4) Mediolanensis a. 1511 fol. (μ), non dubito. atque harum quoque edd. a Daniele Caietano Cremonensi procuratarum tituli omnibus accuratissime emendatis gloriantur, modestius tamen in epistula ad Andream Mocenicum patricium Venetum data Caietanus 'ego vero' inquit 'hoc de me duntaxat polliceri possum loca graeca quae minus intellecta esse perspexero pro mea portione enodare conabor.' et nonnulla revera haud imperite correcta invenies.

Alia haud pauca non sine libris emendavit 5) Parisiensis (π) 'maiore accuratione in edibus Ascensianis | Ad idus Septemb. M.D.XVI' (fol. CXLIXv) monitu Petri Rosseti impressa in fol. min.: omnino tamen ne haec quidem a textu eo usque recepto longe recedit.

Nec Neapolitanae editionis a. 1520 nec Florentinae per heredes Phil. Iuntae a. 1525 in 4 impressae usus mihi concessus fuit. in hac secundum indicem 'omnia primum acri indicio Nicolai [Angelii] Bucinensis castigata mox ab Antonio Francino [Varchiensi] iterum recognita cum restitutione locis suis graecarum dictionum, quae antehac nunquam excusae fuerunt nunc primum in lucem edita addito indice copioso' [98].

98 cf. Bandinii Iuntarum typograph. annales Lucae 1791 II 199 sqq.; ex Antonii Varchiensis ad studiosos epistula editioni praemissa (ap. Bandinium l. l. p. 201 sq.) elucet, Nicolaum Angelium olim Prisciani praeceptionibus castigandis auctore Bernardo Iunta operam navasse, Graeca tamen omnia et Latina nonnulla omisisse 'exemplariorum' ut videtur Antonio 'penuria'. id cum animadvertisset Iunta, 'paratis quotquot habere potuit exemplaribus, tum hactenus excusis' ipsi Antonio eas dedit recognoscendas. 'nos ergo', pergit ille 'collatis more nostro in unum his exemplaribus perlectisque multis et graecis et latinis exemplaribus quorum testimonio Priscianus utitur ad praecepta sua comprobanda in libris de octo partibus orationis, quamplurima, ne dicam omnia, tum graeca tum latina in pristinam integritatem restituimus, libros vero de Constructione, quos librarii fere omnes, omnesque excusores, nescio qua coniectura, vel potius errore Prisciani cuiusdam minoris esse voluerunt, adeo inversos, typisque tam foede excusos, ut a barbaris haud facile quis dignoscat, et ob id nullus antehac legere sit ausus, quia sensus inde nullus eliceretur, ad eam formam redegimus, ut facile omnes bonarum litterarum studiosi tam graecarum, quam latinarum,

At his promissis eos non stetisse indicare videtur opp. Prisciani editionum omnium nitidissima, quae duobus annis post prodiit 6) Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Asulani m. Maio a. 1527 in forma oct. impressa (α). ea enim singulis Prisciani operibus enumeratis addit haec: 'quibus omnibus ad suum decus restituendis quantam adhibuerimus diligentiam, facile cognosces, si hanc nostram editionem conferes non modo cum caeteris editionibus, sed etiam cum ea quae proxime Florentiae ante hanc nostram facta est. et omnes in primis locos ubi graecum quod deerat, restituimus. in illis enim, sed et in multis aliis tantam differentiam deprahendes inter hanc et illam, ut illud musicorum sis dicturus *δὶς διαπασῶν*. Vale.' atque hic revera membranarum optimarum fide cum Latina tum Graeca ex constanti artis norma emendata et haec praeterea saepius inde suppleta sunt. qua de re fusius agit editor praestantissimus Donatus Veronensis in epistula ad artis grammaticae studiosos data, quae folio ipsum titulum excipienti inserta est. 'magnam' ait 'mihi exemplarium veterum, quae conferre possem, copiam fecit Andreas Asulanus, cuius officina librorum, satis iam diu studiosis omnibus nota est. Ita illis conferendis nullā (sic) mihi maiori adiumento fuit quam quod olim e Gallia Aldus Manutius magno pretio redemptum attulerat. Tanta huius Codicis tamque egregia de octo partibus orationis deque earumdem constructione dumtaxat bonitas atque integritas extitit, et alterius item vetustissimi de duodecim Aeneidos primis librorum carminibus, ut horum collatione tria haec sperem me ita restituisse, ut vel ipsum Priscianum hoc tempore vix putem emendatiora daturum'. quae si nimis exaggerata videantur, nemo tamen negabit, Donatum optimarum membranarum pretio recte aestimato et textu ad earum fidem sinceriter expresso atque haud raro bene emendato inter omnes Prisciani editores palmam meruisse.

Iure igitur suo editores insequentes pedetemptim fere eius vestigia presserunt. ed. quidem Badii Parisinam a. 1527 exeuntis non novi; impudentissime vero factum est, quod 7) ed. Coloniensis (κ), quae ipso anno proximo aere et impensa Godofredi Hyttorpii excusa est ab Euchario Cervicorno (MDXXVIII fol.) in ipso titulo sic sese iactaret: 'Iis omnibus quantum operae, et id quidem potissimum in graecis, quae fere deerant, restituendis adhibitum sit, tum liquido cognosces, ubi diligentius omnia haec introspexeris'. maximam vero bilem movet editoris Ar. [noldi] Vef. [aliensis] praefatio, qui 'videbis' ait 'plane nitidum, qui multis iam annis foedo neglectu squaluit, animadvertes castigatum, quem bis mille erroribus,

quum in his usus latinus elegantissime graeco collatus sit, hinc maximam utilitatem percipere possint'. anno 1554 Prisciani opp., anno 1529 'libri duo postremi Prisciani de syntaxi a Nicolao Angelio Bucinensi castigati' in typographia Iuntina recusa sunt.

atque eo amplius misere dilaniatum doluisti, experieris integritati, quoad fieri potuit, diligenter restitutum: à quo, luxatis sententiis, violata orationis sutura partim Graecis expunctis, partim ignoto charactere obrutis, vel crassa inscitia temeratis, manco, mutilo, discerpto, confosso atque plane exangui hactenus abhorruisti.' quae omnia secure translata sunt in 8) ed. Basileensem a. 1545. 8 (β), quae saepius deinde repetita est.

Octoginta demum fere annis post editionem Aldinam 9) Helias Putschius grammaticorum Latinorum corpori concinnando intentus criticam Prisciano operam admovit [99]. qua in re praeter libros supra laudatos et ad nostram quoque editionem adhibitos, Gruterianum, Bongarsianum, Scaligeranum, cum aliis et Iani Gruteri et Iacobi Bongarsii tum Davidis Hoeschelii et Conradi Rittershusii libris adiutus est, quos tamen omnes illis inferiores fuisse, ex ipsis fere praefationis verbis apparet [100]. his subsidiis non ea, quam speres, constantia usus est Putschius et ipse Aldinae potissimum editioni innisus, quamquam haud pauca, praesertim Graeca, emendavit. excusandus tamen est adulescens indefesso studio opus amplissimum moliens, quod singula non eadem ubivis accuratione et acrimonia administravit.

Krehlio igitur theologo, qui, postquam per duo amplius saecula iacuit Priscianus, eius edendi provinciam sibi imponi passus est, haud immerito succenseas, quod severa et iniqua de Putschio iudicia plus semel protulerit [101]. cuius tamen superbiae satis superque poenas olim dedit vir reverendissimus. nam postquam 10) duobus voluminibus Lipsiae annis 1819 et 1820 Prisciani opera edidit, libris sat multis, bonis paucis, ea quae philologum decet diligentia nullo usus, censorem quidem nactus est clementissimum eundemque adversus I. G. Schneideri criminationes patronum in act. lit. Ienensibus a. 1822 [102], praeterea vero, quantum equidem scio, adversa-

99 Grammatici Latini auctores antiqui ... opera et studio Heliae Putschii Hanoviae 1605. 4 p. 529 sqq.; Prisciani inst. gramm. explent pagg. 533—1214 100 'Ex Iosephi Scaligeri libro graeca pleraque in libris *περὶ συντάξεως* sunt restituta, in quibusdam tamen nos magis iuvit liber clariss. Gruteri, reliqua sunt ex libris Bongarsianis. Quaedam tamen etiam ex clariss. Davidis Hoeshelii (sic) et Cunradi Rittershusii IC. libris emendata sunt. Lacunae aliquot restant, quas ut speramus ex P. Petavii Regio codice quem his excusis accepimus, in Notis explebimus'. Bongarsianos ipse Putschius Graecorum auctorum verbis carere queritur; alter, qui Bernae in bibl. publ. asservatur (n. 326 v. Sinnerum l. l. I 585 sq.) et mutilus est et nostro recentior; qui sint 'libri Cl. Gruteri', quos ibidem laudat, nescio: in praefatione certe de uno eoque nostro agit cf. p. XIII. notas quominus ederet praematura morte Putschium impeditum esse constat 101 Prisciani opp. I p. XV. 139. 157. 185. 283. 569 etc. 102 n. 234—236 p. 409—432, quae censura, literis D. E. signata, a Friderico Lindemanno profecta esse dicitur. atque id indiciis quidem nonnullis confirmatur cf. tamen n. 236 p. 426, ubi censor Lindemannianam aliquam coniecturam refu-

rios invenit multos eosdemque partim acerrimos, laudatorem nullum, patronum unum Reinholdum Klotzium [103]. ego quae de libris a Krehlio ad editionem suam adhibitis dicenda erant, supra dixi, ubi recte in glossis praesertim non sine acumine indagandis et extirpandis rem administrasse visus est, eum, uti par erat, laudavi, litem intendere seni, qui haec studia diu reliquit, nec dulce mihi visum est nec utile [104]. immo gratias ei agam, quod eius opera effectum est, ut Godofredi Hermanni de locis aliquot difficilioribus sententia cum orbe literato communicaretur.

At multo magis gratiae iis viris agendae sunt, qui vel iisdem vel similibus officiis in opere perficiendo mihi ipsi affuerunt. cuius suscipiendi cum ante hos undecim annos consilium agitarem, primum acerrimus suasor mihi extitit Carolus Lachmannus; tum cum aestate anni 1844 ad conferendum bibliothecae gymnasii codicem Halberstadium profecturus essem, literis commendaticiis ad Theodorum Schmidium datis humanissime me instruxit Ioannes Schulzius, qui studia mea per omnem hunc annorum decursum fovit et, ubicumque occasio offerebatur, adiuvit. literis autem illis viri summi traditis a Schmidio suavissimo hospitio exceptus sum, cuius gratissimam memoriam nec delevit tempus nec umquam delebit. per annos deinde 1845, 1846, 1847 patris dilectissimi beneficio mihi contigit, ut itinere per Germaniam, Hollandiam, Belgiam, Galliam, Italiam, Siciliam suscepto praestantissimas et ditissimas harum terrarum bibliothecas adirem. quarum praefecti ubivis fere summa cum liberalitate thesaurorum suorum indagationem atque usum mihi concesserunt. nemini tamen horum magis obstrictum me esse confiteor quam Iacobo Geelio et Carolo Benedicto Hasio, qui qua comitate me exceperint, quantopere labores meos sustentarint, iam plus semel grato animo publice testatus sum, debitis laudibus praedicare non valeo. quo modo deinde praeter Raumerum et Prokeschium, viros excellentissimos, Baehrius, Bernaysius, Bethmannus, Brunnius, Halmius, Heimsoethius, Heinius, Keilius, Linsmayerus, Presselius, Ribbeckius, Ritschelius libris mss. procurandis, conferendis, inspiciendis sibi me devinxerint, id supra indicatum est.

Ita largissima ad Priscianum recensendum supellectile praeditus id tamen in votis habebam, ut editione mea viris doctis simul de ea, qua ipse Priscianus usus esset, librorum penu iudicii ferendi facultatem praeberem. quamobrem locos scriptorum ab eo allatos cum ipsis eorum libris mss. ubicumque licebat ita conferre institui,

tare studet. nec variae lectiones a censore ad lib. VI § 20 allatae n. 235 p. 419 in collatione Lindemanniana adnotatae sunt . 103 v. Archiv f. Philologie und Pädagogik VII 232 104 cf. quae humanissime hanc in rem dixit Spengelius l. l. p. 603 sq.

ut optimarum ex illis membranarum varias lectiones cum lectione Priscianea diligenter componerem [105]. quod uti in gravissimis saltem auctoribus plene efficere possem, inprimis mihi datum est beneficio Friderici Ritschelii et suorum: Alfredum Fleckeisenum dico, Henricum Keilium, Ottonem Ribbeckium, Guilelmum Steinhartum. quorum ipse Ritschelius praestantissimorum Terentii librorum, Bembini [106] et Basilicani, Calliopianae recensionis ducis alterius, varias lectiones excerpendas mihi transmisit, Keilius ceterorum grammaticorum lectiones, quibus et ob eandem rationem et ob alias saepe indigebam, ex scriniis suis rogatu meo prompsit, Ribbeckius, praeterquam quod comicorum suorum plagulas a prelo madidas mecum communicavit, lectissimi apparatus sui Vergiliani usum mihi concessit, ut accuratam optimorum codicum Palatini et Romani ac fragmentorum Vaticanorum (*Fr.*) et Veronensium (*Ver.*) notitiam ad Fogginianam Medicei memoriam adicere liceret, Steinhartus codd. Lucani Vossianorum *AB* [107] varietatem lectionis diligentissime a se exscriptam mihi commodavit, Fleckeisenus denique, ubiubi copiae Ritschelianae nondum reclusae erant, Plauti Palatinorum notitiam pleniorem, quam quae a Pareo olim publici iuris facta est, ex Schwarzmanni, quam possidet, collatione supplevit. at multo magis amicus integerrimus eo de opera mea meritus est, quod et, ut ante hos duos annos in Gellio, ita nunc etiam in Prisciano recensendo prudentibus consiliis et praeclaris emendationibus in veteris potissimum poesis Romanae reliquiis emaculandis mihi adfuit et plagularum a typothetae, sollertissimi ceterum hominis, mendis corrigendarum laborem molestissimum indefesso studio et subtilissima diligentia mecum communicavit.

Grata etiam memoria cum Augustus Nauckius et Gustavus Wolffius tum Mauricius Hauptius et Augustus Meinekius prosequendi sunt, qui quotienscumque per totum laboris longinqui decursum eos adii vel libros vel consilia petiturus, eadem semper sive amicitiae sive benivolentiae constantia votis meis satisfecerunt.

Studiis autem meis in Prisciano positis id efficere conatus sum, ut, quatenus liceret, illud institutionum grammaticarum exemplar restituerem, quod ex idiographo doctoris sui exemplo descripsisse videtur Theodorus. illud autem festinantius quam voluisset sibi edendum fuisse, ob eos 'qui alienis laboribus insidiantes furtimque

105 Locorum a Prisciano saepius commemoratorum, ubi primum singuli leguntur, variae lectiones additae sunt; ubi memorabile quid allatum erat, loco iterum citato, lectores annotatione mea illuc ablegavi; de rell. index consulendus 106 notandum est, a Bembino maiorem Andriae partem usque ad act. IIII scen. 4 v. 48 abesse 107 cf. Steinharti de emendatione Lucani comm. Bonnae a. 1854 editam

et quasi per latrocinia scripta aliis subripientes, unius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione, totius operis in se gloriam transferre conarentur' conquestus est Priscianus [108]. ipsum autem hoc opus 'doctoris urbis Romae Constantinopolitanae' ex scholis de arte grammatica ab eo habitis ita profectum esse arbitror, ut ea quae in schedis adnotata haberet componeret, concinnaret, explicaret, augeret. quibus fortasse inter describendum alia ex iis, quae per scholas a Prisciano habitas notando olim consecutus erat, addidit Theodorus. ita oratio saepe adnotationibus et additamentis incisa, qualia nos in inferiores paginarum margines solemus conicere. praeter haec autem in libris nostris haud raro alia interposita inveniuntur, quae ex proximorum saeculorum studiis Priscianeis orta videntur, orationis interpretamenta et amplificationes, saepe vel eo deprehendenda, quod in uno alterove codice aut omnino omissa sunt, ut in marginem inferiorem inter adnotationes ea conicere liceret, aut inter lineas addita aut tamquam 'glosae' notata uncinisve inclusa. haec igitur ut a genuinis segregarem uncis quadratis, adnotationes illas uncis rotundis induxi, haud ignarus, omnia haec tam lubrica esse, ut, utrum quid ipsius orationis tenori inserendum an circumcludendum, utrum a Prisciano et ipso saeculi sexti scholastico eiusve discipulo profectum an a proximae aetatis doctoribus additum sit, saepe sensu magis quodam quam firmo stabilique iudicio possit discerni.

Praeter glossas, quae mature in ipsa scriptoris verba irruperunt, aliae ab his seclusae vel inter lineas vel in marginibus codicum remanserunt. at in omnibus his, quotquot inspexi, genuinae solidaeque doctrinae vestigia nusquam fere apparent, ut nugis his librum per se satis spissum onerare noluerim. talium scholiorum corpus ex interpretamentis Scotorum, Donato, Servio, Paulo, Beda, aliis consarcinatum [109] extat in cod. monasterii Einsidlensis n. 32 saec. XI, membr., formae oct. tum in quaedam dicta Prisciani commentariolum ex Scotorum disciplina profectum laudatur auctore Sedulio Scoto, qui saeculi noni initio dicitur vixisse [110]. similium Ioannis Scoti studiorum memoriam supra p. XIIII excitavimus.

108 ep. ad Iulianum § 3 109 v. modo schol. lib. II §. 58 (cod. p. 28): 'Lacuna. altitudo tecti h̄ et lacuna dr̄ et contraria sunt lacui sic scotti. lacuna ·i· aq̄ a lacu diriuat quā alii lanā alii lustrā dicunt. sic paulus' (p. 117, 8 Muell.) 110 v. Baehrium Gesch. d. röm. Lit. im karoling. Zeitalter p. 365 sq. coll. tamen Waitzio Gött. gel. Anz. 1841 p. 949. extat hoc commentariolum in cod. Leid. Voss. F 67 ex bibl. Scobing. profecto (cf. catalogum bibl. Leid. saepius l. p. 373). in inventario quoque bibliothecae Sangallensis a. 1461 apud Weidmannum l. c. p. 421 laudatur idem commentariolum A 23 ac schedula eiusdem titulum continens agglutinata est tegumento cod. Turic. C 37/280 (cf. ann. 23) ex bibl. Sangallensi profecti: ipsum tamen codicem perlustrans in hoc opusculum non incidi. - flores Prisciani servat libellus, quod 'scalprum' dicitur v. cod. bibl. publ. Leid. n. 154 catalog. l. p. 331 etc.

Ne saeculis quidem proximis haec studia deferbuisse praeter ingentem ipsorum librorum mss. copiam docet Ioannis de Garlandia (saec. XI) carmen de orthographia ex Prisciano petitum et Petri Heliae, quem postea ad usum suum adhibuit Vincentius Bellovacensis, expositio et compendium metricum ex Prisciano ducta [111], quae et ipsa ad saec. XI pertinent. saeculo insequenti ex fonte Priscianeo hortulos suos irrigavit auctor novi thesauri Latinitatis Vaticani apud Maium class. auct. tom. VIII. quae studia ut aliis quibusdam exemplis prosequi liceat, Wigo decanus Feuchtwangensis sub finem saec. X maiorem librum Prisciani petit a scholastico Augustano [112], saec. XI initio Fulbertus Carnotensis Boniperto episcopo Hungarico scribit: 'significavit autem nobis ... Hilduinus ... unum de nostris Priscianis te velle, quem et per eundem libenter mittimus' [113]. in universitate Parisiensi usque ad saec. XIII Priscianum studiose tractatum esse cum alii narraverunt tum Fabricius [114] ac Pragae Lipsiaeque exemplis satis probatur, eundem per Germaniam saeculis quoque insequentibus in scholasticae institutionis cursum fuisse receptum [115]. at Parisiis, ut eo revertamur, philosophiae studium illa aetate ita effloruit, ut artem grammaticam despicerent et contemnerent. iam igitur perspicuum est, cur in Henrici Andelitani, canonici Rotomagensis saec. XIII [116], pugna septem artium liberalium [117] Donatus et Priscianus pro schola Aurelianensi contra Parisiensium patronos Platonem et Aristotelem pugnent. apud alios quoque poetas scholasticos tamquam artis grammaticae princeps in ordinem ducitur Priscianus; sic in scriptorum principalium catalogo quodam ms. s. XII laudatur 'Priscianus primae artis restaurator strenuus [118], sic Goliae quae dicitur apocalypsis auctor [119], duce Pythagora in terram quandam pere-

111 v., ne multus sim, Fabricium bibl. Lat. III 399 sq. coll. p. 392. 398 ed. Ern. Leyserum hist. poet. med. aevi p. 340 coll. p. 311 sqq. et p. 2067 (1167) sq. 112 Pezii thes. anecd. VI 115, quem locum mihi indicavit Guilelmus Wattenbachius 113 Fulberti Carnot. ep. 5 v. Wattenbachii ad mon. Germ. script. XI 238 annot.; eiusdem vol. p. 582, 53 in annal. Farfens. ad ann. 1121 fit mentio Prisciani 'valde boni' 114 l. l. p. 400

115 v. Drobischium Berichte d. sächs. Gesellschaft d. Wissensch. ph. hist. Cl. II. 1849 p. 72. 100. 101. 103. utrubique Priscianus minor (cf. Fabricium l. l.) in grammatica per duos menses pro duorum grossorum minervali tractabatur. 'pro Prisciano breviori 2 menses, Pastus 2 gr.' secundum additamentum statutorum facultatis Lipsiensis a. 1410 l. l. p. 103 116 cf. de la Rue essais sur les bardes, les jongleurs et les trouvères normands et anglonormands t. III Caen 1834 p. 33 sqq.
117 oeuvres de Rutebeuf recueillis par Jubinal Paris. 1839 II 415 sqq. 118 v. Ravaissonium rapport sur les bibliothèques des départ. de l'ouest p. 405 (Alençon)

119 est Gualterus ab Insula saec. XII poeta v. Giesebrechtium allg. Monatsschrift für Wissenschaft und Lit. a. 1853 m. April. p. 363 sq. cf. p. 345 sqq. et F. A. G. Müldeneri de vita mag. Philippi Gualtheri ab Insulis de Castellione diss. Gottingae a. 1854 editam

grinam delatus, una cum Cicerone, Ptolemaeo, Boethio, Euclide, Lucano, Vergilio, Statio, Ovidio, Terentio, Hippocrate conspicit Priscianum 'dantem palmis verbera' [120], sic saeculo XIII exeunte poeta Adolfus Vlricum, scholasticum Vindobonensem, his praeter alia extollit versibus:

Nunc es Aristoteles vel nunc [*add.* es] Paulus, Helias,
Priscicus et Cicero, nunc es Apollonius [121],

sic in Antonii Beccariensis, medici Ferrariensis, carmine circa annum 1343 confecto de obitu qui perhibebatur Petrarchae inter artes lugentes prima grammatica prodit eiusque comitum ordinem ducit Priscianus [122]. haud igitur mirum, etiam Italo eiusdem aetatis pictori sive Ioanni Campensi sive Iacobo Nipozzano, cum ecclesiae S. Mariae Novellae Florentinae capitulum Hispaniensium praeter alia multa quattuordecim virtutum et artium figuris exornaret iisque singulis singulos viros tamquam antistites adderet, iuri civili Iustinianum, arithmeticae Pythagoram, dialecticae Aristotelem, rhetoricae Ciceronem etc., Priscianum dignum visum esse, qui artis grammaticae vices ageret.

Sed missis his, quae augeri facile possunt, pauca de ipsa hac editione addenda sunt. cui praeter apparatum criticum amplos addere commentarios eo minus ex re visum est, quod ipsos reliquorum grammaticorum locos ad singulas materias a Prisciano tractatas spectantes indicabunt indices, quos singulis auctoribus per totum hoc grammaticorum Latinorum corpus addendos curabit Keilius,

120 v. the Latin poems commonly attributed to Walter Mapes ed. Th. Wrightius Londin. 1841 p. 3 cf. ibid. p. 171 carminis de concubinis sacerdotum circa annum 1215 compositi initium: Prisciani regula penitus cassatur, 'Sacerdos' per 'hic' et 'haec' olim declinabatur [*f.* declinatur]: Sed per 'hic' solummodo nunc articulatur, Cum per nostrum praesulem 'haec' amoveatur 121 Adolfus fabula XI ap. Leyserum hist. poet. med. aev. p. 2035 (1135), ubi pro 'Paulo, Helia' Petri Heliae nomen substituendum esse perspexit Guil. Giesebrechtius, cui huius loci notitiam debeo. idem me docuit Adolfi fabulas non ad annum 1315 pertinere, quae est sententia Leyseri p. 2007 et Büdingeri in comm. ex act. class. phil. hist. acad. Vindob. vol. XIII p. 314sqq. seorsim expressa über einige Reste der Vagantenpoesie in Oesterreich, Vindob. 1854 p. 21, sed ad annum 1285. de Vlrico cf. eundem Büdingerum l. c. p. 22 sq., de Adolfo Leyserum p. 2007 sqq. Priscicus autem nemo est nisi Priscianus, qui alibi Priscius nominatur, veluti in Hugonis Trimbergensis registro multorum auctorum, ubi codicis periegesis Priscianeae mentione allata, Prisciani a fide Christiana defectio deploratur cf. Hauptium Berichte der preuss. Akademie der Wissensch. 1854 p. 147

122 v. le rime di F. Petrarcha ed. L. Carrerius Patavii 1837 II 691:

Grammatica era prima in questo pianto
E con lei Prisciano ed Vgoccione,
Papia, Grecismo e Dottrinale;
Dicendo: car figluol, tu amasti tanto
La mia scienza fin picciol garzone
Ch'io non trovai a te alcuno eguale etc.

ipsis his et reliquis Prisciani libris addet Guilelmus Hirschfelderus. ubicumque tamen vel critica quaedam difficultas vel quaestio quaedam ad literas spectans interpretationem aliquam grammaticam vel historicam exigebat, verbis non anxius peperci, sed Syrianae istius sententiae memor:

Semper vocis et silenti temperamentum tene

addidi, quae lectorum commodis prospectura esse putarem. quae de scriptoribus a Prisciano laudatis passim adicienda erant, primo quoque, quo singuli nominantur, loco attuli. ad notas criticas intellegendas ne Oedipo opus esset, sedulo cavi. monendum tamen est, cum asteriscos totidem literas vel deletas vel erasas notare, literas inductas illis postpositas eas, quae ante emendationem vel lituram adfuerint, tum notam codicis alicuius addita nota manus secundae eiusdem libri denotare, ea, quae in lectione allata ex emendatione profecta sint, alteri manui deberi, veluti ‘apposuit *Rr*’ significat, pr. m. cod. *R* lectionem ‘apponere’ mutatam esse, ‘eius *Rr*’ pr. m. ‘eius’ praebere, alteram ‘eidem’ inde effecisse. ubi aptius videbatur, inprimis ubi alterutra manus cum aliis libris congruebat, discrepantes utriusque manus lectiones separatas posui. sic etiam in librorum compendiis vel depingendis vel plenis literis exprimendis quod cuivis loco convenientissimum videretur repraesentandum curavi. ubicumque vero inter varias lectiones sola m. alicuius secundae nota comparet, prior cum lectione recepta congruit; ubi tamen illi vel ‘ex corr.’ vel ‘in litura’ additum est, quid pr. m. scriptum fuisset dignosci non potuit. uncini] nota post lectionem aliquam posita indicat, eam sic supra legi. quae lectio ita semper firmatur iis codd., quorum varia lectio addita non est, ut et literae v in codd. plerumque per u vocalem expressae et literarum initialium maiorum minorumve ibi indicandarum rationem non habuerim. id etiam addendum est, in libris meis omnibus Graeca literis maiusculis sine accentibus scripta esse. itidem in Latinis, ubi ex sensu Prisciani addendae erant, tacite addidi et quantitatis et accentuum notas, quarum vestigia in libris raro apparent. paragraphi Krehlianae servatae sunt, paginarum et Putschianarum et Krehlianarum numeris in superiore singularum paginarum margine adiectis: in ipso contextu hae simplici lineola | , illae duplici || distinctae.

Quod ad orthographiam denique attinet in scribendis locis scriptorum et a Prisciano ipso excerptis et ex aliorum grammaticorum artibus translatis orthographiae vetustioris vestigia, ubicumque ea offendebam, religiose servavi; per Prisciani verba regulas ab ipso satis plene propositas secutus sum, librorum varietate ubique indi-

cata. ubi tamen ille aut tacet aut sibi ipse non constat, ad optimarum et Priscianearum et reliquarum membranarum, quae illius aetatis usum scribendi repraesentant, fidem me applicavi, veluti vel tacite 'diminuo, diminutivum' scripsi propter lib. XIIII § 54, non 'dimminuo' propter lib. I § 41; 'abicio, inicio' etc. coll. lib. X § 3, non 'abiicio, iniicio' ob lib. IIII § 17; neque ab ipso Prisciani usu me recessisse, quod m ante q scripserim non n, censeo coll. lib. I § 38, ubi Plinii ratio consuetudini videtur opponi. nonnullas et vulgares et frequentes discrepantias hic annotasse sufficiet. sic 'litera' libris alteram scribendi rationem plerumque offerentibus dedi ob veriloquium lib. I § 3 XVII 2, 'Virgilius' illis fluctuantibus ex eadem ratiocinatione coll. lib. IIII § 31; tum semper scripsi 'Sallustius', 'Sulla', 'Titinius', 'neglego', 'intellego', 'epistula', 'quattuor', 'auctor', 'paene', 'paenultima', pro quo voc. codd. praesertim Scotici non tantum 'penultima', sed etiam 'penultima' et 'peniultima' exhibent, variis lectionibus sollemnibus non minus notatis quam vel constanti aliquot librorum, inprimis *AD*, e pro ae usu vel codd. in vocabulis ad artem spectantibus sive rationibus sive erroribus sescentiens repetitis, quorum aliquotiens per initium exemplis propositis, tacite deinde exprimi iussi: 'diphthongus', 'patronymicus', 'syncope', 'apocope', 'synaeresis', 'synaloephe' 'elementum', 'syllaba', 'disyllabus', 'trisyllabus', 'genetivus', 'derivativus'. nec in ipsis Prisciani verbis codicum in praepositionibus per voces compositas sive integris servandis sive assimilandis inconstantiam nec Scoticorum inprimis librorum discrepantias in vocabulis aliquot frequentissimis per totum opus enotandas duxi, veluti 'dissino' ibi invenitur et 'disino', 'accussativus', 'ussus', 'divissio' etc., 'possesivus', 'pasivum' etc., 'mutta', 'motare', 'sopinum', 'commone' etc., 'bocolico', 'longua', 'iunguo' etc., 'verbialia', 'participalia', 'semplex'. at vel his ita profligatis vereor, ne nimis anxie res pusillas constanti accuratione prosecutus sim. sed malo diligentia peccare quam socordia.

Scr. Berolini d. III m. Maii a. MDCCCLV

SVBSIDIORVM CONSPECTVS

I codicum

1 per libros I—XVI v. p. X — XVIIII

R cod. bibl. imp. Paris. 7496
P „ „ „ „ 7530
B „ „ publ. Bambergensis
D „ „ publ. Bernensis, olim Bongarsianus
H „ „ gymn. Halberstadiensis, Lutherius Krehlii
A „ „ publ. Amienensis
G „ „ conventus Sangallensis
L „ „ publ. Lugd. Bat. olim Gruterianus
K „ „ Caroliruhensis 223
de codd. praeterea in auxilium vocatis cf. p. XX sq.

2 per libros XVII et XVIII v. p. XXI — XXIII

RPDGL v. supra
V cod. bibl. Lugd. Bat. olim Vossianus
M „ „ Monac. 280 A
O „ Parisinus 7499
N „ bibl. palat. Vind. CCCXLVIII
S „ „ „ „ CCCXLVII
C collatio Scaligerana
rpbdhaglkvmons eorundem librorum manus alteras significant.

II editionum v. p. XXIII—XXVII

1 ed. (Veneta) a. 1470
2 ed. Veneta a. 1472
3 ed. Veneta a. 1492
μ ed. Mediolan. a. 1511
π ed. Ascensiana Paris. a. 1516
α ed. Aldina Veneta a. 1527
ϰ ed. Coloniensis a. 1528
β ed. Basileensis a. 1545
Putsch. ed. Putschiana a. 1605
Krehl. ed. Krehliana a. 1819 sq.

de rell. notis ad comm. crit. adhibitis v. p. XXXII; de uncis et rotundis et quadratis p. XXVIIII; signa codd. eorum auctorum, quorum apud Priscianum mentio fit, ea elegi, quae a quovis harum rerum perito per se intellegi possent cf. p. XXVIII.

PRISCIANVS CAESARIENSIS GRAMMATICVS

IVLIANO CONSVLI AC PATRICIO.

p. 533/4 ed. Putsch. p. 3. 4 ed. Krehl.

Cum omnis eloquentiae doctrinam et omne studiorum genus sapien- 1
tiae luce praefulgens a Graecorum fontibus derivatum Latinos proprio sermone invenio celebrasse et in omnibus illorum vestigia liberalibus consecutos artibus video, nec solum ea, quae emendate ab illis sunt prolata, sed etiam quosdam errores eorum amore doctorum deceptos imitari, in quibus maxime vetustissima grammatica ars arguitur peccasse, cuius | auctores, quanto sunt iuniores, tanto perspicaciores, et ingeniis floruisse et diligentia valuisse omnium iudicio confirmantur eruditissimorum — quid enim Herodiani artibus certius, quid Apollonii scrupulosis quaestionibus enu- 2
cleatius possit inveniri? — cum igitur eos omnia fere vitia, quaecumque antiquorum Graecorum commentariis sunt relicta artis grammaticae, expurgasse comperio certisque rationis legibus emendasse, nostrorum autem neminem post illos imitatorem eorum extitisse, quippe in neglegentiam ca-

Institutio p̄sciani de arte inciṗ grāmatica .. p̄scia caesariensis grāmaticus iuliano consuli ac patricio *G* Incipit institutio p̄sciani viri disertissimi caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitane iuliano consuli ac patricio de arte grammatica .... ~ *K* Inciṗ prisciani uolum̄ maius *m. rec.* (*x*), *quae fol.* 1ª *conscripsit, in H. inscriptione carent A et, primo quaternione amisso, B, qui liber nunc inc. a verbis lib. I* § 36 *ov* corripientes uel magis *v* gramaticus *L*

1 aeloquentiae *D* 2 diriuatum *ADGK et sic saepe libri* 3 caelebrasse *D* eorum *x* libralibus *GK* consequutos *D* 4 nec in his solum *GL* nec solum in his *K* ea *om. ADHGLK* emendata *in* emendatae *corr. L* prolata] *sic, in marg. add.* uel stricta *R* scripta *rell.* 5 etiam deceptos quosdam *K* amore graecorum doctorum *GLK* deceptos *om. K* 6 maxime] maxime graeca *GLK* maxime greca *d* uetustustissima *R* ars] arte *RAD* *num* arte arguitur peccatum esse? 7 perspicatiores *ADL* et diligentia ualuisse *h. l. om. GL* et diligentia — eruditissimorum *om. D* deligentia *K* diligencia *x* 8 inditio *A* confirmantur] *a* confirmatur *A* eruditissimorum et diligentia ualuisse *GL, restituit ord. l* quid Hrodiani (*i. e.* quid enim rodiani) *ni fallor in loco valde detrito R* 9 Herodiani] *d* horodiani *D* cercius *H* appollonii *L* appollonii *G* appolonii *D* scrupulosis] scropulosis difficilibusque *K* scropulosis deficilibus *G* scropulosis deficilibusque *g* scropulosis deficilibus$^{q;}$ *L* 11 Graecorum *om. ADx* gramatice comperio expurgasse *x* 12 comperio *R* rationis *ex* rationibus *corr. H* 13 exstetisse *G* extetisse *LK*

p. 533/4. 535/6 P. p. 4—6 K.

dentibus studiis literarum propter inopiam scriptorum, quamvis audacter, sed non impudenter, ut puto, conatus sum pro viribus rem arduam quidem, sed officio professionis non indebitam, supra nominatorum praecepta virorum, quae congrua sunt visa, in Latinum transferre sermonem, collectis etiam omnibus fere, quaecumque necessaria nostrorum quoque inveniuntur artium commentariis grammaticorum, quod gratum fore credidi temperamentum, si ex utriusque linguae moderatoribus elegantiora in unum co-
3 eant corpus meo labore faciente, quia nec vituperandum me esse credo, si eos imitor, qui principatum inter scri|ptores Graios artis grammaticae possident, cum veteres nostri in erroribus etiam, ut dictum est, Graecos aequiperantes maximam tamen laudem sunt consecuti.

Exemplum etiam proponere placuit, ne pigeat alios etiam a me vel ignorantia forte praetermissa vel vitiose dicta, — nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inventionibus esse posse credo, — sua quoque industria ad communem literatoriae professionis utilitatem congrua rationis proportione vel addere vel mutare tractantes. namque festinantius quam volui hos edere me libros compulerunt, qui alienis laboribus insidiantes furtimque et quasi per latrocinia scripta aliis subripientes unius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione totius operis in se gloriam transferre
4 conantur. sed quoniam in tanta operis materia impossibile est aliquid perfectum breviter exponi, spatii quoque veniam peto, quamvis ad Herodiani scriptorum pelagus et ad eius patris Apollonii spatiosa volumina meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum.

Huius tamen operis te hortatorem sortitus iudicem quoque facio, Iuliane consul ac patricie, cui summos dignitatis gradus summa adquisivit in omni studio ingenii claritudo, non tantum accipiens ab excelsis gradibus honorum pretii, quantum illis decoris addens tui, cuius mentem tam Homeri credo quam Virgilii anima constare, quo|rum uterque arcem possederat musicae, te tertium ex utroque compositum esse confirmans, quippe non minus Graecorum quam Latinorum in omni doctrinae genere praefulgentem. || tibi ergo hoc opus devoveo, omnis eloquentiae

1 lytterarum *G* quā^{uis} audaciter *R* 3 offitio *A* 4 uissa *A* 7 elegantiora] *d* eligantiora *AGDL* 8 quia *om. AL add. l* *a* perandum me esse *inc. fol.* 1^{b} *et man. ant. in H* me *om. GL add. l* 9 imiter *L* graios *ex* gratios *corr. R* grecos *D* grammaticae artis *GL* 10 ueteris *A* 11 aequipperantes *H* sunt laudem *ADH* 12 etiam] quoque *AD* 13 ^{p}ignorantia *L* uel etiam uitiose *GL* nil *D* 14 credo esse inuentionibus posse *ADH* 15 profesionis *L* 16 motare *GK et sic saepe hi libri* festinatius *L* 17 aedere *G* libros me *GL* 18 latronicia *H* surripientes *GLK* nominis unius *K* 20 qñ *H* operis *add. l* materia] *l* materie *L* 21 erodiani *R* 22 pelages *in* pelagus *corr. D* paris *d* appollonii *DHGK* appollinii *k* 23 si^{nt} *D* existimanda *in ras. l* 24 ortatorem *H* 25 ad^{c}q̄ssiuit *G* adq̄siuit *L* adquesiuit *K* 26 $^{uel\ ac}$excipiens *G* 27 p̄cii *R* praetii *A* praecii *H* 28 animo *GLK* 29 possederet *K*$^{\cdot\cdot}$ musicae, te tertium ex utroque] *r* musicae. Tertium in utroque *R* copossitum *G* esse ego *ALK* 31 genere *om. H add. h* opus hoc *H* *post* opus *add.* quasi ad deum *GL* quasi Deo

p. 535/6 P. p. 6—8 K.

praesul, ut quantamcumque mihi deus annuerit suscepti laboris gloriam, te comite quasi sole quodam dilucidius crescat.

Titulos etiam universi operis per singulos supposui libros, quo facilius, quicquid ex his quaeratur, discretis possit locis inveniri.

Primus liber continet de voce et eius speciebus; de litera: quid sit litera, de eius generibus et speciebus, de singularum potestate, quae in quas transeunt per declinationes vel compositiones partium orationis.

Secundus de syllaba: quid sit syllaba, quot literis constare potest et quo ordine et quo sono, de accidentibus singulis syllabis; de dictione: quid sit dictio, quae eius differentia ad syllabam; de | oratione: quid sit oratio, quot eius partes, de earum proprietate; de nomine: quid sit nomen, de accidentibus ei, quot sunt species propriorum nominum, quot appellativorum, quot adiectivorum, quot derivativorum; de patronymicis: quot eorum formae, quomodo derivantur, ex quibus primitivis; de diversis possessivorum terminationibus et eorum regulis.

Tertius de comparativis et superlativis et eorum diversis extremitatibus: ex quibus positivis et qua ratione formantur; de diminutivis: quot eorum species, ex quibus declinationibus nominum, quomodo formantur.

Quartus de denominativis et verbalibus et participialibus et adverbialibus: quot eorum species, ex quibus primitivis, quomodo nascuntur.

Quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes; de numeris; de figuris et earum compage; de casu. |

Sextus de nominativo casu per singulas extremitates omnium nominum, tam in vocales quam in consonantes desinentium, per ordinem; de genetivorum tam ultimis quam paenultimis syllabis.

Septimus de ceteris obliquis casibus, tam singularibus quam pluralibus.

K aeloquentiae presul *D* 1 quantumcunque *H* deus mihi *L* suscepti laboris] *h* susceptoris *H* 2 sole quodam] *l* quodam sole *GL* delucidius *GLK* 3 subꝑosui *A* quo] quos *R* quo et $^{\text{uel ut}}$ *r* 4 *post* inueniri: finit prṽ. Inciꝑ capꝭ *add. g* 5 huius *GL* eius peciebus *H* et quid *GL* 6 de huius *G* quae et in *GLK* 7 vel] et *K* 8 sillaba *L et sic saepe codd.* et quot *K* quot] quod *R* 9 ordine ^{et} quo sono *A* accedentibus *L* accentibus *RD* syllabis singulis *K* 10 defferentia *K* differentia ^{sit} ad *L* 11 quot] quod *R* quot sunt eius *K* et de *GLK* eorum *H* proprietate] propriaetate hoc est praenomen cognomen et agnomen, *add. gloss. ad vocc. sqq.* quot sunt species proprio- rum nominum *pertinente, R* proprietate et ordinatione *DL* proprietate et de ordinatione *GK* 12 accedentibus *L* ei *om. G* eius *AL* quod *R* quod *R* apellatiuorum *A* 13 quod adietiuorum *R* quod *R* quot deriuatiuorum *om. H* diriuatorum *A* patronimicis *L* patronomicis *RADGKH et sic et similiter in libris saepissime est peccatum* quod *R* 14 et ex *AH* ^{et} ex *L* 15 et eorum] *sic in litura ni f. G* et de *g* 16 et superlatiuis *om. R* 17 possitiuis *G* firmantur *K* de diminutiuis] *h* Deminutiuis *H* dimminutiuis *GL ex* deminutiuis *corr. in L* quod *R* 18 speties *A* quibus primitiuis declinationibus *H* 19 de *om. R* uerbialibus *DH in* uerbalibus *corr. in H* aduerbialibi quod *R* 20 speties *A* 21 denoscendis *K* dinocendis *D* 22 casu *om. R* 24 disinentium *G* 25 genitiuorum *RDGLK et sic persaepe singuli libri* peneultimis *G* peniultimis *in* penultimis *corr. L* 26 caeteris *L* oblicis *in* obliquis *corr. G* tam in *GK* quam in *GK*

p. 535|6 P. p. 8 K.

Octavus de verbo et eius accidentibus.

Nonus de regulis generalibus omnium coniugationum.

Decimus de praeterito perfecto.

Vndecimus de participio.

Duodecimus et tertiusdecimus de pronomine.

Quartusdecimus de praepositione.

Quintusdecimus de adverbio et interiectione.

Sextusdecimus de coniunctione.

Septimusdecimus et octavusdecimus de constructione sive ordinatione partium orationis inter se. | ||

1 et de eius *H* accidentibus] *d* accedentibus *D* 3 *post* perfecto *add.* et praeterito perfecto primae et secundae coniugationis *h* 4 participatio *D* participio cum accidentibus *GL* 5 de pronomine et tertius decimus *R* 6 propositione *d* 7 interieccione *R* 9 ordinatione omnium partiom *K* *post* inter se: explic̃ titv̄ .. *g*

LIBER PRIMVS.

p. 537 P. p. 9 K.

DE VOCE.

Philosophi definiunt, vocem esse aerem tenuissimum ictum vel suum I 1
sensibile aurium, id est quod proprie auribus accidit. et est prior definitio a substantia sumpta, altera vero a notione, quam Graeci ἔννοιαν dicunt, hoc est ab accidentibus. accidit enim voci auditus, quantum in ipsa est.

Vocis autem differentiae sunt quattuor: articulata, inarticulata, literata, illiterata. articulata est, quae coartata, hoc est copulata cum aliquo sensu mentis eius, qui loquitur, profertur. inarticulata est contraria, quae a nullo affectu proficiscitur mentis. literata est, quae scribi potest, illiterata, quae scribi non potest. inveniuntur igitur quaedam voces articulatae, quae possunt scribi et intellegi, ut:

Arma virumque cano,

quaedam, quae non possunt scribi, intelleguntur tamen, ut sibili hominum et gemitus: hae enim voces, quamvis sensum aliquem significent proferentis eas, scribi tamen non possunt. aliae autem sunt, quae, quamvis scribantur, 2
tamen inarticulatae dicuntur, cum nihil significent, ut 'coax', 'cra'. aliae |

DE VOCE *RH* INCIPIT LIBER PRIMVS. DE VOCE. *L* INCIPIT LIBER DE VOCE ET LITTERA *A* INCIP. ARS PRISCIANI GRĀMATICI CAESARIENSIS DE VOCE *D* INCIP ars p̄scīā rpamma. caesariensis λiber primvs de voce ... *G* incipit ars p̄sciani grammatici caesariensis liber primus de uoce. *K*

1 diffiniunt *GLK* suum sensibile] *sic ex corr. l* sonum sensibilem *GK et, ni f., L* 2 proprie] *r* propriae *R* diffinitio *GLK* 3 notione] *l* notitione *G* notatione *LK* uel notatione *g* ennoian *A* hnnoian *G* hnnoyan *L* 4 accedentibus *L* enim *om. DL add. dl* uox auditui *ex corr. l* ipso *ex corr. l* ipsa est] *d* ipsa voce est *D* 5 diffirentiae *G* quatuor *G* 6 illiterata *om. R* inlitterata *Dr* 7 contraria uox quae *GL* 8 mentis proficiscitur *GL* Littera *H* quae] *d* que *D* Inlitterata *RD* Illitterata *r* est que scribi *D* 11 *Verg. Aen.* I 1

12 quedam que *D* quedam quae *d* scribi et intelliguntur *Ll* *post* tamen *add.* ab ipsis proferunt eas *R del. r* sibeli *g* 13 hae enim] *r* Haenim *R* enim] autem *G* significant *L* significaent *l* 14 sunt uoces quae *K* 15 inarticulatae] *r* inarticulae *RH* dicuntur] sunt *GL* significant *GL* coax cra] *g* corax cora *GL* cra] *Dl* uel crax *d* crax *K* *post* cra. *add.* eas enim uoces quanquam (quamquam *K*) intelligimus de quo sint uolucre (uolucre *l* uolucrae *L*) profectae tamen inarticulatae dicuntur. quia uox ut superius (·i· dixi *add. g* diximus *K*) inarticulata est quae a nullo affectu proficiscitur mentis *GL et in schedula quadam codici insuta,*

p. 537—39 P. p. 10. 11 K.

vero sunt inarticulatae et illiteratae, quae nec scribi possunt nec intellegi, ut crepitus, mugitus et similia. scire autem debemus, quod has quattuor species vocum perficiunt quattuor superio||res differentiae generaliter voci accidentes, binae per singulas invicem coeuntes. 'vox' autem dicta est vel a vocando, ut 'dux' a ducendo, vel ἀπὸ τοῦ βοᾶν, ut quibusdam placet.

DE LITERA.

II 3 Litera est pars minima vocis compositae, hoc est quae constat compositione literarum, minima autem, quantum ad totam comprehensionem vocis literatae — ad hanc enim etiam productae vocales brevissimae partes inveniuntur — vel quod omnium est brevissimum eorum, quae dividi possunt, id quod dividi non potest. possumus et sic definire: litera est vox, quae scribi | potest individua.

Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris, ut quibusdam placet, quod plerumque in ceratis tabulis anti-
4 qui scribere solebant. literas autem etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt ad similitudinem mundi elementorum: sicut enim illa coeuntia omne perficiunt corpus, sic etiam haec coniuncta literalem vocem quasi corpus aliquod componunt vel magis vere corpus. nam si aer corpus est, et vox, quae ex aere icto constat, corpus esse ostenditur, quippe cum et tangit aurem et tripertito dividitur, quod est suum corporis, hoc est in altitudinem, latitudinem, longitudinem, unde ex omni quoque parte potest audiri. praeterea tamen singulae syllabae altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem vero vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore.

Litera igitur est || nota elementi et velut imago quaedam vocis literatae, quae cognoscitur ex qualitate et quantitate figurae linearum. hoc ergo interest inter elementa et literas, quod elementa proprie dicuntur ipsae pro-

add. nota m. aequalis sed in libro romano non habetur *K* aliae] *r* alia *R* 1 et *add. l* illitterate *R* inlitterate *D* inlitteratae *d* que *D* quae *d et sic saepe* e *in codd. RD in* ae *corr. rd* 2 ut strepitus *GLh* et mugitus *Gr* has] *r* as *R* quatuor *GK* 3 proficiunt *G* quatuor *GK* diffirentiae *G* accedentes *L* 5 a ducendo] *r* adducendo *R* quidam *A* 6 DE LITERA *om. H* Lyttera *G* Lytera *g* conpositae *D* compossitae *G* constat ex *A* conpositione *D* 7 minima est autem *L* ad totam *add. g* conprehensionem *D* adprehensionem *G* apprehensionem *g* 9 est *om. GL add. l* quae] qui *D* que *d* 10 non *add. k* diffinire *GLK* 12 uel *om. RA add. a* legitera] *k* legittera *R* ligitera *K* legendi] *g* legentibus *GL* prebeat *R* 13 antiqui in ceratis tabulis *DHr* caeratis *RALG* coeratis *K* 14 solebant] *g* uolebant *G* solebant litteras. Litteras *Dr* litteras *del. d* autem *om. G* ylementorum *G* uel elimentorum *g* elimentorum *K et in ras. L* uocabulo *ex* uocabula *corr. G* noncupauerunt *GL* noncipauerunt *K* 15 ylementorum *G* elimentorum *LK et sic saepe in hoc voc. peccatum est in libris* enim *add. l* 16 hae coniunctae *DHGLK* 17 aliquid *A* componunt *DH* uere (*ex* aere *corr.*) corpus est *G* est *om. L* 18 icto] *r* hicto *R* et *add. r* tanguit *K* 20 longuitudinem *LK* longitudinem *G* quoque *om. ADH* 22 crasitudinem *L* uero *om. D* longuitudinem *GLK* 23 est igitur *GL* nota est *K* elimenti *LK* ylementi *G* uelud *H* uelut quedam *D* quedam imago *d* 25 et] uel *GL* proprie] *rd* propriae *RDK* pronuntiationes] *d* pronunciationes *D*

p. 539. 40 P. p. 11. 12 K.

nuntiationes, notae autem earum literae. abusive tamen et elementa pro literis et literae pro elementis vocantur. cum enim dicimus non posse constare in eadem syllaba r ante p, non de literis dicimus, sed de pronuntiatione earum: nam quantum ad scripturam possunt coniungi, non tamen etiam enuntiari, nisi postposita r.

Sunt igitur figurae literarum quibus | nos utimur viginti tres, ipsae vero pronuntiationes earum multo ampliores, quippe cum singulae vocales denos inveniantur sonos habentes vel plures, ut puta a litera brevis quattuor habet soni differentias, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur, et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur, ut ‘hábeo hàbemus’, ‘ábeo àbimus’. longa vero eadem sex modis sonat: cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut ‘hámis hàmorum hâmus’, ‘árae àrarum âra’. similiter aliae vocales possunt proferri.

Praeterea tamen i et u vocales, quando mediae sunt, alternos inter 6
se sonos videntur confundere, teste Donato, ut ‘vir’, ‘optumus’, ‘quis’. et i quidem, quando post u consonantem loco digamma functam Aeolici ponitur brevis, sequente d vel m vel r vel t vel x, sonum y Graecae videtur habere, ut ‘video’, ‘vim’, ‘virtus’, ‘vitium’, ‘vix’, u autem, quamvis contractum, eundem tamen [hoc est y] sonum habet, inter q et e vel i vel ae diphthongum positum, ut ‘que’, ‘quis’, ‘quae’, nec non inter g et easdem vocales, cum in una syllaba sic invenitur, ut ‘pingue’, ‘sanguis’, ‘linguae’.

In consonantibus etiam sunt differentiae plures, transeuntium in alias et non transeuntium, quippe diversae sunt potestatis. ||

Accidit igitur literae nomen, figura, potestas:

Nomen, velut a, b. et sunt indeclinabilia tam apud Graecos elemen- III 7

In x nulla syllaba terminat in media dictione nisi in compositis a praepositione ‘ex’, quae integra manere potest sequente c vel p vel q vel s, ut quibusdam placet, vel t, ut ‘excurro’, ‘expello’, ‘exquiro’, ‘exsicco’, ‘exsequor’ - sic enim placet iis, qui de orthographia scripserunt, quamvis euphonia et ratio supra dicta de literis secundum Graecos abicit s antecedente x -, ‘extendo’; l quoque sequente invenitur in nomine hoc: ‘exlex’; f enim sequente in eam convertitur x, ut ‘efficio’, ‘effundo’, ‘effero’; ceteris vero consonantibus sequentibus e, non ex, praeponi solet, ut ‘ebibo’, ‘educo’, ‘egero’, ‘eludo’, ‘emineo’, ‘enitor’, ‘eruo’, ‘eveho’. ||

Z in peregrinis dictionibus semper in principio invenitur syllabae et, si antecedat alia syllaba, necesse est eam vel in vocalem desinere vel in n vel in r, ut ‘gaza’, ‘*μελάνζοφος*’, ‘*Ἀριοβαρζάνης*’.

Sciendum autem, quod nulla diphthongus in duas consonantes potest desinere, in duplicem autem invenitur, ut ‘faex faecis’ et | ‘faux faucis’.

Distat syllaba a dictione et sensu et accentu; nisi enim sciamus, quo- 12
modo posita sit syllaba in dictione, incertum est, quo accentu eam pronuntiemus: syllaba enim per se, nisi cum sit dictio, sensum habere non potest. invenitur tamen et plena oratio in una dictione, ut in verbis imperativis, ‘curre’, ‘lege’, et similiter plena dictio in una syllaba, ut ‘ars’, ‘do’, ‘dic’, ‘i’.

Accidit unicuique syllabae tenor, spiritus, tempus, numerus literarum.

Tenor acutus vel gravis vel circumflexus. in dictione tenor certus, absque ea incertus, non potest tamen sine eo esse.

Similiter spiritus asper vel lenis.

Tempus unum vel duo vel etiam, ut quibusdam placet, unum semis vel duo semis et tria; unum, si vocalis est brevis per se, ut ‘ămo’, vel si eam una consonans simplex consequitur, ut ‘caput’, unum semis in communibus syllabis, de quibus multi docuerunt, ut ‘lăcrimae’. et sciendum,

1 terminatur *K* *a* dictione *iterum inc. D* 2 integra *G* 4 his *libri* ortographia *BDHGLr* ortagraphia *K* 5 abiicit *GLK* abiecit *D* 7 exlex] *r* explex *R* enim] *r* quoque *R* 9 ebibo educo] *r* ebido ceduco *R* 10 DE Z. *D* perigrinis *GK* 11 uocalem uel in n uel in r disinere *GL* 12 raza *HK* ΜΕΛΑΝΤΟΦΟC *R* ΖΟΦΟC *s* ΜΗΛΑΝΖωφως *r* ΜΕΛΑΝ.ΟΦΟΖ *K* melanzophoc *G* melanzophos *L* ΑΡΙωΒΑΡΖΑΝΕC *R* ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΕC *BDHK* ariobarzanes *GL* 13 Quod nulla diptongus in duas desinit consonantes *inscr. L* DE DIPTONGO. *D* sciendum est autem *DGK* 14 facis *Rr* faecis faux *GL* 15 DE DIFFERENTIA SYLLABAE ET DICTIONIS. *D* 16 sit] est *RBDHK* doctione *K* quo⋆ (d) *B* pronuntiemus] *r* pronunciamus *R* 17 cum *om. H* 18 ut imuerbis *R* inperatiuis *B* 19 plena *add. k* dictio una *r* et lege *H* 20 do] uel dos *add. d* i *om. GLK* 21 De accidentibus singulis syllabae *K* De accidentibus syllabae *L* DE QVATTVOR ACCIDENTIBVS SYLLABAE. *D* unique *H* 22 accutus *R* circunflexus *L* certus *add. k* 23 ea] ea dictione *BDGLK* dictione *H* eo] *d* eo tenore *D* 24 lenis] *r* leuis *RB* uel leuis *add. g* 25 ut ⋆⋆ quibusdam (in) *B* 26 duo semis] *r* duo saemis *R* et] uel *HGL* trea *G* est *om. B* ut amo *om. HGLK add. h* 27 aeam unam *H* consoinans *K* communibus] *r* communis *R* 28 sciendum est *G*.

p. 572. 73 P. p. 64. 65 K.

quod non solum ante l vel r, sed etiam ante m, ut supra docuimus, et n positae mutae faciunt communes. *Εὐριπίδης* in Phoenissis:

Ἰσότητ' ἔταξεν κἀριθμὸν διώρισεν.

idem in eadem fabula:

Ἀπωλόμεσθα, δύο κακὼ σπεύδεις, τέκνον.

Ovidius:

Piscosamque Gnidon gravidamque Amathunta metallis.

praeterea m ante n posita fecerunt quidam communes, ut Callimachus in tertio *Αἰτίων*:

Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ὧδε συναινῶ.

13 illud quoque non est praetermittendum, quod tribus consonantibus sequentibus potest | fieri communis syllaba, quando in principio syllabae sequentis post vocalem correptam s et muta et post eam liquida sequatur, quippe cum s in metro subtrahi more soleat veteri, ut Horatius sermonum libro primo:

Linquimus, insani ridentes praemia scribae.

in longis na||tura vel positione duo sunt tempora, ut 'dō', 'ārs', duo semis, quando post vocalem natura longam una sequitur consonans, ut 'sōl', tria,

1 ut iam supra *BDHK* et n] n *K* uel n *k* 2 et faciunt *L* ΕΥΡΙΠΙΔΕϹ *DH* euripides *GL* *Eur. Phoen. v.* 542 *M. v. lib.* I § 11 phoenisis *B* ΡΗΟΝΙ*ΣΙΣ (s) *D* phenisis *G* phoenisesis. ΟΘϹΤΑ. ΤΑΤΝΕΤΑ.ξΗΝ (*haec in litura*) ΚΑΙΡΙΘΜΟΝ ΔΙѠΡΙϹΗΝ *K* phenesi* **(s ΙϹ)ΕΤΕΤΑ ΤΗΝΤΑΖΗΝΚΑΙ ΡΙΘΜΟΝ ΔΙΟ ΡΙϹΗΝ. *L* 3 ΙϹΟΤΤΑΤΕΤΑξΕΝ ΙϹΑΙ ΑΡΙΟΜΟΝ ΑΙΟΡΙϹΕΝ *R* ΙϹΟΤΗΤΑΤΕΤΑξΕΝ ΚΑΙΡΙΘΜΟΝ ΔΙѠΡΙϹΕΝ *B* ΙϹΟΤΗ. ΤΑΤΤΗΕ ΤΑΖΕΙΝ ΚΑΙ ΑΡΙΘΜΟΝ ΔΙΑΡΙϹΕΝ. *al. m. in mg. R* ΙϹΟΤΝΤΑ Τ.ΕΤΑΖΕΝ ΚΑΙ ΑΡΕΘΜΟΝ ΔΙѠΡΙϹΕΝ *Dd* ΙϹΟΤΕΤΑ ΤΕΤΑξΕΝ ΚΑΙΡΙΕ ΜΟΝ ΔΙΟΡΙϹΕΝ *G* ΙϹΟΤΘΤΑΤΕΤΑξΕΝ. ΑΠΟΔΟΛΛΕϹΘΛΛΥΟ. ΚΑΚΟϹ. ΠΕΥ ΔΕΙϹΤΕΚ. ΝΟΝ (*med. om.*) *H* 4 *ibid. v.* 582 *M. v. lib.* I § 11 5 ΑΠѠΛΟΜΕϹΘΑ *Dd* ΑΠΟΛΟΜΕϹΘΑ *GK* ΑΠΟΛΟΜΕϹΘΑ *Ll* ΔΙΟ *RG* ΔΥΟ *Dd* ΟΥѠ *K* dva (a *in litura l*) *L* ΔΥѠ *B* ΚΚѠϹ *Rr* ΚΑΚΟ *Dd* ΚΑΚΟϹ *K* ΚΑΚΟϹ *Ll* ϹΠΗΥΑΕΙϹ *Rr* ϹΠΕΔΕΙϹ *Dd* ΠΕ******* *L* ΠΕΔΕΥΕΕΙϹ *l* 6 *Ovid. met.* X 531 Ouidius in decimo metamorphoseon *D* 7 Gnidon] *r cum parte codd. Ovid.* gnidum *R* cnidon *DGLKh v. lib.* I § 11 que] *r* quae *R* amathuntha *K* 9 quidam] *B Heidelb. Dresd. 2 Krehlii* quidem *rell.* ut Callimachus] teste callimacho *B* Callimachus] *r* cahalimachus *R* 10 *Αἰτίων*] ΑϹΤΙѠΝ *Rr* ΑϹΤΙΟΝ *BDK* ΑϹΤΙѠΗ *G* ΑΧΤΙѠΝ *L om. H* 11 ΤѠϹ ΜΕΝΟΜΝΗϹΑΡΧΙ *rell. om. in lac. inseruit h* ΤΟϹ *GLK* ѠϹ *D* ΜΝϹΑΡΧΕΙΟϹ *Rr* ΜΝΕϹΑΡ. ΧΕΙΟϹ *G* ΜΝΝϹΑΡΧΕΙΟ *D* ΕΦΕ *L* ΕΦΟ *K* ΕΦΠΥΕΝΟϹ *R* ΕΦΕΙξΕΝΟϹ *G* ΕΦΝΖΕΝΟϹ *D* ΟΔΕ *DK* ѠΑϹϹΙΝΑΙΝѠ *R* ΟΔΕΙϹΙΝΑΙΝѠ. *G* συναινῶ] *l* ϹΙΝΑΙΝѠ *L* 12 praetermitendum *G* potest sequentibus *GL* 13 sequentis syllabae *D* 14 liquida * sequatur *B* sequatur] seruatur *H* 15 soleat more *GL* uetere *Br* ueterum *DGK* ueter* (e) *H* Horatius] *r* oratius *RK* *Hor. serm.* I 5, 35 sermonum *om. L* libro sermonum *K* in libro sermonum *D* 16 liber ·I· *B* 17 linquimur *H* insani] *r* ins**i *R* reddentes *G* proemia *B* 18 do] '*complures mss.*' *Krehlii, Schneiderus Elementarlehre p.* 662 do* *DGK* dos *RBHL* duo et semis *h* 19 una* (m) *B* sequitur consonans ut sol] *r* sequitur ut sol consonans *R* trea *G et in* tria *corr. B*

p. 573. 74 P. p. 65. 66 K.

quando post vocalem natura longam duae consonantes sequuntur vel una duplex, ut ‘mōns’, ‘rēx’. tamen in metro necesse est unamquamque syllabam vel unius vel duorum accipi temporum.

Numerus literarum accidit syllabae, quia, ut supra diximus, non minus quam unius nec plus quam sex literarum apud Latinos potest inveniri syllaba.

DE DICTIONE.

Dictio est pars minima orationis constructae, id est in ordine compo- III 14
sitae: pars autem, quantum ad totum intellegendum, id est ad totius sensus intellectum; hoc autem ideo dictum est, ne quis conetur ‘vires’ in duas partes dividere, hoc est in ‘vi’ et ‘res’, vel quaedam huiuscemodi. non enim ad totum intellegendum haec fit divisio.

Differt autem dictio a syllaba, non solum quod syllaba pars est dictionis, sed etiam quod dictio dicendum, hoc est intellegendum, aliquid habet. syllaba autem non omni modo aliquid significat per se: ergo monosyllabae dictiones possunt quodammodo esse et syllabae, non tamen sincere, quia numquam syllaba per se | potest aliquid significare: hoc enim proprium est dictionis. unde si dicam ‘a’, per se scio esse syllabam, nec tempora tamen eius nec tenorem nec spiritum nec significationem agnosco, donec cognovero dictionem, in qua ponitur. nam in ‘ara’ deorum ‘a’ paenultima producitur et circumflectitur in nominativo nec habet aspirationem, cum autem significat stabulum porcorum, eadem syllaba paenultima corripitur et acuitur et habet aspirationem; haec eadem ‘a’, quando est praepositio, gravatur et producitur et est sine aspiratione. vides ergo per se ipsam syllabam deficere praedictorum ratione nec aliter posse examussim tractari, nisi posita sit in dictione. ||

DE ORATIONE.

Oratio est ordinatio dictionum congrua, sententiam perfectam demon- IV 15
strans. est autem haec definitio orationis eius, quae est generalis, id est quae in species sive partes dividitur. nam oratio dicitur etiam liber rheto-

1 secuntur *R* 3 du**um (or) *BDK* 4 quia *om. GLK* 5 nec] non *GL* 7 INCIP. DE DICTIONE. *G* De dictione quid sit dictio *L* SYLLABA HIC FINIT DICTIO INCIPIT. *D inscr. om. H* 8 pars] *d* par *D* ordinem *HGKd* 11 *post* et res *duodecim fere litt. erasae in B* 13 differ *Rr* d*fert *K* defert *k* quod sallaba *H* dictionis est *K* 16 sincoere *G* sincerae *H* 17 est *add. h* 18 scio eā ēē *B* temp***** tamen *B* tamen tempera *D* 19 agnosco] cognosco *DK* 20 paenultima *om. GL* 21 circunflectitur *L* circumflex. *H* uel circunflectitur *add. g* nec habet aspirationem in nominatiuo *L* minatiuo *H* 22 eadem a syllaba (sillaba *G*) *BDH GLK* sylaba *R* penultima *G* peniultima *L* *ut assolent* 23 quando est] *r* quando *R* 24 sine aspiratione est *D* 25 ipsam] *g* ips** *G* difficere *GK* deficere *k* ratione *ex* rationē *corr. B* examussim] *d* examusim *D* examosim *GLK* 26 in dictione sit *GL* 27 DE RATIONE *B* INCIP DE ORATIO *G* *om. inscr. H* 28 congrua] *d* congruam *RBD* perfectam] *d* perfectamque *Dr* 29 diffinitio *HG LK* generalis est *G* 30 siue in partes *L* seu in partes *GK* deuiditur *L* etiam liber rethoricus dicitur *K* rhetoricus] *r* rethoricus *RBDHGL*

p. 574. 75 P. p. 66. 67 K.

ricus nec non unaquaeque dictio hoc saepe nomine nuncupatur, cum plenam ostendit sententiam, ut verba imperativa et responsiva, quae saepe una dictione complentur, ut si dicam 'quid est summum bonum in vita?' et respondeat quis 'honestas', dico 'bona oratione respondit'.

Partes igitur orationis sunt secundum dialecticos duae, nomen et verbum, quia hae solae etiam per se coniunctae plenam faciunt orationem, alias autem partes 'syncategoremata', hoc est consignificantia, appellabant.

16 Secundum stoicos vero quinque sunt eius partes: nomen, appellatio, verbum, pronomen sive ar|ticulus, coniunctio. nam participium connumerantes verbis participiale verbum vocabant vel casuale, nec non etiam adverbia nominibus vel verbis connumerabant et quasi adiectiva verborum ea nominabant, articulis autem pronomina connumerantes finitos ea articulos appellabant, ipsos autem articulos, quibus nos caremus, infinitos articulos dicebant vel, ut alii dicunt, articulos connumerabant pronominibus et articularia eos pronomina vocabant, in quo illos adhuc sequimur Latini, quamvis integros in nostra non invenimus articulos lingua. nam cum dicimus 'idem', 'ὁ αὐτός', non solum articulum praepositivum, sed etiam pronomen in eadem dictione significamus. similiter 'qui', 'ὅστις', articulus subiunctivus intellegitur una cum pronomine, secundum quosdam infinito, sive
17 magis nomine, ut Apollonius ostendit firmissima ratione. praepositionem quoque stoici coniunctioni copulantes praepositivam coniunctionem vocabant.

Quidam autem novem dicebant esse partes orationis, appellationem addentes separatam a nominibus, alii etiam decem, infinita verba se||orsum partem ponentes, alii undecim, qui pronomina, quae non possunt adiungi articulis, per se numerabant. his alii addebant etiam vocabulum et inter-

1 unaquaque *GL* noncipatur *K* 2 inperativa *B* responsiva] *h* responsa *BHGLK* una saepe (sepe *G*) *GL* 4 oratione] *h* oratio *H* 5 DE PARTIBVS ORATIONIS *BK* DE ΠΑΡΤΙΒVC ORATIŌ *G* DE NVMERO PARTIVM ORATIONIS SECVNDVM ESTIMATIONEM ALIORVM IN HIS ERRANTIVM. *D* q̃t s̃t eius partes *L* secundum dialecticos duae sunt *K* dialecticos] *cf. Lerschium in actis antiq. Darmst.* 1839 *n.* 21 *sq. Sprachphilos. d. Alten* II *p.* 46 *sqq. Graefenhanium hist. phil.* I *p.* 465 duae id est nomen *D* 6 etiam *add. g* 7 syncategoremata] *d* syntategoremata *D* sincatagorimata *GK* syncatagorimata *L* apellabant *H* appellant *K* 9 articulis *B* conumerantes *L* 10 participale *BHG* causuale *H* 12 articulis autem pronomina] *hk* articulis pronomina *HKL* articulis — articulos nominabant (*sic pro* appellabant) *in mg. add. g*

13 caremes *H* 14 dicebant *om. GL* pronomin** *in* pronominib; *corr. B* 15 illos] *bh* illis *BH* sequntur *K* 16 lingua non articulos inuenimus *K* lingua articulos non inuenimus *L* lingua articulos *G* 17 ὁ αὐτός] ΩΥΔΙΤΟC *Rr* ΟΑΙΤΟC *Gg* 18 significamus] *h* sig*ne (e *in* i *corr.*) *ficamus *R* pronuntiamus *r et in litura BH* OC TVS *H* subiunctivus] *g* subiunctatiuus *GK* 20 appollonius *RLK* appolonius *G* *Apollon. de pronom. p.* 32 *C sqq. Bk.* firmissama *D* 21 stoici] *r* istoici *R* coniunctione *B* coniunctionemque copulantes *H* uocabant coniunctionem *GLK* 23 Quidam] *r* Quidem *R* autem *ad mg. add. b* partes esse *G* appellatesionem *K* 24 sepa.tam *Gg* separatim *H* etiam decem] *d* decem etiam *BHGLK* decem *GD* finita *B* 25 non *del. g* 26 alii* (s) *B* adde-

p. 575. 76 P. p. 67—69 K.

iectionem apud Graecos, quam nos adhuc servamus, apud Latinos vero articulum addebant, quem purum per se apud eos non inveniri supra docuimus.

Igitur non aliter possunt discerni a se partes orationis, nisi uniuscuiusque proprietates significationum attendamus. |

Proprium est nominis substantiam et qualitatem significare. hoc habet 18
etiam appellatio et vocabulum: ergo tria una pars est orationis.

Proprium est verbi actionem sive passionem sive utrumque cum modis et formis et temporibus sine casu significare. hoc habent etiam infinita, quare non sunt separanda a verbo. participium autem iure separatur a verbo, quod et casus habet, quibus caret verbum, et genera ad similitudinem nominum, nec modos habet, quos continet verbum.

Proprium est pronominis pro aliquo nomine proprio poni et certas significare personas. ergo ‘quis’ et ‘qui’ et ‘qualis’ et ‘talis’ et ‘quantus’ et ‘tantus’ et similia, quae sunt ‘infinita’ sive ‘interrogativa’ vel ‘relativa’ vel ‘redditiva’, magis nomina sunt appellanda quam pronomina: neque enim loco propriorum nominum ponuntur neque certas significant personas, sed etiam substantiam, quamvis infinitam, et qualitatem, quamvis generalem, quod est suum nominis, habent: nomina sunt igitur dicenda, 19
quamvis declinationem pronominum habeant quaedam ex eis. non enim declinatio, sed vis et significatio uniuscuiusque partis est contemplanda: indifferenter enim multa et nomina modo pronominum et pronomina modo nominum invenimus declinata. quid enim stultius quam omnia, quae numeros significant, nomina dicere, unum autem, ‘unus unius’, propter declinationem pronomen appellare? quod si declinatio fa||cit indicium, qualis sit dictio, debent omnia possessiva pronomina, quia nominum declinationem sequuntur, et participia in his computari, quod omni|no caret ratione. ergo non declinatio, sed proprietas est excutienda significationis.

Et quoniam de proprietate nominis et verbi et participii et pronominis

bant articulum *G* addebant] *r* adebant *R* 1 aput *H* seruauimus *L* 2 aput *H* 4 DE DIFFINITIONE VNIVSCVIVSQVE PARTIS ORATIONIS. *D* a se discerni *GL* 5 proprietates] *r* propriaetates *R* proprietatis *GL* significationem *G* attendamus] *r* adtendamus *RBHK* 6 De proprietate partium orationis et de ordinatione *L* 7 ergo] Ego *H* Ergo hec *h* trea *G* orationis est *BH* 8 propium *H* est *om. G* pasionem *KL* utrunque *L* 9 ca*su(s) *G* 10 *inter* participium *et* autem *in loco evanido trium vel quattuor litt. spatium in B* 11 habeat quibus careat *GL* · et genera] *d* genera *D* 13 proprio nomine *G* proprio] *h* propio *H* 14 personas significare *DGL* qualis talis *RDH* quantus tantus *D* 15 seu *K* interogatiua *H* 17 certas] *d* ceteras *ni f. in litura D* 19 habent] *d* habet *D* 20 habent *G* · 21 contemplanda est *D* 22 indeferenter *K* multa nomina ** modo *H* 23 declinanda *GL* quid *in marg. add. K* stultius est *D* numerum *R* 24 pronomina *L* unum autem unus unius] *scripsi* unum autem unius *RB* unus autem unius *DHGLK* uel quia 25 iudicium *GL* 26 debeant *K* possesiua *KL* posesiua *G* quia] quae *D* que *B* 27 secuntur *RB* sequntur *K* his nominibus computari *D* putari *GL* u uel computari *g* racione *D* 28 proprietas] *r* propriaetas *R* excitienda *K* 29 proprietate] *r* propriaetate *R* propietate *H*

breviter dictum est, non incongruum esse arbitror, summatim de ceterarum quoque proprietate partium orationis percurrere.

20 Proprium est adverbii cum verbo poni nec sine eo perfectam significationem posse habere, ut ‘bene facio’, ‘docte lego’. hoc ergo inter adverbium et praepositionem est, quod adverbium et sine casualibus potest praeponi et postponi verbis et cum casualibus, ut ‘pone currit’ et ‘currit pone’, ‘venit tempore longo post’ et ‘post longo tempore venit’. Terentius in adelphis:

post faceret tamen.

si igitur invenias cum nomine adverbium sine verbo, scias hoc per ellipsin fieri, ut si dicam ‘non bonus homo’ pro ‘malus’, subaudio ‘est’.

Praepositionis autem proprium est separatim quidem per appositionem casualibus praeponi, ut ‘de rege’, ‘apud amicum’, coniunctim vero per compositionem tam cum habentibus casus quam cum non habentibus, ut ‘indoctus’, ‘interritus’, ‘intercurro’, ‘proconsul’, ‘induco’, ‘inspiciens’.

21 Proprium est coniunctionis diversa nomina vel quascumque dictiones casuales vel diversa verba vel adverbia coniungere, ut ‘et Terentius et Cicero’, ‘vel Terentius vel Cicero’; ‘et formosus et sapiens’, ‘vel formosus vel sapiens’; ‘et legens et scribens’, ‘vel legens vel scribens’; ‘et ego et tu’, ‘vel ego vel tu’; ‘et facio et dico’, ‘vel facio vel dico’; ‘et bene et celeriter’, ‘vel bene vel celeriter’; quod praepositio non facit. interest autem etiam hoc, | quod praepositiones componi possunt cum verbis [coniunctio vero numquam], ut ‘subtraho’, ‘addico’, ‘praepono’, ‘produco’, ‘dehortor’, coniunctio autem, licet sit praepositiva, in compositio||ne tamen non invenitur cum verbis, ut ‘at’, ‘ast’, ‘sed’, et quod praepositio casualibus separata praeponitur semper, coniunctio vero omnibus potest dictionibus modo praeposita modo postposita coniungi.

DE NOMINE.

V 22 Nomen est pars orationis, quae unicuique subiectorum corporum seu

2 proprietate] *r* propriaetate *R* propietate *H* partium proprietate *GL* 3 Proprium aduerbii *G* perfectiam *K* 4 benefatio *H* 5 praepositionem interest *D* cassualibus *G* 6 et praeponi et *BDHL* uerbis *add. k* cassualibus *G* pone curit *R* 7 *Ter. ad.* I 2, 30 9 faceret] *h* facere *HGL* facere* (t) *K cf. lib.* XIIII § 27 10 aduerbium sine uerbo cum nomine *D* scias tamen hoc *D* eclipsin *RDH* enlimsin *G* enlīpsin *K* enlemsin *L* 11 si *add. r* subaudi**o est (ti) *b* subaudi*** *** *B* 12 Praeposionis *K* proprium est autem praepositionis *D* propium *et sic saepe in hoc voc. H* est *om. HGL* separati* *l* separatis *L* apositionem *H* etiam 14 quam cum *L* quam etiam cum non habentibus casus *G* ut doctus indoctus *D* 15 interitus *L* induco *om. GL add. g* inpiciens *R* insipiens *KD* uel insipitiens *d* 17 coniunguere *G* ut ĩrentius *GL* 21 uel celereter *D* 22 autem *om. GL add. g* hoc inter praepositiones et coniunctiones quod *D* possunt *ex* possus *corr. R* et coniunctio *KL* 23 nunquam *G* produco] praeduco *G* uel produco *g* praeduc *L* 24 dehortor] *r* deortor *RHG* 25 inuenitur *add. in marg. K* ut at] *r* ut est at *R* ast at *BDHGKL* .Sed et *RL* 26 separata *add. h* omnibus] *r* cum omnibus *R rell.* 28 *huec usque ad voc.* deriuatiua § 26

p. 577. 78 P. p. 70. 71 K.

rerum communem vel propriam qualitatem distribuit. dicitur autem nomen vel a Graeco, quod est ‘νόμα’ et adiecta o ‘ὄνομα’, dictum a tribuendo, quod ‘νέμειν’ dicunt, vel, ut alii, nomen quasi notamen, quod hoc notamus uniuscuiusque substantiae qualitatem. et communem quidem corporum qualitatem demonstrat, ut ‘homo’, propriam vero, ut ‘Virgilius’, rerum autem communem, ut ‘disciplina’, ‘ars’, propriam, ut ‘arithmetica Nicomachi’, ‘grammatica Aristarchi’.

Accidunt igitur nomini quinque: species, genus, numerus, figura, casus.

Species sunt tam propriorum quam appellativorum duae, principalis et derivativa. principalis, ut ‘Iulus’, ‘mons’, derivativa, ut ‘Iulius’, ‘montanus’, sub qua sunt aliae multae.

Nam propria habent species separatim quattuor: praenomen, nomen, cognomen, agnomen. praenomen est, quod praeponitur nomini vel differen|tiae causa vel quod tempore, quo Sabinos Romani asciverunt civitati 23
ad confirmandam coniunctionem, nomina illorum suis praeponebant nominibus et invicem Sabini Romanorum. et ex illo consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque praenomine. et notantur vel singulis literis vel binis vel ternis. tum singulis, quando a vocali incipit praenomen, ut ‘A.’ ‘Aulus’, vel ab una consonante, ut ‘P.’ ‘Publius’, ‘T.’ ‘Titus’; tum duabus, quando a duabus consonantibus incipit, ut ‘Gn.’ ‘Gneus’, ‘Sp.’ ‘Spurius’; tum tribus, quando a consonante incipit prima syllaba et in consonantem desinit, si tamen alia quoque praenomina ab eisdem incipiunt consonantibus. ‖ idque fit differentiae causa, ut ‘Sex.’ ‘Sextus’, ‘Ser.’

p. 59, 10 *continet P* ITEM DE NOMINE PRIS. *P* INCIPIT DE NOMINE *G* 1 dicitur nomen uel greco quod est noma et adiectio onoma dr̄ adtribuendo, uel ut *P* 2 *νόμα*] *l* ꝓoma *RD* nωma (o?) *G* nωma *L* adiecto *H* o *RD* *ὄνομα*] *l* onoma *RD* onωma *GL* 3 nhmein *G* nemeyn *K* nemein *RD* vel ut] *b* u** ut *B* hoc nomine notamus *RBKd* hoc notamus nomine *DGL* 5 ut Virgilius — propriam *om. R add. r* 6 autem *om. G* commune *P* propria ut arithmeticam .grammaticam. Accidunt *P* arthmetica *Gg* arethmetica *K* 7 nichomachi *R* necomachi *K* aristorchi *G* 8 de accidentibvs. *DL* Accidunt] *g* Accedunt *G* nomini] *r* nominum *R* numerus figura] *k* figura numerus *RK* 9 sunt *P* sunt communes *rell.* propriorum] *r* propriarum *R* appellatiuorum *P* appellatiuorum (apellatiuorum *D*) nominum *rell.* 10 principalis] *P* primitiua *RBHK* principales primitiua *G* pincipales (*sic*, pi *in litura*) primitiua *L* primitiua *D* diriuatiua *PGK* principalis] *P* primitiua *rell.* diriuatiua *PGK* 11 multae] *h* mutae *H* 12 de proprIIs *D* habet *P* abent *R* 13 differentia *L* 14 quo tempore *G* sauinos *B* romã *P* adsuerunt *P* adsciuerunt *RBH* assciuerunt *K* 15 illorum nomina *P* 16 sauini *B* illo tempore consuetudo *B* 17 ramanus *L* notantur singulis litteris *P* 18 Tunc singulis *P* 19 puplius *GLK* T. Titus *om. P* 20 duobus *L* quando a duabus] *r* quando duabus *RG* quando ·II· *L* Gn.] *immo* Cn. *v. ll. ll. a Schneidero l. l. p.* 323 *sq. Kempfio Val. Max. p.* 747, *quamvis hic illic nota praenominis* Gn. *reperitur, v. modo Fabrettium inscr. ant. p.* 28 *sq. Schneiderum p.* 234: *et sic Prisciaņus, v. lib.* I § 57 Gneus] *r* genus *R* Sp. *om. L* 21 tum α tunc *libri* a consonantibus *P* 22 desinit] *d* desinet *D* si tamen — differentiae causa *om. P* incipiant *DGL* 23 idque] *r* idquae *R* sex. sex**tus *Rr* Ser. Sergius] *P, quod non eget mutatione, v. Borghesium in bull. dell' inst. archeol.* 1845 *p.* 158 *sqq., om. rell.*

p. 578 P. p. 71—73 K.

'Sergius', 'Tul.' 'Tullius', ne, si primam solam consonantem scribamus, 'T.' 'Titum' et 'S.' 'Sestium' significare putetur. unde in 'Marco' 'M.' solam scribimus, quamvis a consonante incipit syllaba et in consonantem
24 desinit, quia nullus error sit. nomen est proprie uniuscuiusque suum, ut 'Paulus' [proprium]; cognomen, cognationis commune, ut 'Scipio'; agnomen est, quod ab aliquo eventu imponitur, ut 'Africanus', 'Isauricus'. invenimus tamen multa in his quattuor speciebus propriorum nominum invicem pro se posita, et quae in aliis personis sunt praenomina, haec in aliis loco nominis accipiuntur, ut 'Tullius Servilius': hic 'Tullius' praenomen est; 'M.' vero 'Tullius': hic nomen. similiter et in aliis loco cognominis aliorum agnomina vel contra, ut 'Cicero', qui primus ab habitu | faciei nominatus est, agnomen hoc habuit, familiae vero eius cognomen fuit. similiter 'Caesar', 'Scipio'.

Hoc autem interest inter proprium et appellativum, quod appellativum naturaliter commune est multorum, quos eadem substantia sive qualitas vel quantitas generalis specialisve iungit: generalis, ut 'animal', 'corpus', 'virtus'; specialis, ut 'homo', 'lapis', 'grammaticus', 'albus', 'niger', 'grandis', 'brevis'.

25 Haec enim quoque, quae a qualitate vel quantitate sumuntur speciali, id est adiectiva, naturaliter communia sunt multorum: adiectiva autem ideo vocantur, quod aliis appellativis, quae substantiam significant, vel etiam propriis adici solent ad manifestandam eorum qualitatem vel quantitatem, quae augeri vel minui sine substantiae consumptione possunt, ut 'bonum animal', 'magnus homo', 'sapiens grammaticus', 'magnus Homerus'.

Proprium vero naturaliter uniuscuiusque privatam substantiam et qualitatem significat | et in rebus est individuis, quas philosophi atomos

1 primam solam consonantem] *P* primas solum consonantes *rell.* 2 tituum *P* setium *GL* significare putemur .t. titum et .s. sestium *D* putetur] *R Heidelb. Krehlii* putemus *P* putemur *rell.* 3 sola *P* solum *RBDH* scribimus quia nullus error sit quamuis a consonante incipiat. Nomen *P* 4 sit] fit *Gr* erit *RBDHLK* est *add. h* proprie] *rd* propriae *PRDH* 5 cognomen est *Dh* 6 inponitur *PH* Africanus] *g* affricanus *G* Isauricus] *d om. P* issauricus *GK* et isauricus *D* 7 multa] *r* multam *R* 8 pro se posita] praeposita *P* possita G sunt personis *D* praenomina] *r* pronomina *R* 9 nominis] *P* nominum *rell.* Servilius] *r* serbilius *B* sertulus *R. immo* Servius 10 M.] marcus *G* nomen hic *K* nomen est *D* et *om. G* 11 cognominis] *P* cognominum *rell.* agnomina] agnomina uel nomina *RBD* vel contra] *d* contra *D* primis *P* habitu] *d* abitu *R* abitu* *D* 12 hoc *add. G* 13 caesar *in litura B* cesar *P* 14 De differentia inter proprium et appellatiuum *DL* 15 naturaliter *add. d* neutraliter *P* est *om. P* quos una eadem *B* vel quantitas] seu quantitas *PGK* siue quantitas *DL* 16 specialis .ue. *P* uel specialis *rell.* iungat *Rr* 18 grandis] *P* magnus *rell.* 19 quoque *eras. in B* uel a quantitate *GL* sumuntur *adras. in B* sumuntur generali uel speciali *d* speciali *om. GL* speciali* *B* 20 naturaliter] *rdh* nascuntur. Naturaliter quoque *P* nascuntur naturaliter quoque *BD* nascuntur naturaliter *RH* naturaliter quoque *b* modo a generali modo a speciali qualitate uel quantitate nascuntur naturaliter *GL* 22 propris *K* adiici *GK* 23 substantiae] *k* stantiae *K* 24 magnus Homerus *om. PL add. l* 25 vero] *d* uero quod *D* et qualitatem] uel quantitatem *P* qualitatemque *GLK* 26 indiuiduis *d* induis *D* quae *BGKL* philosophi] *g* philosofi *P* philophi *G* philo.phi *H* atoma *PBHGLK*

p. 578. 79 P. p. 73. 74 K.

vocant, ut ‘Plato’, ‘Socrates’. itaque caret communione naturali. cum igitur evenit, ut multi eodem nomine proprio nuncupentur, fortuitu et sola voce, non etiam intellectu communis alicuius substantiae || vel qualitatis hoc fieri solet. et in proprio quidem etiam appellativa intellegi possunt, ut, si dicam ‘Virgilius’, intellegitur homo et poeta, in appellativis autem propria non intelleguntur, ut ‘homo’, ‘vir’, nisi per excellentiam loco proprii in quibusdam personis accipiantur, ut ‘poeta’ pro ‘Virgilius’ et ‘urbs’ pro ‘Roma’.

Appellativorum multae sunt species, quarum quaedam communes inve- 26
niuntur cum propriis, sive sint primae positionis sive derivativa. sunt enim quaedam corporalia in appellativis, ut ‘homo’, sunt etiam in propriis, ut ‘Terentius’, alia incorporalia in appellativis, ut ‘virtus’, in propriis, ut ‘Pudicitia’. homonyma quoque tam in propriis quam | in appellativis inveniuntur, ut ‘Pyrrhus’ filius Achillis et ‘Pyrrhus’ rex Epirotarum, ‘nepos’ filius filii et ‘nepos’ luxuriosus. inveniuntur tamen quaedam homonyma eadem propria et appellativa, ut ‘Magnus Pompeius’ et ‘magnus civis’. synonyma quoque tam appellativa quam propria inveniuntur. sicut enim ‘ensis’, ‘gladius’, ‘mucro’ unum atque idem significant, sic ‘Publius’, ‘Cornelius’, ‘Scipio’, ‘Africanus’ unum atque idem significant.

Aliae fere omnes species in nominibus inveniuntur appellativis. sunt 27
autem hae: adiectivum, ad aliquid dictum, quasi ad aliquid dictum, gentile, patrium, interrogativum, infinitum, relativum vel demonstrativum vel similitudinis, collectivum, dividuum, facticium, generale, speciale, ordinale, numerale, absolutum, temporale, locale. hae species communes sunt et

1 sacrates *P* cummunione naturali caret *K* commune *P* 2 nomine uocetur proprio fortuito *P* proprie *r* noncupentur *H* noncipentur *K* 3 . Communis *P* cummunis *K* haec *P* 4 propriis *ni f. in loco fere evanido B* quidem *om. GL* 5 uirgilium *L* intellegitur homo et poeta] *P* intellego (intelligo) et (et *om. GL*) hominem (*ex* homo *corr. R*) et poetam *rell.* autem *add. k* 7 uergilio *RH* uirgilio *Kg* 9 De appellatiuorum diuisionibus. *DL* multa *Rr* species sunt *G* quorum quedam *P* 10 prime *P* possitionis *K* diriuatiue, *in quo voc. hoc frustulum desinit, P* 11 in propriis etiam sunt *GL* uti *H* 12 alia incorporalia] *r* aliam corporalia *R* uirtus] *k* uirtus. Communis *H* uirtus communis *BK* ut Pudicitia] *Krehlius* ut uirtus dea et pudicitia penelopae *GL* ut pudicitia penelope *D* ut uirtus dea ut (ut *om. Hd*) pudicitia (puditiția *Rr*) penelopae (paenaelope *R* paenelope *B*) uel ipsa dea *RBHKd* 14 pyrrhus] *hr* pyrrus *RBH* pirrhus *D* phirrhus *GL* *post* Pyrrhus: filius — Pyrrhus *om. K add. k* filiis *H* achilis *GLk* pyrrus *B* phirrhus *GL* epyrotarum *D* 15 luxoriosus *G* uel luxuriosus *g* luxoriosus *K* quaedam] *d* quaedam adiectiua *D* omonyma *BDH* omonima *GLK* omominima *R* 16 et eadem *K* pompeus *H* ciuir *H* 17 Synonima *B* Sinonyma *DK* Sinonima *RGL* propriȩ quam appellatiua *GLK* 18 ensis] *r* eusus *R* mocro gladius *G* unum atque idem] *k* atque unum *K* *post* significant: sic — significant *om. R add. r* sic p. publius (c *in litura*) *B* cornilius *GK* 19 affricanus *K* adque *r* 20 ferę *B* appellatiuis inueniuntur *DGL* 21 autem *om. GK* 22 patriuum *GL* pratrium *D* infinitiuum *d* 23 factitium *RG* factiuum *H* generale] *r* generalem *R*

p. 579. 80 P. p. 74. 75 K.

principalium [id est primae positionis] nominum et derivativorum. propriae autem derivativorum sunt hae: patronymicum, possessivum, comparativum, superlativum, diminutivum, denominativum, in quo intellegimus cum multis aliis etiam comprehensivum (de quibus in loco dicemus), verbale, participiale, adverbiale.

28 Adiectivum est, quod adicitur propriis vel appellativis et significat laudem vel vituperationem vel medium vel accidens unicuique: laudem, ut 'iustus'; vituperationem, ut 'iniustus'; medium, ut 'magnus' || - dicimus enim 'magnus imperator' laudantes et 'magnus latro' vel 'fur' vituperantes -; accidens vero, id est suum uniuscuiusque, ut 'niger corvus' et 'altum mare'. inveniuntur tamen etiam in | propriis quaedam huiuscemodi, ut 'Gradivus Mars' et 'Ennosigaeus Neptunus' et 'Quirinus Romulus'. sed haec, quia propriorum loco accipiuntur, comparari non possunt, quod est proprium adiectivorum, nec egent adiectione aliorum nominum, quomodo communia adiectiva. sumuntur autem haec a qualitate vel quantitate animi vel corporis vel extrinsecus accidentium: animi, ut 'prudens', 'magnanimus'; corporis, ut 'albus', 'longus'; extrinsecus accidentium, ut 'dives', 'felix'.

Ad aliquid dictum est, quod sine intellectu illius, ad quod dictum est, proferri non potest, ut 'filius', 'servus'; nam dicendo filium etiam patrem et dicendo servum dominum quoque intellego. quod si intereat, interimit una illud, quod ab eo intellegitur.

29 Quasi ad aliquid dictum est, quod, quamvis habeat aliquid contrarium et quasi semper adhaerens, tamen non ipso nomine significat etiam illud: neque enim ex illo nominationem accipit, ut 'dies', 'nox', 'dextra', 'sinistra': nam quamvis intereat, non interimit secum etiam illud, quod ei adhaerere intellegitur.

(De homonymo superius docuimus, quod tam in propriis quam in appellativis invenitur. synonyma sunt, quae, sicut diximus, diversis nominibus idem significant, ut 'ensis', 'gladius', 'mucro'. in propriis quoque

1 possitionis *K* nominum uel deriuatiuorum *L* nominum uel diriuatiuorum *G* deriuatorum *H* 2 deriuatorum *H* Patronomicum *RHGLK* patronomycum *D* patronimicum *B* possesiuum *GK* posessiuum *L* 3 deminutiuum *G* diminutium *D* deminutiuum *B* 4 aliis *om. GL* conp̄hensiuum *BDH* uerbiale *B* 7 accedens *GLK* uel accidens *g* ut iustus] *r* et iustus *R* 10 accedens *GLK* uel accidens *g* 11 tamen etiam *om. GL* 12 ennosiggeus *R* eunosig*eus *G* enosigeos *D* ennosigeus *d* ennosaegaeus *K* 13 comparari] *g* compari *G* 14 adiectione] *H* uel adiunctione *h* adiunctione *r* 15 communia et adiectiua *K* uel quantitate *om. K* uel a quantitate *k* 18 felix dies *G* 20 patrem etiam *G* 21 si *add. h* 22 ab eo] *r* habeo *R* intel^{legitur} *Rr* intelligatur *K* 23 est *add. r* habeat] *d* habet *D* 24 aderens *B* non ab ipso *G* *post* etiam illud: neque — etiam illud *om. R add. r* 25 dextra] *d* dextera *DK* 26 non] nec *G* secum *ex* secun** *corr. B* 28 omonymo *BDH* omonimo *RGK* tam** (en) *B* 29 Sinonyma *D* Sinônima *GK* Syomina *R* 30 significant] *d* significat *D* mucro (mocro *K*) gladius *BHGK* mucro] *r* mocro *RL*

p. 580. 81 P. p. 75—77 K.

hanc vim habent dionyma vel trionyma vel tetraonyma, ut ‘P. Cornelius Scipio Africanus’, sicut docuimus.)

Gentile est, quod gentem significat, ut ‘Graecus’, ‘Latinus’.

Patrium est, quod a patria sumitur, ut ‘Atheniensis’, ‘Romanus’.

Interrogativum est, quod cum interro|gatione profertur, ut ‘quis’, VI 30
‘qualis’, ‘quantus’, ‘quot’, ‘quotus’, cum suos servant accentus.

Infinitum est interrogativorum contrarium, ut ‘quis’, ‘qualis’, ‘quantus’, ‘quot’, ‘quotus’, cum in lectione gravi accentu pronuntiantur.

Possunt tamen haec eadem et relativa esse et similitudinis, sicut etiam ‘ta||lis’, ‘tantus’, ‘tot’: haec tamen etiam redditiva dicuntur. et animadvertendum, quod huiuscemodi nomina vel substantiae sunt infinitae atque communis, ut ‘quis’, ‘qui’; vel qualitatis, ut ‘qualis’, ‘talis’; vel quantitatis, ut ‘quantus’, ‘tantus’; vel numeri, ut ‘quot’, ‘tot’. ex quo ostenditur, melius ea doctissimos artium scriptores Graecos inter nomina posuisse, quamvis vetustiores apud ipsos quoque pronomina vel articulos ea putaverunt, quos grammatici Latinorum similiter sunt secuti. sed incongruum videtur, cum illi antiquorum non recusaverint Graecorum etiam errores imitari, nos Apollonii et Herodiani, qui omnes antiquorum errores grammaticorum purgaverunt, vestigia linquere et non inter nomina haec potius ponere. de quibus in pronomine latius tractabitur.

Collectivum est, quod singulari numero multitudinem significat, ut 31
‘populus’, ‘plebs’.

Dividuum est, quod a duobus vel amplioribus ad singulos habet relationem vel plures in nu|meros pares distributos, ut ‘uterque’, ‘alteruter’, ‘quisque’, ‘singuli’, ‘bini’, ‘terni’, ‘centeni’.

Facticium est, quod a proprietate sonorum per imitationem factum est, ut ‘tintinnabulum’, ‘turtur’.

Generale est, quod in diversas species potest dividi, ut ‘animal’, ‘arbor’.

1 habeant *K* dyonima *RK* diomina *G* tryomina *RK* triomina *G* uel tetronyma (*sic*) *in marg. add. b* tetraonima *GK* tetronima *R* tetronyma *H* P.] p. publius *B* cornilius *GK* 2 affricanus *K* 3 significat — Romanus *add. r* 4 a *om. K* athaeniensis *H* athiniensis *G* athinensis *K* 5 est *om. K* 6 quantus tantus quot *B* quot *ex* quod *corr. R* 7 interrogatiuo *GLKh* quis *R* qui *r rell.* (*B h. l. omnino evanuit*) 8 quotus quot *L* quotus *om. RGH* lectione *Rr* pronunciantur *Rr* 9 *post* tamen: haec eadem — haec tamen *om. R add. r* 10 tantus totus tot *GL* animaduertendum est *K* 14 inter — uetustiores apud *om. R add. r* 15 apud uetustiores *Lr in* uetustiores apud *corr. L* possuisse *K* 16 secuti sunt *GL* 17 non] *d* nec *DGK* *** non (nec) *B* recusaverint] *r* recusauerunt *RGL* recussa uerunt *Kk* etiam *om. GL* 18 emitari *GK* apollinii *G* appollonii *HK* appllnii *L* haerodiani *R. de utroque cf. Lerschium Sprachphilos. d. Alten* II 119 *sq. Lehrsium mus. phil.* II 351 *sq.* 19 purgauerint *H* relinquere *GL* non *add. h* 20 tractabimus *K* 21 quod in singulari *DHGLKrb* nomero *H* 22 utq. *post* plebs *add. g* uel plebes *L* 23 est *add. l* aduobis *Rr* 24 uel ad plures *GL* ut *add. rk* uterque] *g* uter *G* 26 facticium] *r* fa****** *R* factitium *DK* Faticium *B* a *om. L* propriaetate *R* emitationem *G* 27 tintinabulum *DGLK* turtur *om. D*

p. 581. 82 P. p. 77. 78 K.

Speciale est, quod a genere dividitur, ut ‘homo’, ‘equus’, ‘vitis’, ‘laurus’.

Ordinale est, quod ordinem significat, ut ‘primus’, ‘secundus’, ‘tertius’.

Numerale est, quod numerum demonstrat, ut ‘unus’, ‘duo’, ‘tres’.

Absolutum est, quod per se intellegitur et non eget alterius coniunctione nominis, ut ‘deus’, ‘ratio’.

Temporale est, quod tempus ostendit, ut ‘mensis’, ‘annus’.

Locale est, quod locum significat, ut ‘propinquus’, ‘longinquus’, ‘proximus’, ‘medioximus’. Plautus in cistellaria:

At ita me di deaeque superi †. inferi et medioximi.

32 Hae, ut diximus, species omnes fere communes sunt tam principalium quam derivativorum. seorsum autem derivativa species habent, quas memoravimus, de quibus singulis hinc tractabimus.

DE PATRONYMICIS.

Patronymicum est, quod a propriis tantummodo derivatur patrum nominibus secundum formam Graecam, quod signifi‖cat cum genetivo primitivi filius vel nepos [‘Aeacides’, Aeaci filius vel nepos]. et hac forma poetae maxime solent uti, pro qua Romani | cognominibus familiarum utuntur, ut ‘Cornelii’, ‘Marcelli’; omnes enim ab illo, qui primus Cornelius et qui Marcellus nominatus est, hoc nomen habuerunt, quicumque eiusdem familiae sunt, sicut omnes minores Thesei ‘Thesidas’ Graeci appellant, quos solent poetae quoque nostri imitari, unde Virgilius secundum Graecam
33 formam ‘Scipiadas’ dixit. nec non etiam possessiva loco patronymicorum inve-

1 Speciale quod *L* genere] generali *D* *equus (a) *R* eqs *G* 3 primus] *r* prius *R* 5 absolutiuum *RBDHK* non eget *ex* eget non *corr. H* 6 dš * ratio *B* 8 significat locum *GL* longinquus] *r* longincus *R* longuinquus *L* 9 medioximus proximus *K* Plau*tus (s) *RD* *Plaut. cist.* II 1, 35 10 at ita me di deaeque] exad ita mediae et q̄ *Gg* ex aditu mediae et q̄ *L* medii *B* di* (i) *K* dii *RDH* superi atque inferi *Plauti omnes* et *om. H* medioximus *GL* uel medioximi *g* 11 Hae* (c) *B*

12 deriuatiua *R* deriuatiua* (e) *D* habent] *d* habentur *RD* 14 De patronimicis *D* De patronomicis *KL* DE PATRONOMICO *H inscr. om. RBGL* 15 Patronomicum *RDGHK* Patronimicum *L. utrovis modo et similiter saepe hoc in voc. peccarunt librarii* 16 grecam formam *D* 17 filius vel nepos] *d* filios uel nepotes *RD* ut *post* nepos (nepotes) *add. BD* Aeacides Aeaci filius vel nepos] *om. G* eacides aeaci filius uel nepos *R uncinis inclusit i. e. gloss. esse indicavit r* aiacides aiacis filius uel nepos *add. g* aiacides aiacis *LK* aeacides eaci *H* aeacides **** aeaci *B* ha*c (n) *R* poaete *H* 18 uti solent *D* 19 cornilii *K* Cornelii Marcelli] *r* corneli marcellii *R* marcelli cornelii *L* marcelli cornilii *G* illo] eo *GL*

Cornelius *om. L* cornilius *GK* 20 marcelles *H* quicumq; ex eisdem familia *B* familia *H* 21 sicut] sic *H* Thesei] *d* thessei *DG* tesei *L* Thesidas] *d* thessidas *DG* thesideas *H* tesidas *L* thesides *B* appellant Graeci *K* appellant] uocant *DGL* 22 poaete *H* quoque poetae (poete *D*) *DGLK* imitari] *g* emitari *G* *Verg. georg.* II 170 *Aen.* VI 843 23 scipiades *B* dixit scipiades *GL* dixit scipiades *K* dixit] dixit ΑΠΟΤΩΥCΙΠΙΟC scipionides dicere debuit *D* *post* dixit *ad marg.* pro scipionides mutata o in a et dempta ni *add. d* ΑΠΟ ΤΟΥCΚΙΠΙΟC. scipioni-

p. 582 P. p. 78—80 K.

nimus apud Latinos usurpata, ut ‘Aemilianus Scipio’ pro Aemilii filius et ‘Octavianus Caesar’. inveniuntur quaedam nomina formae patronymicorum significatione denomina|tiva, ut ‘Euripides’ non Euripi filius, sed ab Euripo sic nominatus (similiter ‘Thucydides’). sunt autem alia, quae cum sint in aliis patronymica, in aliis accipiuntur propria, ut ‘Timarchides’ Timarchi filius et ‘Timarchides’ proprium. et in omnibus fere speciebus nominum invenimus eiusdem formae etiam propria, quae tamen amittunt appellativorum significationem, ut ‘magnus’ adiectivum et proprium, ‘Iulianus’ possessivum et proprium, ‘Heraclides’ patronymicum et proprium. sic in aliis quoque speciebus invenies.

Scire autem debemus, abusive etiam a matribus et regibus sive con- 34
ditoribus et a | fratribus etiam patronymica solere formari, ut ‘Latoides’, Λητοΐδης, id est Latonae, filius Apollo, et ‘Iliades’, Iliae filius Romulus. Ovidius in XIIII metamorphoseon:

at corpora victa sopore
Invadunt portasque premunt, quas obice fultas
Clauserat Iliades.

similiter ‘Coronides’ a matre, Aesculapius - sic idem Ovidius in XV metamorphoseon:

des dici debuit *g* 1 usurpata *K* emelianus *LK* emilianus *DG* scypio *H* emilii *DL* emelii *GK* 2 octouianus *G* Caesar] *g* cesar *G* pro octauiae filius *post* Caesar *add. d* patromonicorum *H* 3 erypides *D* eurypides *Hdg* ᵃe*ripides *L* Euripides proprium non *RBDHLK* eripi *H* eurypi *g* eurupi *K* aeripi *L* 4 Euripo] *dk* eurupo *GK* euripa *D* aeripo *L* nominatus est. *GL* nominatus est. Dicitur Euripides quia illo die natus est quo athenienses cum persis in euripa bellum commiserunt. *D* nominatus est quia dicitur euripides (aeripides *L*) qui in illo die natus est quo athenienses cum persis in euripo (*sic ex* eurupo *corr. K* aeripo *L*) bellum commisserunt. *K ad marg. idem inde a* quia *in marg. L* quia in illo die natus est quo athenienses cum persis in eurypo loco bellum commiserunt *ad marg. tamquam gloss. add. g* similiter Thucydides *om. G* Similiter tucidides ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΩΚΟΥ ΤΟΥ ΕΠΟΝΟΥ *add. g* tucidides *K* tuchydides *r* ΑΠΟ ΤΩΥ ΘΚΩΥ ΕΡΩΝΩΥ *post* thucydides *in textu D. idem* (*i. e. ἀπὸ τοῦ θώκου, θρόνου s. secundum g τοῦ θρόνου*) *sic* ΑΠΟ ΤΩΥ. ΘΥΚΟΥ ΗΡΑΝΟΥ *pro gloss. alia quaedam m. add. in R* 5 in aliis sint *GL* ut Timarchides] *r* ut imarchides *R* Timarchi] *r* thimarchi *RDH* 6 Timarchides] *rl* thimarchides *RL* 7 eiusdem | dem formae *L* amittunt] *g* amitunt *G* 9 ut heraclides *L* Heraclides] *r* erachydes *R* haeraclydes *D* heraclydes *H* patronomicon *H* patronomicum *h* 10 spetiebus *Rr* inueniemus *Rr* 11 DE ORIGINE PATRONOMICORVM. *DL* abussiue *K* matribus uel ab auis maternis et regibus *GLK* matribus et ab auis maternis a regibus *D* siue a conditoribus *GL* 12 patromonica *H* Latoides] *sic ex corr. in litura H* la*toides (e) *R* le*toides (o) *B* letoides *D* uel latonides *d* latonides *GLKr* *voc.* filius *post* latonides *collocatum, deinde vero verborum ordo restitutus in K* 13 ΑΗΤΩΙC *R* ΛΑΘΩΝΟΙC *r* ΑΗΤΟΙS *B* ΑΗΤΩΥC *D* latonois *GLK* ΛΑΤΟΥC (a *in litura*) *H* ap*ollo (p) *G* appollo *LK* eliades *K* aliades *B* iliae *ex* eliae *corr. K* 14 *Ovid. met.* XIIII 779 *sqq.* 15 at] ut *RDHK* et *Ovidius* 16 inuadunt *ex* inuadant, *ut vid., corr. L* inuadant *RBDH* portas *** q; (quo) *B* qu*e (a) *R* premant *RBDHK* petunt *Ovidius.* premunt *ex v.* 779 *initio* ore premunt voces *huc illatum* ouice *B* obiece *G* obiice *Lg* obique *K* fultas] firmo *et* firma *libri Ovidiani* 18 coronides coronae filius *GL* aeseculapius

p. 582. 83 P. p. 80 K.

Vnde Coroniden circumflua Thybridis alti
Insula Romuleae sacris deiecerat urbis -

et 'Maiades', Maiae filius Mercurius. ab a||vis quoque maternis: 'Atlantiades', Mercurius, id est Atlantis natae filius. Ovidius in I metamorphoseon:

Sedit Atlantiades et euntem multa loquendo
Detinuit sermone diem.

in eodem 'Inachides', Ionis filius Epaphus, quae filia fuit Inachi:

Non tulit Inachides 'matri' que ait 'omnia demens'.

A regibus sive conditoribus 'Thesidae', 'Cecropidae', id est Athenienses; 'Aeneadae', 'Romulidae', id est Romani. Virgilius in II georgicon:

Praemiaque ingentes pagos et compita circum
Thesidae posuere.

idem in VI Aeneidos:

tum pendere poenas
Cecropidae iussi.

idem in VIII:

H aescolapius *K* aescolapius *L* *Ovid. met.* XV 624 *sq.* 1 Vnde] uii (uñ *sc. invenerat*) *L* cornidem *R* coronidam *GL* uel coroniden *l* coronidem *HK cum aliquot mss. Ovid.* coronyden *B* circumfluet *R* circumfluat *Kr* circumfluerat *G* circunfluerat *L* circumfluit *H* circumflua *hg* circumfluat thybydris *B* circumfluat hydridis *D* circumflua thybridis *d* tibridis *GLK* thibridis *H* alti] undis *libri nonnulli Ovid.*

2 insola *GLK* romulicae *G* uel romuliae *g* romyleae *D* sacri *R* deiecerat] *libri Prisc. omnes, nisi quod* deiicerat *L* adiecerat *Erl.* 2 *Krehlii*, adiecerit *plerique codd. Ovid., alii libri Ovidiani* accerserit, accesserit, asciuerit *etc.* 3 et Maiades] maiades *G* maiades maiades *L* mades *H* Maiae] *r* mage *R* filius *ex* fluuius *corr. R* mercorius *K* maternis quoque *K* *post* maternis: patronymicum fit ut *add. R* patronomicum *BHK et tamquam gloss. ad* athlantiades (*sic*) *d* ut *G* athlantiades *BDLK* adlantiades *H* 4 mecurius *R* mercorius *K* id est *om. GL* adlantis *R* athlantis *BHLK* *Ovid. met.* I 682 *sq.* in *om. K* metamophoseon *R* mettamorphonseon *D* 6 Atlantiades] *r* adlanciades *R* athlantiades *BDLK* euntem] *gl* eundem *GL* multo *BH* 7 detinuit] *k* ditinuit *L* ditenuit *G* detenuit *HKg* 8 *Ovid. met.* I 753 eodem *sup. lin. add. k* Ionis] *sic in litura h* iohis *R* i.us *r* ius *B* ioyc *D cod. G. I. Vossii, Vossius de anal.* II 28 *p.* 692 *Eckst.* issis *K* fls ionis *GL* epaphus filius ioyc *D* ** (ut?) epaphus *R* aepaphus *B* epapus *Hh* Inachi. Idem in eodem: non tulit *K* 9 inachiades *R* enachides *B* matriquae *R* 10 siue a *GL* condotoribus *H* thaesid*ae (i) *R* thesidae *G* cetropidae *R* cicropidae *DK* cecropide *B* atheniensis *H* athinenses *K* 11 Aeneadae] *dg* aneade *D* aeniadae *GK* 'id est *add. r* unde uirg. *K* *Verg. georg.* II 382 *sq.* in iiii *H* in iii *BK* 13 proemia *BD* que *om. Pal.* quae *RB* ingentis *Med. Pal.* ingeniis *Rom.* competa *DGLK* 14 thesid*ae (i) *R* thessidae *G* theside *Med.* impossuere *K* 15 *Verg. Aen.* VI 20 *sq.* 17 cecropides *B* cecropide *b* cicropidae *DGK* iussit *B* iusi *K* iussi *om.*; *post* Cecropidae: Idem in VIII. subitoque — seni In eodem: Aeneadae — cursu. A fratribus *L* *post* iussi: mis*er̃ septena quot annis *addendo versum Vergilianum integrum praebet G, in reliquis h. l. omnino conspirans cum L* 18 Idem in VIII Aeneadae — litora cursu *om., sed in membranula volumini illigata adicit K, addita nota:* non sunt

p. 583 P. p 80. 81 K.

Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.

item in I:

Defessi Aeneadae, quae proxima litora, cursu.

idem in VIII:

subitoque novum | consurgere bellum
Romulidis Tatioque seni.

A fratribus ‘Phaethontides’, unde femininum ‘Phaethontis’. Virgilius in bucolico:

Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis;

‘Phaethontiadas’ tamen dixit pro ‘Phaethontidas’ poetica licentia.

Sunt igitur patronymicorum formae apud Graecos tres: in ‘des’, quae dicitur communis apud illos, quod in omni sermone possunt hac uti, qua sola Romanorum quoque poetae utuntur. nam aliis duabus non utuntur, id est in ‘ων’ terminata, quae est propria Iadis linguae - ‘*Πηλείων*’ pro ‘*Πηλείδης*’ -, et in ‘αδιος’, quae est Aeolica, ut ‘Hyrradios’, Hyrrae filius, Pittacus. de hac igitur forma dicendum est, qua utuntur nostri.

Si nominativus Graecus in ‘ας’ vel in ‘ης’ vel ‘ιος’ desinat, genetivus vero in ‘ου’ diphthongum, a paenultima brevis ante ‘des’ invenitur in patronymico, ut ‘Pelias Peliădes’, ‘Aeneas Aeneădes’, ‘Menoetios VII 36

haec in libro Romano *et ipse praebens* Idem in eodem *Verg. Aen.* VIII 648 in ·VIII· aeneade. In ferrum *B* 1 Aeniade *K* ruebant] *h* rubant *H* 2 Idem *DGK* *Verg. Aen.* I 157 primo aeneidos *D* 3 defessi] *d* difessi *D* littora *GL* 4 *Verg. Aen.* VIII 637 *sq.* 6 Romulidis] *rd* romulidi *R* romulidae *DGL* uel romulidis *g* "statioque" romulidae *K* Tatioque] *g* statioque *GL* 7 *post* seni: Promethidae id est homines *add. tamen nota δ K* phoethontides *R* phetontides *BGLK* phoetontides *Dl* phoethontis *R* phoetontis *DL* phetontis *BGK* *Verg. ecl.* VI 62 *sq.* Virgilius dixit in *D* 8 bucolico] *g* bucolico *GK* 9 phoethontiades *R* phoetontiadas *DL* phetontidas *G* phetontiadas *K* circundat *L* amaro *Rom.* 11 phoethontiadas *R* phoetontiadas *DL* phetontiadas *GK* phoethontidas *R* phoetontidas *DL* phetontidas *BGK* phaethontides *H* liquentia *K* 12 DE TRIBVS TERMINATIONIBVS MASCVLINORVM. *D* 14 quoque *om. L* nam in aliis *G* 15 ON *Rr* terminatis *R* proprie *B* linguae iadis *DGL* ΠΗΛΑΗΙΩΝ *R* ΠΗΑΗΙΩΝ *D* ΠΕΛΕΙΩΝ *GL* ΠΕΛΗΙΩΝ *K* pro *add. h* ΠΗΛΑΙΑΔΗC *Rr* ΠΗΛΕΙΑΔΕC *B* ΠΗΛΕΙΔΕC *H* ΠΕΛΕΙΔΗC *K* peliades *D* peliades *G* pel⁎⁎des *L* peleides *l* 16 INA ΙΝΑΔΙΟC *Rr* inad IOC *H* *αδιος*] *l* a⁎δοc *L* adios *DG* aeoloca *H* hrradius *R* pirrhadios *D* phirradios *G* pyrradios *BH* Phirradous *K* Hyrriadios Hurre *in litura l* pyrrae *H* pyrre *B* pirrhi *D* phirri *G* Phirri *ex* hirrae *corr. K* pittacus *R* pittacos *B* pyttacus *D* ptacus *Gg* pictacus *H* pitacus *L* *cf. Suid. et Hesych. s. v.* Πυρράδιος *et ll. a Bernhardio ad Suid. p.* 1386 *ll.* 18 DE FORMATIONE MASCVLINORVM IN ADES *DL* in as uel in es uel oc *Rr* ac uel HC uel IOC *B* in ac uel ī HC uel ī IOC *b* in as uel in es uel in ios *D* in as uel ios *Gg* in ac uel IOC uel HC *K* ac uel HC uel IOC *H* in as uel in os *L* 19 uero desinit in *ov L* uero dissinit in ϒ *G* OY dyp diptongum *R* diptongon *DK* ⁎des *R* 20 peleias *L* Pe-

p. 583. 84 P. p. 81. 82 K.

Menoetiădes'; nam 'Aenides' magis contra regulam auctoritate poetica posuit Virgilius, e et a correptas in i productam convertens vel quasi ab 'Aeneus' 'Aenīdes', sicut a 'Peleus' 'Pelīdes', proferens in nono:

Sit satis, Aenide, telis inpune Numanum
Oppetiisse tuis.

1 hyrundininum *Hg* hirudinum *R* hirundinum *r* hyrundinum *K* uasa *H* est simia] *sic etiam libri Plaut.* est mihi simia (symia *HK*) *RBHGLK* 2 adorrier *L* adorier *K* adoririer *rell.* admolirier *Plauti omnes* 3 muste*la muste*linus (l) *G* musthela musthelinus *K* desinant tamen non hab*** a. ante nus. Leo *B* 4 leoninus ueruecinus a ueruice et porcinus a porco. Ouinus *B* et *om. L* sue] *r* suae *R* et *om. HL* 5 *post* sunt: ALITER *inscr. D* IN NVS ITERVM *L* 6 faciant *H* assumunt] *r* adsumunt *RBH* ut unus *BDHKr* 9 *post* ouilla: IN NVS ITERVM *inscr. D* 10 sed illa quae *B* 11 cras***** crastinus (tinus?) *B* horno hornotinus *post* pristinus *collocat GL ord. restit. l* 12 Constantinus et Clementinus] *l* clementinus et constantinus *L* t ut matutinus *LK* 13 mediestinus *BDHKr* uel mediastinus *k* 14 penenltimam (peniultimam *L*) corripit *GL* 15 *post* fuscina *vocc.* cur — fuscina *om. R add. r* ergo] igitur *r* deriuatum (diriuatum *G*) a pisce sine dubio *GL* deriuatiuum *BDH* diriuatiuum *K* 16 ficina *H* ficus *H* 17 nam] Quomodo *B* pagana *R* 18 mutinum *R* arrinum (arriminum *l*) ab arrimo *L* arrimium ab arrimo *G* uel ariminum ab arimo *g* ab *add. k* deriuatiua (diriuatiua *R*) *RBD* diriuata *r* 19 corripuerunt *add. r* IN ERNVS. *DL* er] r *D* 20 sint declinationis] *r* declinationis sunt *R* ius] *rl* us *R* ris *GL* ipse nominativus] *l* nominatiuus ipse *GLK* 23 arbor *K* *Solin.* 33, 8 memorabilibus] *r* memorabilius *R* memorabilibus *G* 24 *post* alternus: ALITER *D* 25 in mutis animalibus diximus *GL* ideoque] *r* ideo quoque *R* ideo et *GL* ideoque et *l* dicimus *om. H* passer passerinus (paser paserinus *L*) dicimus *GL* et passer *B* 26 adverbiis] *g* aduerbis *G* er] r *RG*

p. 594. 95 P. p. 99. 100 K.

ante ‘nus’, ‘infra infernus’, ‘extra exter||nus’, ‘supra supernus’. ab aliis quoque adverbiis temporalibus inveniuntur quaedam r ante ‘nus’ habentia, ut ‘noctu nocturnus’, ‘diu diurnus’, ‘heri’ alternitatis causa ‘hesternus’, ‘semper sempiternus’. in ‘teria’ etiam desinentia faciunt derivativum similiter: ‘Fabrateria Fabraternus’, ‘Sabrateria Sabraternus’; ‘aetas’ quoque ‘aeternus’. antiqui tamen | ‘aevitas’ et ‘aeviternus’ dicebant ab aevo, unde Varro in Pseudaenea: per

Aeviternam hominum domum,
Tellurem propero gradum.

‘vetus’ praeterea ‘veternus’ facit, non solum ‘veteranus’, sed diversas habent significationes. ‘quercus’ etiam ‘quernus’, ‘corylus colurnus’, ‘tacitus taciturnus’, ‘mensis mensurnus’: sic enim Cicero posuit pro ‘menstruus’ in primo rhetoricorum: pars quaedam aeternitatis cum alicuius annui, mensurni, diurni, nocturni, † vespertini certa significatione. ab hieme quoque vel imbre ‘hibernus’ fit. in ‘ia’ desinentia n antecedente mutant ‘ia’ in ‘us’, et huiuscemodi formae faciunt derivativa, a primitivis tamen habentia n, ut ‘Hispania Hispanus’, ‘Lavinia Lavinus’, ‘Hyrcania Hyrcanus’, ‘Mauretania Mauretanus’, ‘Campania Campanus’; ‘Dardanus’ vero proprium est et primitivum ideoque a corr eptam habet: abusive tamen poetae pro ‘Dardanio’ ponunt ‘Dardanum’. si vero ante ‘ia’ aliam habuerint consonantem, i longam habent ab eis derivata ante ‘nus’: ‘Luceria Lucerīnus’, ‘Nuceria Nucerīnus’, ‘Placentia Placentīnus’, ‘Anagnia’ quoque quia g ante n habet, ‘Anagnīnus’: similiter 63

1 ut infra *K* *post* supernus INVRNVS ET INERNVS. *DL* 2 adverbiis] *g* aduerbis *G* 3 diuturnus *K* 4 INTERIA *L* tertia *K* similiter faciunt deriuatiuum (diriuatiuum *K*) *BDHLK* 5 Sabrateria] *f. oppidum Africanum, quod vg.* Sabrata, *a Procopio de aed. Iustin.* VI 4 Sabaratha *nominatur. an* Sabrateria Sabraternus *dittographia ortum?* 6 dicebant] *d* dicebat *D* ab aeuo dicebant *GL* 7 barro *B Varr. sat.* LXXV *p.* 199 *Oehl.* in Pseudaenea *om. GL* in pseudenia *l* pseudenea *RDH* pseudenia *K* Pseudena *1* — *π* Pseudonea *α Putschius* Pseudoneo *Ausonius Popma coniectaneorum in Varronis satyras p.* 670 *ed. operum Varr. ex offic. Plantin. a.* 1601 *versus glyconeos agnovit Meinekius in act. antiq. Marburg.* 1845, 93, 740 8 hominum] *h* hominem *H* domus pro *h* 11 coryllus *K* 12 *Cicero de invent.* I 26, 39. possuit *K* quam *L* 13 rethoricorum *libri* 14 anni *D* mensurni] *sic pauci ex codd. Cic. Qxx. duo Med. ap. Orellium, R Baiteri, G Halmii: ‘cum antiquissimus codex V* menstrui *habeat, iam non adeo certa est lectio* mensurni, *ut Klotzio visa est in praef. p.* XVI; *saltem nullo codice apparatus Baiteriani praeter R, non ita bonum, confirmatur, vereorque, ne a Prisciano ex exemplari vitiato allata sit’ Linsmayerus in Halmii analect. Tull. fasc.* II *n.* 63 nocturni diurni *GL* vesp.rtini] ue spatii *Cicero* (mensurni uespertini nocturniue spatii *cod. Cic. Med.*) 15 significatione] *l* significatio *L* imbre] *r* himbre *R* IN ANVS ITERVM. *D* IN IA. IN anus iterum. *L* 16 n] *n *H* in us — habentia n *add. r* 17 diriua[ta] *Kk* n ante ia ut *d et ni f. B, ubi post* n *sex fere litt. ras.* 18 hircania hircanus *GKd* hircinia hircinus *D* mauritania mauritanus *G* 19 vero] quoque *G* 20 habent *L* abussiue *L* abussiue *GK* posuerunt *GL* dardan*um(i) *H* 21 IN INVS ITERVM. *DL* aliam] aliam uon *B* aliam non n *Dl et in litura H* aliam **** (non n) *R* aliam quam n *K* habuerint *ex* habuerunt *corr. B* habent *H* habuerint consonantem] *l* consonantem habuerint *GL* 22 nucerina *H* plancentia *D* 23 habent *D* habent *B*

'Alexandria Alexan||drīnus', 'Numantia Numantīnus', 'Aricia Aricīnus'. quae vero apud Graecos a nominibus urbium derivata in της desinunt, ea apud Latinos in 'tanus' plerumque efferuntur, sicut supra diximus, ut *Νεαπολίτης* | 'Neapolitanus', *Τριπολίτης* 'Tripolitanus'. similiter a Caralibus 'Caralitanus', a Salapia 'Salapitanus', a Gadibus 'Gaditanus', a Taurominio 'Taurominitanus', a Cephaloedio 'Cephaloeditanus', a Drepano 'Drepanitanus. 'gnus' quoque vel 'gna' vel 'gnum' terminantia longam habent vocalem paenultimam, ut 'rēgnum', 'stāgnum', 'benīgnus', 'malīgnus', 'abiēgnus', 'privīgnus', 'Pelīgnus'.

Inveniuntur tamen auctoritate veterum vel euphoniae causa et maxime in propriis quaedam non servantia supra dictas regulas, ut 'Ligus Liguris Ligurinus', non 'Ligurianus', 'censor censoris Censorinus', non 'Censorianus'.

64 Quamvis igitur, sicut ostendimus, diversas habent significationes supra dictae formae nomina, tamen, quia maxima pars eorum apud Latinos possessivorum habent demonstrationem, ideo haec quoque inter possessivorum species posuimus. et sciendum, quod etiam in 'is' et 'er' terminantium derivativorum multa inveniuntur significationis possessivae apud nos, ut 'civilis', 'hostilis', 'caelestis', 'lunaris', 'castrensis', 'equester', 'pedester', 'palustēr', quorum quia diversae et variae sunt formae et significationes, postea eas cum reliquis speciebus denominativorum per ordinem tractabimus. nunc de comparativo videamus. | ||

1 alaxandria alaxandrinus *KL* alax*endria alax*endrinus *G* Aricia] aritia *HR* aricina *ex corr. b* IN ANVS ITERVM. *D* IN tanus iterum *L* 2 in της] α in tes *r rell.* ante nus *R* apud *h* apre *H* 3 ut *om. GL* Νεαπολίτης] α neapolites *RB DHK* neopolites *GL* 4 neopolitanus *GL* Τριπολίτης] α tripolites *libri* carilibus *GL* uel caralibus *gl* carilitanus *L* uel caralitanus *l* *caralitanus (a) *H* 5 *post* Gaditanus: a drepano drepanitanus *GL* 6 tauromināmus *H* tauromitanus *K* *cf.* § 59 a Cephaloedio — Drepanitanus *om. GL* a chephaloedio caephaloeditanus *add. l* cephaledio *r* caephaloedio *D* cephaleditanus *R* caephaloeditanus *D* *drepanitanus (a) *H* drepadi*tanus (n) *R* drepaditanus *B* ALITER. *D* 7 In gnus *r* penultimam uocalem penūltimam *R* 8 ut a regno regnum, a sto stagnum, a bene benignus, a male malignus *RBDHGLK* a regno, a sto, a bene, a male *del. r, om. Heidelb., ubi add. glossator v. Krehlium* II 512 (*de gloss.* a regno *tacet Lind.*) 9 pūignus *KL* paelignus *BHK* 10 ueterum *add. k* maxime *B* 11 quaedam nominibus non *B* non servantia] *r* conseruantia *R* supra scriptas *D* 12 non *ante* Censorianus *add. l* 14 habe*t (n) *D* habeant *BHKL* 15 pars maxima *H* 16 habet *L* 17 possuimus *K* in is] *rb* in his *RB* et in er *GLK* er syllabam *H* deriuatorum *H* 19 aequester *K* 21 denominatiuorum speciebus *G* tractabimimus *R* 22 comparativo] comparatiuis et superlatiuis et dimminutiuis *r* uideamus *om. R add. r* uidemus *K*

EXPLICIT LIB. ·II· INCIPIT LIB. ·III· DE COMPARATIONE *R* EXPL. LIB. II· INCIP. LIB. III. DE COMPARATIVIS ET SVPERLATIVIS. ET DIMINVTIVIS. *B* INCIPIT LIBER III DE COMPARATIONE *H* PRISCIANI EXPLICAT LIBER SECVNDVS SED PRIMVS DE NOMINE. Tertius de comparatiuis et superlatiuis et eorum diuersis extremitatibus, ex quibus positiuis et qua ratione formantur. de diminutiuis. quot eorum species ex quibus declinationibus nominum quomodo formantur. INCIPIT TERTIVS. *D* LIBER TERTIVS DE COMPARATIVIS *etc* — formantur = *D K* EXPLICVIT AIBER ·II· INCIPIT AIB. III. DE COMPARATIVIC *G* explicit liber secundus. incipit tercius. de comparatione. *L Hic iterum ab inscr.* DE COMPA. SVPERLATI. *inc. P*

LIBER TERTIVS.

p. 597. 98 P. p. 102. 103 K.

DE COMPARATIONE.

Comparativum est, quod cum positivi intellectu vel cum aliquo parti- I 1
cipe sensu positivi 'magis' adverbium significat: ut 'fortior', magis fortis, 'sapientior', magis sapiens, 'ulterior', magis ultra quam ille qui ultra est, 'interior', magis intra quam ille qui intus est. hae autem comparationes, quae ad personas vel res participes positivi fiunt, nascuntur a dictionibus carentibus casu, id est a verbis, ut 'detero deteris deterior', et ab adverbiis sive praepositionibus, ut 'extra exterior', 'intra interior', 'ultra ulterior', 'citra citerior', 'supra superior', 'infra inferior': nam 'superus' et 'inferus', quamvis videantur eorum [id est 'superioris' et 'inferioris'] esse positiva, tamen in usu 'superi' pro caelestibus sive vivis, 'inferi' autem pro manibus accipi solent. adeo autem non ad ipsa adverbia, sed ad personas vel res participes adverbiorum huiuscemodi fiunt comparationes, quod na|scuntur ex his ipsis adverbia comparativa, quae cum 'magis' ipsum positivum adverbium significant, ut 'ulterius' 'magis ultra', 'citerius' 'magis citra', 'exterius' 'magis extra'. sic et similia.

Derivantur igitur comparativa a nominibus adiectivis, quae sumuntur 2
ex accidentibus substantiae nominum. accidentia autem sunt, quae ex qualitate vel quantitate animi vel corporis vel extrinsecus forte evenientium tra|huntur, quae possunt incrementa vel diminutiones accipere, per quae comparatio nascitur, sine quibus substantia intellegi potest: ea vero, nisi || prior illa intellegatur, esse non possunt. si enim dicam 'homo' vel 'lapis', substantiam demonstravi, cuius significatio nec augeri potest nec minui,

2 conparatiuum *PH* 3 sensus *PRBDH* possitiui *G* positiui* (s) *B* significat aduerbium *P* 4 sapiens, ulterior magis *om. G* ultra est — ille qui *om. P* 5 ille] *d* illi *D* itus *P* hae] *rb* haec *PRB*, *forma 'veteribus' usitata* (*v. Fleckeisenum mus. phil.* VII 271 *sqq.*) *cf. v. l. lib.* VII § 45. 83. 89 VIIII 22 XVI 5. 11. 13 conparationes *H* 7 dic*tionibus *B* casu] *r* causa *R* 8 adverbiis] *g* aduerbis *G* sive] uel *K* 9 infra inferior] *b* intra interior *B* superus] *rh* superius *RH* 11 possitiua *G* in ussu *G* insu *P* vivis] uius *P* 13 conparationes *P* 14 adverbia] *d* aduerbiis *D* conparatiua *PH* 15 aduerbio *r* aduerbii *b* significat *B* 16 magis extra] *k* extra magis *K* sic *om. P* 17 DE ORIGINE QVA QUAE COMPARATIONES NASCVNTVR. *DL* Diriuantur *P* conparatiua *PH* 18 sunt ex *Ll* qualitate vèl quantitate] *g* qualitate et quantitate *P* quantitate uel qualitate *G* 19 quantite *H* animini *D* evenientium] *k* uenientium *HK* trahuntur et quae *P* 20 demunitiones *B* deminitiones *b* conparatio *PH* 21 potest subaccidentia. Ea *Bb* 22 illa] *P* illa substantia *rell.* intellegatur] *b* intellegantur *PB* posunt *L*

p. 598 P. p. 103. 104 K.

sin aliquid accidens [homini vel lapidi] proferam, tunc habet locum comparatio, ut 'homo prudens' et 'prudentior', 'lapis niger' et 'nigrior'. quamvis enim non sit prudens, potest 'homo' intellegi, et lapis quamvis
3 non sit niger, intellegitur 'lapis'. itaque adiectiva iure sunt appellata, quae illis nominibus, quae substantiam demonstrant, adiciuntur, quamvis antiqui etiam in quibusdam gentilibus comparativis usi sunt, ut Punus Punior - Plautus in Poenulo:

nullus me est hodie Punus Punior -

et superlativis etiam in pronominibus, ut idem Plautus in trinummo:

† ergon ipsus est? - Ipsissimus.

† Abhinc ab oculis?

Fiunt autem comparativa a nominibus, verbis, participiis, adverbiis sive praepositionibus.

A nominibus, ut 'clarus clarior', 'felix felicior'.

A verbis: 'detero deteris deterior', 'potior potiris, hic' et 'haec po-
4 tior' et 'hoc potius potioris' - possumus tamen hoc etiam a nomine 'potis' accipere, quamvis significatio alia esse videatur, unde Terentius in Phormione:

ubi tu dubites, quid sumas potissimum,

pro 'optimum' -.

A participiis: 'indulgens indulgentior', 'amans amantior'. sed quando comparantur participia, transeunt in nominum significationem.

1 aliquod *RHK* homini uel lapidi accidens *P* accidens (accedens *GL*) homini uel lapidi *rell.* habet] habens *P* conparatio *P* 2 prudens prudentior *P* nigior *P* 4 niger post (*l.* potest) lapis intelligi. Itaque *P* lapis *eras. in H* iure *eras. in B* appellata quia illis *HK* 5 nominibus adiciuntur quae substantia ostendunt. Antiqui etiam in pronominibus conparatiuis usi sunt ut platus ergon *P* 6 conparatiuis *H* 7 *Plaut. Poenul.* V 2, 31 penulo *R* penula *BDLK* paenula *HG* 8 nullus me est hodie Punus Punior] *k* hodie punus punior nullus me est *K* hodie Punus Punior] *g* punior punus hodie *G* punus pro *add. r* denus punior *Plaut. Pal. uterque* 9 in *om. K* nominibus *L* *Plaut. trin.* IIII 2, 146 (*v.* 988 *sq.*) trinummo] *r* trinom*mo *R* 10 ergon] *d* ergo *RBDHG* ergo ipsusnes *Plaut. Vet.* ergo ipsusne es *rell. libri Plautini* est *om. P* 11 abhinc *libri cum optimis Plautinis* abi hinc *alii;* abin hinc *Guyetus* ab *om. D* 12 conparatiua *P* uerbis uel participiis *B* a uerbis a participiis ab aduerbiis *P* ab aduerbiis *BH* adverbiis] *g* aduerbis *G* 14 nominibus d x uclarus *Rr* felim *R* felix felicior *om. P* 15 ut detero *P* deteris *om. R* pocior *H* potiris] *bl* poteris *BGL* uel potiris *g* 16 et hoc potius *om. P* potius potioris] *l* potius potius potioris *L* potioris potissimus possumus *RH GK* potioris potissimus ** (uf) possumus *B* 17 *post* accipere: . Vnde terentius — pro optimum *exhibet K* significatio altera uideatur esse *P* uidetur *H* uideatur potio potior potissimus pro optimus. unde *DGLK* unde — optimum *om. P* f *Ter. Phorm.* II 2, 29 phormione *R* formione *K* 19 quid] *G* uel quod *g* quod *K* sumas] *r* summas *R* positissimum *R* 21 partitipiis *R* participio ut *P* indulgens. tior. Sed *K in marg.* tior. amans *post* indulgens *add. k* amans amantior *om. P* *post* amantior *in marg.* uel res participes aduerbiorum id est ulterior interior et similia dicuntur quia nascuntur ab aduerbiis localibus cum sint nomina comparatiua *add. r* quando] *r* quanto *R* 22 conparantur *PH* nominum *ex* nomina *corr. H*

p. 598. 99 P. p. 104. 105 K.

Ab adverbiis sive praepositionibus, ut ‘extra exterior’. et sciendum, quod localia sunt haec adverbia sive praepositiones, ex quibus comparativa nascuntur nomina et paene haec: ‘extra exterior’, ‘intra interior’, ‘ultra ulterior’, ‘citra citerior’ - vetustissimi tamen ‘citer’ protulisse inveniuntur. Cato de agna pascenda: citer ager alligatus ad sacra erit. ‘citimus’ quoque dicebant teste Capro. ‘exter’ quoque invenitur, ut Statius in XI Thebaidos:

Sed quid apud tales, quis nec sua pignora curae, |
Exter honos?

ex quo Virgilius in IIII:

et nos fas extera quaerere regna -,

‘supra superior’, ‘infra inferior’, ‘post posterior’, ‘prope propior’, ‘ante anterior’, ‘penitus penitior’. Apuleius in I Hermagorae: visus est et adulescens honesta forma quasi ad nuptias exornatus trahere se in penitiorem partem domus.

Fit autem comparatio vel ad unum vel ad plures tam sui generis quam alieni, quamvis Graeci honoris causa suae gentis quam ratione veritatis dicunt, non posse ad multos sui generis fieri comparationem. alii autem dicunt, hanc esse rationem, propter quam non utuntur tali comparatione,

1 adverbiis] *g* aduerbis *G* prepositionebus *D* extra. rior ultra ior. citra or *K post* extra: ior. intra *in marg. add. k* *post* exterior: intra interior ultra ulterior citra citerior *add. RH(Kk)l* intra interior ultra ulterior *BDGL* 2 sunt ⁊ et aduerbia *G* conparatiua *P* 3 nascuntur nomina] *k* nomina nascuntur *K* ultra ulterior] infra inferior *P* 4 tamen etiam citer *RBDGLK* 5 Cato — quaerere regna *om. P* Cato de agna [musta *v. infra lib.* VI § 73] pascenda: *Catonis or.* 46 *in orr. Rom. fragm. ed. Meyerus p.* 83 *ed. alt.* alligatus] *sic etiam R lib.* XIIII § 33 allegatus *h. l. RH* 6 Teste capro. exter *B* Capro] *v. etiam lib.* XIIII § 33. *de ipso Flavio Capro, cuius testimonio sat saepe utitur Priscianus, conferenda inprimis commentatio Osanni de Fl. Capro et Agroecio grammaticis, Gissae* MDCCCXLIX. 4, *cuius tamen de aetate Capri sententia, quod alibi probabo, nimis infirmis nititur fundamentis. hunc locum eius libris enucleati sermonis potius quam de dubiis generibus operi assignaturus est Osannus p.* 12. *Priscianum vero etiam Capri de Latinitate opere usum esse libenter concedimus Graefenhanio hist. phil.* IIII *p.* 99, *cf. etiam Osannum l. l. p.* 15 7 *Stat. Theb.* XI 428 *sq.* 8 aput *H* quis] *K Monac.* qui *h om. H rell.* ne *Bb* pignore *Rr* cura *K* 9 exter honos] *sic etiam ‘duo optimi libri’ Statiani teste Barthio.* Alternos *Stat. Cass. et vel sic vel* Externos ‘*optimi, immo fere omnes codd.*’ *Statiani teste I. F. Gronovio* externos *Queckii omnes* 10 *Verg. Aen.* IIII 350 IIII aeneidos *D* 11 fas est extera *DK* externa *Pal. m. alt.* 12 supra — inferior *uncis inclusit r* infra inferior *h. l. om. P* propior] *rh* proprior *RH* 13 Apulius *K* *Apul. fragm.* 3 *t.* II *p.* 636 *ed. Hildebrand.; de Hermagora cf. eundem t.* I *p.* LVIII *et O. Iahnium in act. soc. scient. Lips. class. hist. a.* 1850 *p.* 283 Apuleius — domus *om. P* primo *DLK* haermagore *H* ermagorae *G* ermogore *K* 14 et] *r* eius *R* ei *D* et *H* ei et *BGLK* adolescens *Rr* adulescens *D* aduliscens *H* adoliscens *K* exornatus] *r* exhornatus *RH* 15 se *add. d* penitiorem *B* 16 DE NVMERO CVI COMPARATIVVSIVNGITVR. *DL* uel plures *P* generis *add. l* 17 greci *P* gentis] *d* gentes *D* 18 a *R* fieri comparationem] *k* comperationem fieri *K* conparationem *PH post* comparationem: alii — rationem *om. G add. g* 19 conparatione *P*

p. 599. 600 P. p. 105—7 K.

quod, cum ad plures sui generis fit comparatio, superlativo possumus uti, ut 'fortissimus Graiorum Achilles'. sed superlativus multo alios excellere significat, comparativus vero potest et parvo superantem | demonstrare, unde etiam diminutionem apud nos iure accipit: 'maiusculus', 'minusculus', 'tardiusculus'. quid autem, quod accidit inter tres vel quattuor vel plures, non tamen ad totum genus fieri comparationem et necesse est uti plurali suorum? ut si dicam 'fortissimi fuerunt Graecorum Aiax, Diomedes, Agamemno, Vlixes, omnibus tamen his fortior fuit Achilles'. Virgilius in I:

Pygmalion scelere ante alios immanior omnes,

ad omnes sceleratos conferens Pygmalionem comparativo est usus. Statius in VIII:

Et melior sis, quaeso, deis

Amphiaraus dicit ad Plutonem.

6 Sunt igitur quae comparari possunt nomina vel secundae vel tertiae declinationis. et si sint secundae, mobilia sunt, id est, in a faciunt feminina et in 'um' neutra et vel in 'er' vel in 'us' desinunt et assumentia genetivo 'or' faciunt comparativa, corre||pta tamen paenultima i, ut 'tener [teneri] tenerĭor', 'niger [nigri] nigrĭor', 'clarus [clari] clarĭor', 'doctus [docti] doctĭor'. (notandum est, quod 'sinisterior' [quasi] a genetivo 'sinisteri' videtur esse factum, cum in usu 'sinistri' ubique reperiatur.)

Inveniuntur quaedam, quae quamvis sint accidentia [id est adiectiva] et eorum significatio exigat, ut faciant comparativa, tamen non habentur 7 in usu frequenti. sunt autem ea plerumque, | quae vocales ante 'us' habent, ut 'pius', 'arduus', 'egregius', 'dubius', 'strenuus', quamvis Plautus ex eo comparativum protulit 'strenuior' in Epidico:

1 pluresui *P* conparatio *P* posumus *K* 2 graecorum *BGLK* acchilles *P* achiles *GLK* sed *om. P* superlatiuos multos *P* 3 conparatiuus *PH* et *in marg. K* paruo* (s) *R* superante *P* monstrare *P* 4 ut maiusculus *PK* 5 autem est quod *B* inter *ex* in *corr. H* 6 conparatione *P* conparationem *H* est] esse *H* 7 graecorum *add. k* diomides *GK* agamemnon *PBh* agimemno *K* 8 eis *H* acchilles *P* achiles *GL* Virgilius — Plutonem *om. P* *Verg. Aen.* I 347 in primo aeneidos *D* 9 pigmalion *BDHGK* inmanior *DH* omnes] *add. r* omnis *Med. Pal. Rom.* 10 pigmalionem *RBDHG* Staĕr *H* 11 *Stat. Theb.* VIII 120 VIII ducens amphiaraum dedit eloquentem et melĭor *B* 12 quaesso *K* quesso *G* deis] *r* dehis *R* 13 Amphiaraus] *3* afiaracus *RBHLKdg* afiarcus *G* afiriacus *D* pl*utonem (a) *H* platonem *B* 14 DE NOMINIBVS QVAE COMPARARI POSSVNT IN SECVNDA DECLINATIONE *D* igitur *om. K* conparari possunt omnia secundae *P* 15 sint] st̄ *P* est a *P* feminina in *B* 16 adsumentia *PRBDH* or genitiuo *K* 17 or ******* faciunt *B* paratiua *P* corp̄tá *H* peneultima *P* ut *add. k* teneri *om. P* 18 niger nigri nigrior *om. P* clari *om. P* doctus docti doctior *om. P* 19 sinistior *P* senisterior *K* quamuis quasi *Dd* quasi *om. P* sinisteri] *g* sinistri *H* sinistri *P* sinesteri *G* senisteri *K* uideatur *RBDHGK* 20 u*su (s) *G* ubiquae *R* repperiatur *PB* 21 De adiectiuis quae comparationem non habent *L* DE HIS QVAE COMPARATIVVM NON HABENT. *D* accedentia *G* 22 faciat *P* conparatiua *R* habent *DHG* 23 u*su (s) *G* us] u *P* 24 strennuus *GLK* *post* strenuus: plerumque (plerunque *G*) dixi (dixit *BH*) quia sunt et anomala quae non seruant in comparatiuis regulam *RBHGLK; post* sordidae *p.* 87, 2 *eadem ponit D: nondum extant in P* *Plaut. Epid.*

p. 600 P. p. 107. 108 K.

Nam strenuiori deterior si praedicat
Suas pugnas, de illius †illae fiunt sordidae.

et puto, hanc esse rationem, quod oportet comparativum una syllaba vincere genetivum positivi, nisi sint anomala, ut 'teneri tenerior', 'docti doctior'. si ergo haec, quae ante 'us' vocalem habent, assumant genetivo 'or', necesse est inter duas vocales positam i transire in vim consonantis, quod in Latinis dictionibus semper fere patitur, cum inter duas vocales invenitur vim suam servantes. hoc autem [ideo] dixi, quod u post q vel [post] g posita saepe ante i hoc non facit, quippe amittens vim suam, ut 'nequior', 'pinguior', quod nisi fiat, contingit, si in consonantem transeat i, pares esse syllabas genetivo positivi cum nominativo comparativi vel hiatum intolerabilem fieri tribus vocalibus per tres syllabas continue positis nulla consonante media, si dicamus 'piior', 'arduior'. quod ne fiat, non sunt usi eorum comparativis. plerique assumunt igitur 'magis' adverbium et usum 8 comparativi complent, ut 'magis pius hic quam ille'; vetustissimi tamen comparativis etiam huiuscemodi sunt [est quando] usi. Cato [dixit]: quod iter longius arduiusque | erat a curia. idem ad populum de triumpho: asperrimo atque arduissimo aditu. Pacuvius in Medo:

mulier egregiissima

Forma.

Iuvenalis in IIII:

III 4 (IIII 2) 10 *sq.* strennuior *LK* strenior. In *P* 1 Nam *om. P* strennuiori *GLK* strenuior. Ideterior *P* 2 illae] *sic Plaut. Vet. et Langiani* ore *Plauti dett.* illae ore *Erl.* 2 *Krehlii* illae *Hh; Krehlius voc.* ore *etiam in Lips.* 1 (*alüs?*) *ab interpolatore additum esse testatur* ille *PB* fiunt] *h* sunt *RK* sint *H* sordide *PB* 3 comparatiuum *P* 5 habent uocalem *GLK* adsumant *PRBDH* assumunt *Kr* 6 posita *P* uim] .um. *P* 8 ideo *om. P* quod] quia *G* uel g *P* 9 amitens *Rr* uim suam amittens. *P* 10 continguit *L* sin *H* consonante *B* 11 cum ** nominatiuo (in) *B* comparatiui *PH* hiatus intolerabilis fit *D* intollerabilem *BGK* 12 continue] *r* continuae *PRBH* consonante posita media *P* 13 piuor ardiuor *P* quod uitium ne *B* fiant *P* eorum comparatiuis non sunt usi *D* 14 comparatiuis *H* comparatiuis plerique adsumunt *P* comparatiuis plerumque adsumunt *Rr* comparatiuis plerique; Adsumunt *B* adsumunt *DH* igitur] etiam *D* 15 comparatiui conplent *P* maius *R* ille quam hic *D* 16 sunt] *Dr* sunt est quando *PRBKd* est sunt quando *G* est quando *L* ** est quando (st?) *H* usi] usi ut arduior arduius *Dr* Cato] *fr. inc.* 20 *ap. Meyerum, qui l. l. p.* 148 *'in Originibus' ait 'an in oratione quadam id dixerit, incertum'* dixit *om. P* 17 inter *P* longius *G* longuius *LK* a] *k om. PK* Ide** (st) *R* *Cat. ad pop. de triumpho: or.* 5 *p.* 25 *sq. ap. Meyerum* 18 asperrimo atque] usque *P* aditu' *D* *post* aditu: similiter inuenimus et apud eundem et alios doctores huiuscemodi comparatiua et superlatiua ut gregisima mulier pertulis perpetuissimum strenuior *omissa rel. huius* § *parte P* Pacubius *RBHGLK* *Pacuv. Med. fr.* 3 *Both.* XII *p.* 88 *Ribb.* 19 Medo] *r* medio *RLK* mecho *G* 20 egre*iissima (g) *H* egregissima *L* egregisisima (*sic*) *G* 22 Inuenaŧ *H* *Iuvenalis sat.* IIII 11, 12

p. 600. 601 P. p. 108. 109 K.

Egregius caenat meliusque miserrimus ho‖rum, pro 'egregiius'. M. Cato in oratione, ne quis iterum consul fiat: imperator laudem capit, exercitum meliorem, industriiorem facit. C. Gracchus contra Q. Aelium Tuberonem: utrum inimicorum meorum factio an magis sollicitudo te impulit, ut in me industriior sis quam in te? idem Cato de Ptolemaeo minore de Thermi quaestione: quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem atque antiquiorem animum inducent esse quam innoxiiorem. idem Cato de Macedonia liberanda: idque perpetuius atque firmius repsit. idem in Thermum: sed a benefactis, ab optimis artibus fugit maxima fugella perpetuissimo curriculo. Lucilius in XVI ad Fundium:

Fundi delectat virtus te, vilicus paulo
Strenuior si evaserit.

II 9 Sunt autem et alia | in 'us' terminantia, ex quibus comparativa supra dictam regulam non servant et dicuntur inaequalia. quorum quaedam ha-

1 egreg*ius (i) *L* cenat *RBK* miserimus *R* misserrimus *L* 2 egregius *RDH* egregius *B* egregiius *Ll* *Cato ne quis iterum cos. fiat: or.* 63 *p.* 113 *sqq. M.* 3 meliorem *om. L* industriorem *RDG* industriorem *BHL* industriorem facit *in lacuna k* 4 G. gracchus *R* G. grachus *r* G. gracus *H* C. graccus *L* *C. Gracchus contra Q. Aelium Tuberonem: or.* 9 *p.* 240 *sq. M.* contra Q. Aelium] *coll. Cic. Brut.* 31, 117 *Meyerus, quem praeisset Krehlius, 'si emendare liceret Codices vel Priscianum etiam ipsum'.* contraq** (uc) aemelium *Rr* contraq. aemilium *BD* contr* emilium (q.) *H* contraq. emileum *G* çontraq. emelium *L* contraq. humilium *K* 5 au] *r* ac *R* sollicitudo] solitudo *BGLK* sollicitudo patria *D* sollicitudo φατρια *Darmst.*[a] sollicitudo πατρια *Darmst.*[c], *ut φατρία videatur glossa ad* factio *ascripta, quae deinde varie corrupta et loco mota sit post* impulit: φπατρια *spscr. in Monac.* solitudo ite inpulit *R* (patriae *m. quadam rec. add.*) ut in me ut industrior *R* 6 industriior] *gk* industrior *BDHGK* sis *add. r* Idem — innoxiiorem *om. R add. r* *Cato de Ptol. min. etc.: or.* 60 *p.* 108 *sqq. M.* ptolomeo *DLK* ptholomeo *BHG* tholomeo *r* 7 term** *K* uitam suam *h* superiorem *Ll* 8 ee inducent esse *H* inducentes quam *B* quam *om. G* innoxiiorem] *rk* innoxiorem *RBHK* 9 *Cato de Maced. lib.: or.* 58 *p.* 101 *sq. M.* Macedonia] *d* macidonia *DGL* perpetuius] *dh* perpetuus *DH* perpetuiius *L* 10 adque firmus reprepsit *Rr* *Cato in Thermum: or.* 37 *p.* 72 *sq. M. cf. lib.* VIII § 12 Thermum] *b* termum *K* hermum *RB* thernium *G* a] in *K* 11 obtimis *R* fugitq. *GL* fugit quae maxima *D* fugella] *r cf. Lachmanni in Lucret. comm. p.* 204 exigua fuga fugella *R* (exigua fuga *spscr.* glosa *del. r*) flagella *GL et in litura h* plagella *K* perpetuussimo *R* perpetuiissimo *rd* 12 *Lucil. sat.* XVI 5 *Dous. Gerl.* XVI mo. Ad *B* Fundium] *dh* fundidum *RBDH* 13 : Fundi] fundi *B* delectat *Rr* dilectat *Dd* dilectat *G* delectet *v. Heusdius stud. crit. in C. Lucilium poetam p.* 184 virtus te] *d* uirtute *D* vilicus] *r* uillicus *R* 14 strenuior *GLK* strenuior *Dd* strennui ior *R* strenuor *Hh* si evaserit] *r* siue uasserit *R* si euaseris *cod. G. I. Vossii, edd. ante α, G. I. Vossius de analogia* II 27 *p.* 690 *Eckst.* 15 DE SEX COMPARATIVIS INAEQVALIBVS *DL* autem et *add. r* et *add. l* alia nomina in *B* terminata *P* conparatiua *PH* 16 inequalia *P*

p. 601. 602 P. p. 109. 10 K.

bent i brevem vocalem ante ‘or’, sicut alia quaedam i loco consonantis, quaedam vero consonantem, ut ‘bonus melior’, ‘iuvenis iunior’ pro ‘iuvenior’, ‘magnus maior’, ‘malus peior’, ‘parvus minor’. ‘plus’ quoque videtur comparativum esse multi, sed singularis nominativus non invenitur nisi neutri generis, pluralis vero etiam communis, ut ‘hi’ et ‘hae plures’ et ‘haec plura’. antiqui tamen etiam ‘pluria’ dicebant, unde Terentius in Phormione: compluria. superlativus tamen ab hoc ipso omnium generum invenitur, ‘plurimus plurima plurimum’.

Quae vero tertiae declinationis nomina faciunt comparativa, vel communia sunt in ‘is’ desinentia et faciunt neutra in e, vel in ‘er’ sunt masculina facientia in ‘is’ feminina et in e neutra, vel in ‘er’, ‘es’, ‘ns’, ‘rs’, x, communia vel trium generum, et assumunt ‘or’ dati|vo correpta i paenultima et faciunt comparativum, ut ‘hic’ et ‘haec fortis’ et ‘hoc forte, huic forti, hic’ et ‘haec fortior’ et ‘hoc fortius’; ‘hic acer haec acris hoc acre, huic acri, hic’ et ‘haec acrior’ et ‘hoc acrius’; ‘hic’ et ‘haec’ et ‘hoc pauper, huic pauperi, pauperior’ et ‘pauperius’; ‘locuples, lo||cupleti, hic’ et ‘haec locupletior’ et ‘hoc locupletius’; ‘hic’ et ‘haec’ et ‘hoc sapiens, huic sapienti, hic’ et ‘haec sapientior’ et ‘hoc sapientius’; ‘hic’ et ‘haec’ et ‘hoc iners, huic inerti, hic’ et ‘haec inertior’ et ‘hoc inertius’; ‘hic’ et ‘haec’ et ‘hoc audax, huic audaci, hic’ et ‘haec audacior’ et ‘hoc audacius’.

Et sciendum, quod omnia in ‘or’ desinentia comparativa communis sunt generis et mutantia ‘or’ in ‘us’ faciunt neutrum excepto uno, quod solum cum sit a positivo quantum ad suam vocem fixo, servavit eius genus, ‘hic

inaequalia *K* 1 quaedam i] quaedam ante eandem i *P* quaedam eandem i *BDG* 2 melior breuem i Iuuenis *B* iuuenis — maior *add. k* iunior] iuuenior *P* iuuentior *H* 3 mailor *L* 4 comparatiuum *P* esse comparatiuum *G* multi] *h* mult⋆ *H* multi⋆ (s) *BG* multi id est multus multi *add. gloss. ad* singularis nominatiuus *pertinente D* nominatiuum *P* 5 neutris *B* generi *K* *post* uero: inuenitur etiam communis ut hi *in litura b* ut hic et heae *P* hae] e *D* 6 antiquitatem etiam *P* *post* pluria: dicebant — compluria *om. P* *Terent. Phorm.* IIII 3, 6 7 formione *Kr* complura *Bas. m. alt. ut vid. corr.* hoc *om. H* 9 DE HIS QVAE COMPARARI POSSVNT IN TERTIA *D* De his quae comparari possunt in tercia declinatione *L* 10 in e *add. H* *post* in er: sunt — in er *om. H add. h* 11 facientia] faciunt *P* femina *D* desinentia et faciunt *Rr* et] *k om. PK* neutra in e *P* er uel s *k* er uel in es *GL* ns] ⋆ ns *P* uel ns uel rs uel x *GLk* 12 communia ⋆ trium (i?) gerum *H* et *om. GL* adsumunt *PRBD* or in datiuo casu. Correpta *P* datiuo casu correpta *B* peneultima *P* 13 conparatiuum *P* foris *R* hoc forte] haec forte *P* 14 et haec acris *RHK* et haec agris *B* 16 pauperi hic et haec pauperior *BDGLKr* et hoc pauperius *BGL Kr* hic et haec et hoc locuples *Gk* hic et haec locuples *B* lucuples *P* locuples locupletis locupleti hic *H* 17 hic et haec et hoc sapiens sapientior hic et haec iners inertior inertius similiter audax. et sciendum *P* et hoc sapiens] sapiens et hoc *H* 18 hic et haec et hoc iners — inertius *in marg. add. k, eadem ante* hic et haec et hoc sapiens — sapientius *exhibet B* 19 huic inerti] ti *k* iner⋆tior (i) *R* haec audax et hoc. huic *H* 20 audacior] *r* audatior *RDH* audacius] *r* audatius *RDH* 21 sciendum est quod *D* desinentia *om. GL* conparatiua *P* generis sunt *G* 22 faciunt *ex* faciant *corr. B* neutra *PD* 23 fixoū *K* fixum

p. 602 P. p. 110, 11 K.

senex, huic seni, hic senior', quamvis hoc quoque vetustissimi commune accipientes 'hic' et 'haec senex' proferebant. Pompilius in epigrammate, quod M. Varro in libris qui sunt de lingua Latina refert:

tua amica senex.

invenitur etiam 'nequam', quod est indeclinabile trium generum, tam comparativum quam superlativum, ut 'nequam nequior nequissimus'.

Ab adverbiis [vero] derivata in 'ra' desinentibus mutant 'ra' in 'er' et accepta 'ior' faciunt comparativum, ut 'extra exterior', 'intra interior', 'ultra ulterior', 'citra citerior', 'infra inferior', 'supra superior'. similiter in 'erior' faciunt 'post' et 'ante' 'posterior' et 'anterior', 'prope' vero 'propior' facit et 'detero' 'deterior'. a 'saepe' adverbio positivum vel comparativum nomen non legi, superlativum posuit Cato nepos de actionibus ad populum, ne lex sua abrogetur: facite vobis in mentem veniat, Quirites, ex aere alieno in hac civitate et in aliis omnibus propter diem atque fenus saepissimam discordiam fuisse.

'Prior' et 'primus' quaeritur an sit comparativus et superlativus: et di|cunt quidam, quod, cum ordinis sunt, differentiam numeri significant; sicut enim 'alter' de duobus et 'alius' de multis dicitur, [sic] 'prior' de duobus [et] 'primus' de multis dici solet. invenitur tamen saepe 'prior' pro 'melior' positum et tunc sine dubio habet vim comparativi, et 'pri-

GL uel fixo *l* eius] huius *GL* 1 huic seni* (s) *L* uetustissimi hoc quoque *GL* uetussimi *R* 2 senex *add r.* Pompilius *coll. Varr. de l. Lat.* VII 93 *et epigrammate ab eodem in sat. ὄνος λύρας prolato* (*v. Non. p.* 88 *M. et praeclaras Lachmanni in Lucr. p.* 306 *emendationes*) *eo confidentius quamvis dissentiente Ottone Ribbeckio com. Lat. rell. p.* 215 *scripsi cum Bergkio act. antiq. Marb.* 1851, 29, 231, *quod* pompnius *extat in P;* pomponius *rell. cf. Munkium de fab. Atell. p.* 117. 163 *sq.* Papini *ἐπιγραμμάτιον Varr. Flor.* 3 *Varr. de l. L.* VII 28 *p.* 316 *sq. Sp.* in — Latina *om. P* 4 tua] *r* tu *RB* amica] amici *Varr. Flor.* senex] *cum Varrone P* senex est *rell.* 5 inueniuntur *H* etiam et *B* a nequam *RBDH* est *om. GL* conparatiuum *P* 6 superlatiuum habere ut *GKL* 7 AB ADVERBIIS. *inscr. DL* aduerbis *G* aduerbiis *R* uero *om. P* diriuata *P* diriuatiua *R* in * er (r) *B* 8 conparatiua *P* extra **** exterior (exter?) *B* 9 citra citerior] *r om. GL* cytra cyterior *R* *post* superior: Similiter — anterior *add. r* 10 post et ante faciunt *D* ut posterior anterior *PB* propior] *rh* prior *RH* 11 et detero et deterior *G* aduerbium *P* conparatiuum *P* 12 nomen non legi] *k* non legi nomen *K* nec *GL* uel non *g* *Cato nepos de actionibus ad pop.: Lion Catonian. p.* 109, *orr. R. fr. p.* 223 *sq. M.* cato nepos (catanepos *G*) dicens in mentem uobis ueniat *GL* cato saepissimam prior et primus *P* actionibus] *r* accionibus *R* 13 . Ne *H* abragetur *K* facile *Lion et in utraque ed.* (*p.* 116 *ed. pr.*) *Meyerus* 14 ex aere alieno *om. GL add. l* et in aliis omnibus *om. GL add. l* 15 om*nibus *R* per *l* diem atque *om. GL add. l* foenus *PDGLK* sepisimam *Gg* 17 DE PRIOR ET PRIMVS. *DL* prius *R* conparatiuus *P* comparatiuus aut superlatiuus *B* 18 qui**dam *B* ordini *P* sint *GKb* numeri] nomini *P* significant *add. g* 19 duobus ***** et *B* aliis *Rr* sic *om. P* 20 et *om. P* solet dici *R* solent *D* solent *LK* 21 positum pro melior *D* positus *K*

p. 602. 603 P. p. 111. 12 K.

mus' pro 'optimus' et tunc superlativi significationem obtinet. Virgilius in VIIII:

primos iuvenum tot miserit Orco,

'primos' posuit pro 'optimos'. quidam autem non absurde con||firmant, 13
quod in numeris quoque potest 'prior' esse comparativus, unde ablativo iungitur, et 'primus' superlativus, cum ad multos cómponitur et semper genetivum sequitur, et quod 'prior', sicut omnes comparativi, vel ad sui generis vel ad alieni aliquem comparatur etiam, cum numerum significat, ut 'prior Turnus quam Aeneas movit bellum', 'primus' autem, sicut omnes superlativi, ad multos sui generis coniungitur, ut:

Primus se Danaum magna comitante caterva
Androgeus offert nobis

et, quod omnibus est rationabilius, in 'or' desinens commune in 'us' facit neutrum, quod in nullis aliis nisi in comparativis invenitur. et videntur a 'primodem' adverbio nasci, quod abiecta 'dem' accipit 'or' et facit comparativum 'prior', sed i corripuit, quia in nulla comparativo i ante 'or' produci potest; in superlativo vero servavit productionem accepta 'mus' 'primus', ex quo aliud adverbium nascitur 'primo' vel 'prime', unde Terentius in Andria compositum [dixit]:

Adprime in vita esse utile.

'Magnificentior' et 'magnificentissimus' et 'munificentior' et 'munificentis- 14
simus' cum videantur a positivo 'magnificens' et 'munificens' derivari, ut 'éminens eminentior eminentissimus', haec in usu non sunt, sed pro his 'magnificus' et 'munificus', ex quibus comparativum et superlativum et ex similibus secundum praedictam regulam derivari invenio apud vetustissimos. M. Cato

1 pro optimus — in VIIII *om. P* obtimus *R* obtinet significationem ut *D* optinet *BHL* *Verg. Aen.* VIIII 785 2 VIII *RGL* 3 et primos (*in* primus *corr. B*) *RBDHK* iuuenum primos *Vergilius* 4 primus *B* pro optimos posuit *DG* autem *om. K* absorde *HGK* 5 quod imeris *P* conparatiuum *P* 6 conponitur *P* comparatur *gloss. loco add. r* 7 sicut] uelut *D* conparatiui *P* 8 alienis *P* conparatur *P* 9 aenias *K* 10 moltos *H* ut uirgilius secundo aeneidos. primus *D* *Verg. Aen.* II 370 *sq.* 11 sed | anaum *B* 12 androgeos *R* adrogeus *G; Rom. Fr. hic deficiunt, in Pal. nomen et duae litt. voc. insequentis lacuna hausta* offer *R* 13 in ior *d* 14 neutrum] neum *H* nullis] illis *P* nullis aliis] *k* aliis nullis *K* nisi *inseruit b* conparatiuis (*et sic in sqq.*) *P* uidetur *GL* 15 quod *om. L* abiecta] *h* adiecta *BH* 16 corripit *RrD* corripit *GLK* conparatiuo *H* 17 seruabit *P* productionem] *r* produccionem *R* productionem *i* accepta *GLK* 18 aliud] aliquod *in* aliquid *corr. P* primo uel prime nascitur *D* prime *b* unde apprime compositum est. Magnificentior *GL* unde — apprimae (*sic*), *om.* dixit, *in marg. add. K* *Terent. Andr.* I 1, 34 19 dixit *om. P* *f.* compositum adprime: Adprime 20 Adprime *b* 21 DE HIS QVAE COMPONVNTVR A VERBO FIO. *D* De his quae componuntur a uerbo facio. *L* 22 uidentur *G* magnificaens *K* munificens et magnificens *P* magnificans et munificans *G* uel magnificens et munificens *g* magnificans et munificans *L* ut eminens ut eminens ut eminens eminentior (*sic*) *R* 23 pro *ex* per *corr. B* 24 et *om. GL* ex] E* (t) *R* E *BDHK* comparatiuum uel superlatiuum *RBDHGLK* 25 supradictam *GL* uetustisimos *G* ut M. *GL* M. Cato contra Thermum de Ptolemaeo: rege] *sic*

p. 603. 604 P. p. 111—13 K.

contra Ther|mum de Ptolemaeo: rege optimo atque beneficissimo. Terentius in Phormione:

Quodnam arbitrare? - Nescio. - Atqui mirificissimum.

Accius in VIIII didascalicon:

Et magnificissimei excelsissimeique honore.

Cum igitur comparativa proprie ad positivum fieri soleant, invenitur tamen saepe comparativus pro positivo per se positus, ut Virgilius in V:

comites senioris Acestae,

pro 'senis'. est quando pro positivo positus minus eo significat et nulli comparatur, ut:

Tristior atque oculos lacrimis suffusa nitentes,

'tristior' enim hic 'ex parte tristis' si||gnificat, et:

Iam senior, sed cruda deo viridisque senectùs;

est quando ad contraria comparatur et minus positivo significat, ut: mare Ponticum dulcius quam cetera. hic enim non ad dulcia, sed ad amara facta comparatione ostendit, parvum aliquid dulcedinis | quam cetera habere Ponticum mare; est quando superlativo comparatur, ut 'Achilles fortissimo Troianorum Hectore fortior fuit'; est quando comparativus ad com-

recte distinxit Meyerus l. § 8 *l.* 1 contra quae thermum *P*: Q. *inde* Thermum *legendum videatur: at fuit Lucius praenomen Thermi* contra Thermum] *om. L add. l* dt (*i. e.* dicit) *G* termum *B* ptolemeo *PGDLK* ptolomaco *k* ptholomeo *RBH* ac *L* 2 therentius *P* terenntius *K* *Ter. Phorm.* V 6, 31 in formione *add. l* formione *RK* 3 quidnam *RH* quid enim *K* quodnam arbitrare nescio *om. GL* adquin *P* atquin *BGL* anqui* (n) *H* atque *K* mirificissimum] *rl* mirificissimom *R* mirificissimus *H* munificissimum *GKL* munificissimus *h* 4 actius *H* VIIII *om. P in* VIII *mut. b* diascalicon *H* didascalion *K* dedascilicon *GL* didascalon *l* 5 magnificissime *libri, nisi quod* magnicissime *H, corr. h* excelsissimique] excellissime. excellicissimique *PR* excellissime excellissimique *B* excelsisime excellentissimique *G* excellissime *D* excellissime excellissimeque *Hh* excellissime excellentissimique *Ll* excellissime excelsissimique *K* magnificissimi excelsissimi honore (*om.* et) *Krehlius haud improbante Madvigio opusc. acad.* I *p.* 93. *trochaicis numeris:* magnificissimi | Excelsissimique honore *inclusit God. Hermannus de L. Attii libris didascalicon Lips.* 1842. 4. *p.* 7. *Sotadeum* Et magnificissimi excelsissimique honóre *restituit Lachmannus in ind. lect. Berol. hib. a.* 1849 *p.* 6 *sq.* *post* honore ALITER *inscr. D* 6 ad positiuum proprie *P* proprie] *rk* propriae *RBHK* 7 saepe] *r* sepae *R* per se positus] ppositus *P* possitiuus *G* *Verg. Aen.* V 301 in V *om. P* in V aeneidos *D* 8 omites *P* senionis *L* uel senioris *l* aceste *P* aceste *D* achestae *L* acheste *G* 9 senis aceste *D* positiuo comparatiuus positus *RHGKl* positiuo comparatiuus ponitur *L* positus et minus eo *B* eo] in eo *G* 10 *Verg. Aen.* I 228 11 tristior et lacrimis oculos *DK cum libris Vergilianis et sic Prisc. lib.* XVII § 167 suffussa *K* sufussa *G* nitentis *Med. Rom. Fr.* (*deficit Pal.*) 12 significat tristis *GL* significat. Ideo comparatiuus modo minus positiuo significat. Et *D* *post* significat: et — significat *om. R add. r* et: Iam] Etiam *B* *Verg. Aen.* VI 304 13 cruda *in litura b* de eo *B* 14 conparatur *H* mare *etc.*] *Sall. hist. fr.* III 51 *p.* 232 *Kr. v. infra lib.* XV § 18 *quosque laudat Kritzius l. c.* 15 dulcius est *R* cetera (caetera *L*) maria *GL* ad dulcia] *r* adultia *R* dultia *D* sed amara *H* 16 comparitione *D* parvum] *rb* parum *R* pa*** (rum?) *B* aliquid paruum *P* dulcedinis] *b* dulc**dinis *B* cetera] *b* ceter* (ũ?) *B* 17 more *P* superlativo] *P* superlatiuo comparatiuus *RBDHGLK* comparatiuus superlatiuo *gk* acchilles *P* achiles *GL* 18 haectore *PRDH* quando] quod *P*

p. 604 P. p. 113. 14 K.

parativum comparatur, ut ‘fortior Achilles Hectore, fortiore Patroclo’. Homerus in alpha Odysseae:

Εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ἰδοίατο νοστήσαντα
Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι
Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε.

Cicero Philippicarum II: quis interpretari potest, impudentiorne, qui in senatu, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui patre audiente, an crudelior, qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixeris?

Et sciendum, quod apud Latinos diminutionem quoque accipiunt quaedam comparativorum, ut supra diximus, quod apud Graecos non invenitur, ut ‘grandiusculus’, ‘minusculus’, ‘maiusculus’, ‘meliusculus’. omnia | tamen haec a neutro comparativi adiectione ‘culus’ invenio fieri: [ut] ‘grandius grandiusculus’, ‘melius meliusculus’, sic et cetera, quae sunt similia. 16

‘Tam’ et ‘quam’ adverbia tum comparativo vel superlativo adiciuntur, cum duo vel plures comparativi vel superlativi diversae significationis positi inter se aequantur vel idem geminantur, ut ‘tam iustior quam felicior Aeneas Hectore’. Cicero pro Deiotaro: istam, inquam, dextram non tam in bellis neque in proeliis quam in promissis et fide firmiorem, bis enim ‘firmiorem’ intellegendum. ‘minus’ autem adverbium 17

1 acchilles *P* achiles *GL* haectore *PRDH* fortiore et *B* patroculo *GL* Homerus — impie dixeris *om. P* Homerus — *ἐσθῆτός τε om. GL in* primo itineralis s *marg. add. l* *Hom. Od.* I 163 *sqq.* 2 a ΟΑΙĆΙΑC *l* odisseae *RB*, odissia* *Dd* odysse *K* 3 *Εἰ — ἐσθῆτός τε lac. relicta om. H* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ ΤΕ ΠΗΚΗ-ΕΝΕΙΔΟΤΟΤΑΝΟC ΤΗΕΑΝΤΑ ΠΑΤΗΚΑΤΗC ΑΤΑ ΤΕΛΑΦΛΙΟΤΗΡΟ ΠΙΟΔΑC ΕΙΦΛΙΕΙΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥ-CΠΙΟ ΠΡΕC ΤΕ ΤΑΝΤΟC ΤΕ. *R* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ ΤΕΙΘCΑΚΗΝ ΑΕΙ ΔΟΙ ΑΤΟ ΝΟCΤΗ ΕΑΝΤΑ ΠΑΝΤΕC. ΚΑΡΗCΑΙΑ ΤΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΙ ΠΟΔΑC ΕΙΝΑΛΦΗΙΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΟΙΟ ΤΕ ΕCΕΝΤΟC ΤΕ. *B* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ Λ ΔΕ C Ε Ο ΝΟ C ΘΑΝΕΙΝΑΙΑΦΝΕΙΟ ΤΕΙΘΑΚΗΛΕΙΟΙ. ΑΓΟΝΟ*** ΕΑΝΤΑ. ΠΑΝΤΕC ΚΑΡΝCΑΙΑΤΗΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΙ. Ι********** ΟΤΕ ΧΡΙCΟΙΤΕCΤΕΤΟΥCΤΕ illum q. ulixen deli insola uero agone ΡΟΙ ********** *Dd* ΕΙ ΚΕΙΝΟΝ ΤΕΙΘΑΚΗΝ ΔΗΛΟΥ ΔΕ ΑΓΩΝΟC ΕΑΝΤΑ (nomen herois eante nomen proprium per arma prudentior eas eantos eanti eanta *ad marg.*) ΕΑΝΤΟC ΚΑΡΗC ΔΙΑ ΤΗΛΑ ΦΡΟΝΩΤΕΡΟC ΥΙΘΑΗΙ (ΥΙΘΑΗC esse ditiore auroq. pectoreq. nom̃ proprium *ad marg.*) ΕΙΝΑΙ ΑΦΝΕΙΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΟΙΤΕ CΘΕΤΟΥΤΕ *add. infra* talis sĕmus (?) ΚΑΡΗC prudentior mariuis eante ditiore auro et pectore quam ΥΙΑΗC. *l* ΕΙΚΕΙΜΟΝ ΙΤΕΙΘαchen ΑΥΤΟΥ ΑΤΟΜΟC ΤΝΕ ΑΝΤΑ ΠΑΝΤΕC ΚΑΡΕΚΑΤΑΤΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΙ ΠΟΔΑC ΕΙΑΝΦΝΕΟΤΕΡΟΙ ΧΡΥCΟΤΕΕCΘΕΤΟCΤΕ. *K* 6 *Cicero Philipp. orr.* II 38, 99 philipicarum *G* interpretari] *b* interpretare *BGLK* inpudentiorne *RB* impudentior nequis in *GLK* im 7 an probior *Rr* inprobior *B et in litura h* dolobellam *RH* dolobellum *BDGLKrh* impuriõr patre *GL* 9 quam inpie *GK* impie] *r* ipropriae *R* dixeris] *b* dixerit *B* 10 DE DIMINVTIVIS. *D* deminutionem *P* 12 minusculus manusculus maiusculus *P* maiusculus minusculus *GL* minusculus *om. K, post* meliusculus *add. k* Omni *P* 13 a *add. d* neutri comparatiuo *GL* comparatiuo *DK* adiecta *P* ut *om. PH* 14 melius — similia *om. P* sic cetera. *DH* quae *** sunt *(in lit.* non *a b ut vid. add.)* *B* 15 DE TAM ET QVAM IVNCTIS COMPARATIVO (ET SVPERLATIVO *D*) *DL* superlativo] *r* superlaua *R* 16 significationis] *h* significationes *H* 17 geminatur *P* Aeneas] *k* aenias *K* 18 haectore v *PRDHb* *Cic. pro Deiot.* 3, 8 iotaro *P* dei tauro *GL* deiotoro *g*, dea taro *K* dextram] *d* dexteram *DG* 19 tam imbellis *L* proeliis] *r* p̄liis *P* preliis *R* promisis *GK* fidei *P* 20 intellegendum est. *R* DE MINVS. *DL*

p. 604. 605 P. p. 114. 15 K.

est quando cum positivo iunctum contrariae significationis comparativum demonstrat, ut 'minus stultus' pro 'prudentior'. Terentius in eunucho:

hoc nemo fuit
Minus ineptus,

pro 'prudentior'. est tamen quando pro 'non' adverbio ponitur, ut|| 5 'minus bonus' pro 'malus'. 'magis' quoque [adverbium] non solum positivo, sed etiam comparativo iungitur, quando ipse comparativus vel ad se vel ad alium comparatur, ut 'Achilles Aenea fortior magis quam iustior' et 'Aiax Vlixe fortior magis quam Diomede'.

Et comparativus quidem gradus ablativo casui adiungitur utriusque nu- 10 meri, interdum tamen etiam nominativo, quando 'quam' adverbium sequitur, superlativus autem genetivo plurali vel singulari, quando ipsum nomen singulare multitudinem significat, ut: fortissime gentis. |

DE SVPERLATIVO.

III 18 Superlativum est, quod vel ad plures sui generis comparatum super- 15 ponitur omnibus vel per se prolatum intellectum habet cum 'valde' adverbio positivi, ut 'fortissimus Graecorum Achilles' id est 'fortis super omnes Graecos'; sin autem dicam 'fortissimus Hercules fuit', non adiciens quorum, intellego 'valde fortis'. tale est apud Ciceronem pro M. Marcello: simillimum deo iudico, pro 'valde similem deo'. 20

Et sciendum, quod ex eisdem formis sive terminationibus supra dictarum in comparativis partium orationis fiunt etiam superlativa. sunt igitur formae superlativorum octo: duae quidem, in quas pleraque desinunt superlativa, 'rimus' et 'simus', sex vero, in quas pauca desinunt, 'limus', 'ximus', 'timus', 'remus', 'fimus', 'nimus'. et omnia superlativa mobi- 25 lia sunt, id est mutatione 'us' in a faciunt feminina et in 'um' neutra.

1 cum *om. D* cum positivo *r* copositivo *R* cum positiuum positiuo uel iunctum *P* cum positiuo positum uel iunctum *B* signification*s (e) *D* 2 *Ter. eunuch.* II 1, 20 *sq.* eunucho] *h* enucho *H* eunocho *G* iunacho *K* euchochoc nemo *P* 5 estamen *P* 6 DE MAGIS IVNCTO POSITIVO ET COMPARATIVO. *DL* quoque *add. k* aduerbium *om. P* 7 quando etiam ipse *K* quando etiam comparatiuus ipse *G* comparatiuus ipse *L* 8 alium sit conparatum *P* alium *** comparatur (fit) *B* acchilles *P* achiles *GL* Aenea] *k* aenia *K* iustior fuit et *P* 9 ulixes *P* magis *add. h* diomide *GLK* 10 DE NVMERO CVI VERE COMPARATIVVS ET SVPERLATIVVS IVNGITVR. *D* cui casui comparatiuis et superlatiuis iunguntur. *L* Et comparatiuus — fortissime gentis. *om. P* iungitur *L* iunguitur *G* utriusque numeri adiungitur *D* 12 adiungitur plurali *K* plurali adiungitur *k* singulari iungitur *D* singulari adiungitur (adiunguitur *G*) *GL* 13 fortissimae *G* *Verg. Aen.* I 96 14 FINIT DE COMPARATIVO INCIPIT DE SVPERLATIVO. *D* DE SVPERLATIVIS *LK* 15 comparatum] *rl* comparatur *R* (*L*?) superponitur] *r* semperponitur *R* 16 valde] uel de *P*. 17 ut fortissimus, ut fortissimus grecorum acchilles *P* achiles *G* fortis *ex* fortes *corr. H* 18 hercolis *K* adiciens] *l* addens *GL* 19 fortis ualde *K* ualde forti ut apud *P* tale] *b* Tal** *B* *Cic. pro Marc.* 3, 8 pro M. Marcello] *om. PDGL* pro marcello *l* Marcello] *r* marcellino *R* 20 simillimum illi deo *L* 21 sciendum est quod *k* hisdem *GL* forme *P* 23 plerumque *P* pleraque ***** (multa) *B* 24 rimus] nomina rims *in litura b* rimus simus *D* simus et rimus *GL* pauca] *h* pauce *H* desinunt *om. D* 25 remus] *b* tremus *PBGL* 26 sunt per tria genera id est *D* mutationem *P*

p. 605. 606 P. p. 115. 16 K.

genetivum, ut ‘hoc marĕ huius maris’, ‘hoc monilĕ huius monilis’, ‘hoc
mantelĕ huius mantelis’ – Ovidius in IIII fastorum:

Dixerat. a dextra villis mantele solutis
Cumque meri patera turis acerra fuit –,

‘hoc Soractĕ huius Soractis’. Horatius in I carminum:

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte.

Virgilius in XI:

sancti custos Soractis Apollo.

excipitur unum indeclinabile in singulari numero, ‘hoc cepĕ huius cepe’ – Apuleius in medicinalibus: cepe sucum melle mixtum –, quod in plurali numero femininum est primae declinationis, ‘hae cepae harum ceparum’, quamvis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. Naevius in Apella:

Vt illum di ferant, qui primum holitor cepam protulit.

Lucilius in saturarum VI:

Lippus edenda acri adsidue ceparius cepa.

1 Nemee *ex libris suis, ut vid., Queckius* nemea lernea *Cass.* Lerna] *h* ***erna *H* laris aquae *R* larisaque *HGLKr* supplex] *g* suplex *RG* 3 DE NOMINIBVS IN E CORREPTAM *DL* quae in *R* 4 munile *A* monilis] *d* munilis *AD* 5 mantele] *in litura h* mantile *ADGLK* huius mantelis] .is *G* .lis *L* huius .lis *K* mantelis] *in litura h* mantilis *AD* *Ovid. fast.* IIII 933 *sq.* III *BAHr* 6 a dextra *scripsi cum libris Ovidianis opt. et plurimis* at dextra *BHLr cum aliquot codd. Ovid.* ad dextra *RA cod. fastor. Berol. olim Reland.* ac dextra *GK* ad dextram *D* mantile *ADGLK* 7 mera *A* acersa *Kk* acersa *in litura g* ruit *h et sic multi codd. Ovid. ex praestantioribus* 8 soracte *ex* socrate *corr. L* huius soractis *g* .tis. *GL* oractis *Rr* *Hor. carm.* I 9, 1 *sq.* 9 uide* (t) *L* niuum *Rr* candidem *R* 10 soractae *Rr* saracte *H* 11 *Verg. Aen.* XI 785 12 appollo *RHGK* 13 indeclinabile *om. A* caepe *Hb* cepe *G* coepe *BL* caepe *BH* coepe *GL* 14 Apoleius *L* Apoleus *G* Apuleius in medicinalibus] *Apul. fr.* 15 *t.* II *p.* 638 *Hldbr. cf. O. Iahnium in act. soc. sc. Sax. class. ph. h. a.* 1850 *p.* 285 caepe *B* coepe *GL* cepae *Apuleius scripsisse videtur C. L. Schneidero gramm. Lat.* II 1, 366 15 haec *Rr* heae *in litura h* cepae] *g* coepe *ni f. G* cepe *B* coepae *L* 16 coeparum *L* ceparum *B* cepa*rum *D* singulari *BL* 17 Neuius *libri* appella *BADHGLK* *Naev. Apell. fr.* 1 *p.* 12 *Both. p.* 138 *Klussm. fr.* II *p.* 7 *Ribb.* 18 di fer** *D* dii ferant *rd* differant *RBAHG* *ifferant *L* defferant *K* dii terant *α* primus *Bothius* holetur *R* holitus *D* holit** *Hh* olitr *B* olit *A* cepam *B* 19 Licilius *GL* VI] libro V *Non. p.* 201, 9 *Luc. sat.* V 12 *Dous.* V 13 *Gerl.* 20 edendo *R* agri *A* acria *H* assiduae *B* adsidue *Rr* adsiduae *DH* assidue *AG* assiduo *Nonius* *ante* ceparius: *κρομμυοπώλης* (*sic recte librorum scripturam expressit π:* ΚΡΟΝΟΥΠΟΛΗΣ *B* ΚΡΟΝΥΟΠΟΛΕΣ *D* ΚΡΟΝΙΟΠΩΛΣ *A*) *add. BAD* ceparius *B* coepa .i. coepa ΚΑΡΩΝΥΩΛΗΣ *L* cepa lacrimosa *Nonius* cepa id est *κρομμυοπώλης* homo *Paul. Leopardius emendatt.* XIV 14 1 coepe *L*

I. 681. 82 P. p. 225. 26 K.

frequentior tamen usus 'hoc cepe' protulit. Naevius in Apella:

cui cepe edundo oculus alter profluit.

Novius in eculeo:

oleas, cepe, ficus.

Varro de actionibus scenicis III: multifariam in patellis coquere cepe. Caper tamen et 'cepicius' et 'cepicium' veteres dixisse ostendit.

III 12 In e productam Graeca sunt | feminina et vel Graece declinantur, ut 'Libyē Libyes', vel mutata e in a et acce‖pta e faciunt in ae diphthongum genetivum, ut 'Helena Helenae'.

In i Latina sive Graeca inveniuntur et neutra sunt vel omnis generis et aptota: 'hic' et 'haec' et 'hoc frugi', 'nihili', 'mancipi', 'huiusmodi', 'nauci' quoque, quod putamen nucis significat et pro nihilo accipitur. Plautus in mustellaria:

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.

idem in truculento:

tympanotribam amas, hominem non nauci?

quibusdam autem non irrationabiliter genetivi vel dativi casus isti sunt existimati, qui figurate cum omnibus aliis casibus et generibus possint adiungi. nam 'frugi' dativus est a nominativo 'frux' vel 'fruges' et 'mancipi' a 'manceps' et 'nihili' genetivus a nominativo 'nihilum'. 'hoc

cepe *B* Neuius *libri* apella *1* appella *libri* *Naev. Apell. fr.* 2 *p.* 12 *Both. p.* 139 *Kl. fr.* I *p.* 7 *Ribb.* 2 cepe *Gg* coepe *L* cepe *B* edendo *RBAD et ex* edundo *mut. LK* oculos *GK* 3 Neuius *RBAH* eculeo] *r* aeculeo *R* *Nov. ecul. p.* 44 *Both. p.* 169 *Mk. p.* 217 *Ribb.* 4 olea *Rr* caepe *RB* coepe *L* ficos *AGLK* 5 *Varro de act. scen.* III: *Varr. ed. Bip. p.* 251 *cf. Ritschelium mus. phil.* VI 517 *sq.* 556 *sq. parerg.* I 180. 321 *de Varr. logist. p.* IX *sq.* actionibus] *r* accionibus *RH* III] *r* I *ni f. in lit. R* multipliariam *H* 6 quoquere *R* caepe *BAH* coepe *GL* Caper] *de dub. gen. v. Osannum de Capro p.* 12 cepi*us *Dd* coepicius *G* cepitius et cepitium *Kk* coepicium *G* dixere *L* 8 IN E PRODVCTAM GRECA NOMINA. *D* In e productam GR̃ *L* et *om. K* 9 lybiae *RB* lybie *GLr* libie *in* lybie *corr. K* Libyes] *d* lybies *RBHL* libies *G* libyas *D* libies *in* lybies *corr. K* et accepta] *d* * accepta *D* excepta *GL* genitiuum in ae diptongum (dyptongum *L*) *GL* 11 IN I PRODVCTAM LATINA ET GRAECA ET BARBARA *D* In i productam lat. gr. ac barbara *L* neutri *Kk* 12 ut hic *ADb* mancipi nihili *GL* 13 putamen] *l* putamus *GL* nuas *Rr* 14 *Plaut. mostell.* V 1, 1 (*v.* 1041) 15 dubii**s *Plauti Vet. m. pr.* dubiisis (dubii sis, dubiis is) *rell. libri Plautini* 16 *Plaut. trucul.* II 7, 49 *sq.* 17 timpanotribam *K* tympano.tribam *H* tympano tribam *D* tipano tribam *G* timpano tribum (tribum *in* tribam *corr.*) *L* tymphano tribam *Vet.* lympha notribam *Dec.* 18 autem *add. h* inrationabiliter *RBDHGLK* in raciõnabiliter *A* sunt] *r* **unt *R* 19 ex*istimati (h) *D* figurate *ex* fugarate *corr. K* aliis omnibus *GL* possunt *RAHGL* 20 adiungui *LK* adiungi *G* *post* nominatiuo: frux — nominatiuo *om. D* frux — nominatiuo nihilum *in mg. add. d* et mancipi — nihilum] *in litura g* et genitiuus est nihilo a nominatiuo nihilum et mancipi a manceps *L* et

p. 682 P. p. 226. 27 K.

gummi', 'hoc sinapi' magis peregrina sunt, quamvis quidam 'haec sinapis' dixerunt, ut Plautus in Pseudulo:

Teritur senapis scelera, cum illis, qui terunt,
Priusquam triverunt, oculi ut extillent facit.

inveniuntur et barbara, ut 'Iliturgi' oppidum. Livius in XXIII ab 13
urbe condita: Iliturgi oppidum obpugnabatur. Traianus in I Dacicorum: inde Berzobim, deinde Aizi processimus. Herodianus 'gummi' quoque et 'piperi' barbara dicit esse, sed nostri 'piper piperis' declinaverunt, ut Persius:

Et piper et pernae.

idem:

Rugosum piper,

et Iuvenalis:

solvite funem!
Frumenti | dominus clamat piperisve coemptor.

De 'huiuscemodi', 'istiusmodi', 'illiusmodi' et aliis talibus multi dubitaverunt, utrum composita sint an non: sed ea composita esse ipse accentus docet, qui in fine praecedentis dictionis poni non posset, nisi essent composita. ideo autem indeclinabilia sunt, quia utraque pars genetivum casum habet. quomodo igitur, si uterque sit nominativus in compositis, uterque declinatur, sic in his, quia uterque genetivus est, mansit indeclinabilis.

In o correptam, quam tamen veteres frequenter producunt, Latina 14

hoc gummi *G* 1 cummi *B* hoc *om. G add. g* perigrina *LK* haec *in litura d* sinapis] *hg* senapis *HGb* 2 *Plaut. Pseud.* III 2, 28 *sq.* (*v.* 817 *sq.*) pheudulo *H* seudulo *Bd* seudolo *D* psedulo *L* 3 territur *R* senapis *Rb cum Palatt. Plaut.* sinapis *r rell.* scelera] *r et sic Charisius et Servius cf. Ritschelii ann.* scelera *L* celera *libri Plaut. plerique* scelerata *RADH Plaut. ed. princ.* cum] *sic etiam libri Plautini praeter palimps. Ambros.* Q. (que *i. e.* quae) *Ambros.* te⋆runt (r) *L* 4 exstillent *A* extillant (a *in* ae *et ras. iterum in* a *mut.*) *Bb* extillant *Hh* exstillante *G* extill⋆nte (e) *L* extillente *K* facit⋆⋆ (ur?) *B* 5 et] ut *Rr* barbara in i *L* i⋆liturgi (l) *D* liturgi *A* opidum *G* *post* oppidum: Livius — oppidum *om. D* Libius *B* liusius *GLK* *Liv. ab u. c. lib.* XXIII 49, 5: Iliturgi oppidum ab Hasdrubale ac Magone et Hannibale Bomilcaris filio ob defectionem ad Romanos oppugnabatur 6 Illiturgi *D* opidum *G* obpugnabatur *R* oppugnabatur *rell.* troianus *K* *de Traiani Dacicis, quae alibi non commemorantur. cf. Vossium de hist. Lat. lib.* I *cp.* XXX *p.* 161 *sq. ed. alt. Franckium zur Gesch. Trajans p.* 670 *sq., qui de l. nostro disputat p.* 105 *sq. ed. alt. Quedlinb. et Lips.* 1840 in .I. *spscr. in L* 7 docicorum *GLK* unde *B* berzomim *A* berzobini *K* bertobuni *GL* Aizi] azi *A* aiti *GL* Aixi *edd.* procesimus *K* procesimus *G* Horodianus *Rr utrumque voc. una tractavit Herod. in catholicis v. Arcad.* 118, 18 *Choerobosc. in Theod. can. p.* 373, 8 *sqq. Gsf.* 8 cummi *B* barbara *add. d* dicunt esse barbara *A* dicunt *B* 9 *Pers. sat.* 3, 75. 5, 55 12 ruguosum *G* 13 *Iuv. sat.* V 14, 292 *sq.* 15 fruniti *L* piperis siue *r* coemptor] *sic etiam libri Iuv. dett.* coempti *cod. Pith.* coemtor *Gg* coemptor *Caroliruh. alter.* 16 huiuscemodi] *g* huiusmodi *GL* 18 praecidentis *GLK* non posset poni *K* posset] *r* possit *R* possint *B* 20 casum *om. A* sit *add. h* 21 declinantur *Rr* declina⋆tur (n) *D* quia uterque] *dk* quia igitur uterque *ADK* indeclinabile *A* 23 IN O CORREPTAM

p. 683 P. p. 227. 28 K.

sunt et, || si feminina fuerint g vel d antecedentibus, mutant o in i et accepta ‘nis’ faciunt genetivum, ut ‘haec Carthago huius Carthaginis’, ‘haec virgo huius virginis’, ‘haec dulcedo huius dulcedinis’, ‘alcedo alcedinis’ - Plautus in Poenulo:

Quam mare olim est, cum ibi alcedo pullos educit suos -;

alia vero omnia producunt o in genetivo, ut ‘hic Cicero Cicerōnis’, ‘caupo caupōnis’, ‘haec Iuno Iunōnis’, ‘Castulo Castulōnis’, ‘Ruscino Ruscinōnis’ - nomina sunt urbium Hispaniae -, ‘hic’ et ‘haec bubo bubōnis’. excipiuntur haec, quae in genetivo non servant o: ‘hic cardo cardinis’ - quidam tamen veterum etiam feminino genere hoc protulerunt. Gracchus in Atalanta:

O grata cardo, regium egressum indicans -,

‘ordo’ etiam ‘ordinis’, ‘homo hominis’, quod est commune - Cicero pro Cluentio, cum de eius | matre loqueretur, ait: cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem appellare possit, et Lucanus in V de Phemonoe:

atque hominem toto sibi cedere iussit Pectore.

Virgilius in I:

nec vox hominem sonat,

de femina loquens. vetustissimi tamen etiam ‘homo homonis’ declinaverunt. Ennius:

Vulturus in silvis miserum mandebat homonem,

LATINA *D* 1 femina *H* 2 chartago. huius chartaginis *B* karthago huius karthaginis *H* kartago huius .nis *K* cartago .nis *G* kartago .ginis *L* chartago. chartaginis. dulcedo. dulcedinis. uirgo. uirginis. alcedo. alcedinis. *A* 3 huius uirginis] .nis *GL* huius dulcedinis] .nis *GL* 4 *Plaut. Poen.* I 2, 143 Paenulo *RB* Penulo *ADGLK* 5 mare] *b* mari *B* olim est *etiam Pal. uterque* alcyo *Vet.* pullos *ex* pollus *corr. B* pullos edocet *ex* edocet pullos *mut. K* educat *ADL* educet *BH* seducit *Pall.* 6 suos] pios *G* 7 o *add. r* ut hic] *h om. AHGLK* 10 o non seruant *GL* *post* hic *duodecim fere literarum litura in L* cardo cardinis *in litura g* 11 etiam *om. K* femino *A* haec *A* Gracchus] *1* graccus *RBHL* grachus *ADG* gracus *K* *Gracch. Atal. p.* 272 *Both. p.* 196 *Ribb.* 12 atalenta *RD* athlanta *GL* atalanto *BK* 13 egresum *G* 14 ordo etiam ordinis *in mg. add. L* ordo — commune *in litura g* homo quod est commune .nis *L* commune* (s) *B* communi *Dd* *Cicero pro Cluent.* 70, 199 cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea uis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit procul cluentio *H* 16 hominē* *H* appellare *ex* appellari *corr. H* *Lucan. Phars.* V 168 *sq.* 17 Phemonoe] *d* phemone *ADb* phoemone *RG* phoemonoe *Lg* phoemonoe *H* phomone* (o) *B* 18 hominem sono toto *A* toto] *r om. G* to***to (tos) *R* iusit *K* uissit *Luc. Voss. b in ras.* pectore iussit *h* 20 *Verg. Aen.* I 328 in I Aeneidos *DH* 22 femine *K* uetussimi *D* uetustis simi *in litura g* etiam *om. A* homonis] *r, m. rec. in B* hominis *R* (*B?*) 23 *Enn. ann.* II 33 *E. S.* II 16 *p.* 23. XL *Vahl.* *cod. Charis. p.* 120 *P.* Volturus. Ennius: Vulturus in spineto supinum mandebat homonem. *Serv. ad Aen.* VI 595 Ennius: Vulturus (*al.* uulturis) in campo (*al.* siluis) miserum (*al.* supinum *s.* supinum miserum) mandebat homonem 24 uulturis *RH* uultu*ris *A* silvis] spiuis *H. A. Kochius exerc. crit. p.* 12 *sq.* miserum *ex*

p. 683. 84 P. p. 228. 29 K.

Heu quam crudeli condebat membra sepulchro

(nam et 'vultur' et 'vulturus' et 'vulturius' dicitur) –. 'nemo' quoque, sive ex hoc compositum, ut quibusdam videtur, seu non, communis est generis et similiter o in i convertit in genetivo: 'neminis' – Lucilius in XXX:

Neminis ingenio quemquam confidere oportet.

Plautus in captivis:

neminis

Misereri certum, quia mei miseret †nemo.

Titinius:

quod rogas,

Neminem decet bonam.

Terentius in Andria:

Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic.

nec solum de hominibus dicitur: Virgilius: 16

Turne, quod optanti divum promittere nemo –,

'turbo turbinis', quando de vi ventorum loquimur – nam si sit proprium, servat o in genetivo, 'hic Turbo (nomen proprium gladiatoris) Turbonis'. | sic Horatius in II sermonum:

Corpore maiorem rides Tur‖bonis in armis

Spiritum –,

miseris *corr. A* mandabat *A* 1 heu *R* mbra *A* sepulcro *AHGK* 2 vulturus] uulturis *RAH* uulturius *d* et uulturius dicitur. Nemo quoq; *ad mg. et in ras. B* uultₓrius (o) *L* uulturis *d* Nemo *in litura g* 3 opossi *Gg* non *add. r* 4 et *add. h* neminis] nemo neminis *g* neminis *L* ut nemo neminis *BDHKra* ut nemo nemis *R* ut nemo nemonis *A* *Lucil. sat.* XXX 35 *Dous.* 33 *Gerl. Non. p.* 143, 19: Lucilius lib. XXX. Neminis ingenium tantum confidere oportet 5 XXXmo *B* 6 quemquam *spscr. in A* quemqom *Dd* 7 *Plaut. capt.* III 5, 107 *sq.* (*v.* 764 *sq.*) 9 misereri *ex* miserere *corr. R* certum *ex* ceₓtum *corr. B* certum est *libri Plaut.* mei *in Vet. Plaut. m. rec. sup. lin. add., unde* mis *scriptum fuisse coni. Fleckeisenus* miseret mei *A* nemo mei miseret *Dg* neminem *Plautus* 10 Titinnius *libri* *Titin. fr. inc.* 20 *p.* 76 *Both.* XVIII *p.* 151 *Neuk.* III *p.* 133 *Ribb.*, *qui l. sic constituit*: .....quód rogas, néminem | Decét bonam. *equidem h. l. Bothium et Neukirchium secutus sum* 11 quid *Gg* quid *L* 12 neminem] *d* nominem *D* dicet *Rr* bonam] *d* bonⁿ *D* bonum *LK* 13 *Ter. Andr.* III 2, 26 14 nominem *Rr* 15 nec solum de hominibus] *in marg.* sed etiam de diis *add. k* *Verg. Aen.* VIII 6 *post* Virgilius: in VIII *add. B* in VIII. *r* 16 optandiuum *Bb* diū *Dd* promitteret *K* nemo auderet *GK* nemo auderet *L* 17 b *in voc.* turbo *ubivis ex* p *corr. in D* uicentorum *Rr* loquitur *A* 18 o *add. g* Turbonis nomen proprium gladiatoris *AGL* 19 Horatius] *ex corr. in H* oratius *GDHLK* *Hor. serm.* II 3, 310 *sq.* sermonem *Rr* 20 maiorem] *r* maiore *RBDGLK* maiori *A* 21 spirituum *A*

p. 684 P. p. 229. 30 K.

'Anio' etiam 'Anienis' - quod antiqui secundum analogiam 'Anien' nominativum proferebant. Cato contra Veturium: aquam Anienam in sacrarium inferre oportebat. non minus XV milia Anien abest. Ovidius:

quaque Numici
Aut Anienis aquae cursuque brevissimus Almo.

Cicero pro Cornelio in I: trans Anienem. Horatius in I carminum:

Et praeceps Anio ac Tiburni lucus -,

'Apollo Apollinis'. praeterea 'cupido cupidinis', quod masculino quidem genere deum significat plerumque et est proprium, feminino vero ipsam rem. itaque feminini praevaluit declinatio. 'margo' quoque 'marginis' notandum, quod tam masculini quam feminini generis invenitur. Statius Thebaidos libro III:

Solverat Hesperii devexo margine ponti.

Iuvenalis in primo:

aut summi plena iam margine libri -.

Excipitur etiam 'caro' femininum 'carnis'. vetustissimi tamen etiam nominativum 'haec carnis' proferebant, qui magis rationabilis est ad genetivum. Livius Andronicus in Odyssia:

Carnis, ait, vinumque, | quod libabant, anclabatur.

et Titus Livius XXVI ab urbe condita: Latinaeque instaura-

1 etiam] autem *L* nominatiuo *D* 2 Cato contra Veturium] *'or. in L. Veturium de sacrificio commisso' v. Meyerum l. l. p.* 62 *sqq. or.* 28, *ibique l. nostrum p.* 65; 'de sacrificio commisso' *infra* § 40 'de Lucio Veturio' *lib.* VIII § 12 'de Veturio' X 17 *cf. Brillenburgium de Cat. p.* 75 *G. E. Weberum Cat. mai. p.* 31 Veturium] *b* vet+rium *B* Anienam] *Lipsius var. lect.* III 11 *cf. Krehlium* II 516 *sq.* anienen *g* anienem *rell. Klotzius in Iahnii ann.* XL 390 *sq.* 3 in sacrarium in sacrarium *A* autem *post* oportebat *add. BAHKg* (. Oportebat autem *B et sic Vat.*), *post* non *LG*, *post* minus *rd* uel habemus 4 abest *Gg* Ouidius ait *L* *Ovid. metam.* XIIII 329 *sq.*: quasque Numici | Quas Anienis aquae *etc.* 5 quoque *BGLK* 6 alma *R* alno *A* 7 trans Anienem *extat in Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 23, *t.* IIII *p.* 450 *sq. Cic. ed. Or., servato ab Asconio ibid.* V 2 *p.* 75 *sq.* cornilio *G* aniaenem *H* oratius *GLK* *Hor. carm.* I 7, 13 in ·I· *add. D* . 9 ac] et *aliquot libri Hor.* lucus appolli *Brg* locus *rell.* 10 Apollo] *d* appollo *DGL* ·nis *Gg* ·nis *L* 11 plerunque (*sic*) *spscr. in L* femino *H* uero *add. b* 12 femini *A* 13 quam *add. d* femini *A* *Stat. Theb.* III 407 . 14 tebaidos *K* primo *L* III] *h lac. rel. num. om. D num. om. BHK* II *A* primo *G* I. *b* 15 hisperii *GL* diuexo *L* 16 *Iuv. sat.* I 1, 5 Iuuenalis — libri *in marg. K* 17 pleno *pars codd.* uetustissimi *Iuv. dett.* 18 femininum caro *D* caris *Dd* N ueteres *Gg* uetussitissimi *H* tamen *spscr. in L* 19 ad *add. r* 20 libius *GLK* odissia *RBḦ* odysia *G* odisia *L* *Liv. in Od.: libro* XXIII *coll. Hom. Od.* XXIII 304 *sq. assignavit G. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 627: carnis autem | Vinúmque, quod libábant, ántlaΛΙ batur 21 libant *L* *ante* anclabatur: ΕΞΑΝΤΑΛ.ΤΟ *add. g* ΕΞΗΗΤΑΝΤΟΝ *A* ΕΞΗΝΤΑCCΤΟΝ *Dd* antlabatur (ante labatur *3*, *μ*) *edd. ante α at v. Muellerum ad Paul. s. v. anclare p.* 11 22 libius *BADHGLK* *Liv. ab u. c.* XXXVII 3, 4 XXVI *libri, quod*

p. 684. 85 P. p. 230. 31 K.

tae, quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat. itaque eius, quod est ‘caro’, diminutivum ‘caruncula’ est, ut ‘virgo virguncula’, ‘ratio ratiuncula’. Varro in andabata: sed quidvis potius homo quam caruncula nostra. ab eo autem, quod est ‘carnis’, ‘carnicula’ debet esse, ut ‘canis canicula’. -

Et sciendum, quod quinque inveniuntur in o terminantia, quae faciunt in a feminina: ‘leo leaena’ vel ‘lea’, ‘draco dracaena’, ‘leno lena’, ‘caupo caupona’, quod significat tam ipsam tabernam quam mulierem. Lucilius in III:

Caupona hic tamen una Syra.

‘strabo’ etiam ‘straba’ facit. Varro de nomismatis:

non haec res de Venere paeta
Strabam facit.

In o productam desinentia Graeca sunt feminina et vel Graece decli- IIII 18
nantur, ut ‘Manto Mantus’ - Virgilius in X:

Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis -,

vel || addita ‘nis’ faciunt genetivum, ut ‘Dido Didonis’. Accius: |

Custodem adsiduum Ioni adposuit virgini.

Pacuvius:

filios

mutare dubitavi cf. § 96 1 carinis *Liv. cod. Bamb.* darit *B* 2 eiusdem quod est *Rr* eius quod eius caro *A* est caruncula *A* 3 *Varro in andabata: sat.* VII *fr.* 8 *p.* 96 *Oehl.;* andabata *haec satura vocatur etiam lib.* X § 38, andabatae *apud Nonium* Sed quidvis potius homo quamde caruncula nostra *vel* Sed quidvis potius, mi homo, quam caruncula | Nostra *temptat Fleckeisenus* 4 autem *om. AL* 5 carnicula] *r* corniculas *ni f. in lit. R* caruncula *A* 6 inueniuntur nomina in o *GL* 7 feminina in a *G* ut leo *ADK* uel lea *spscr. in L* ∗leno (a) *R* uel conciliator stupri a leno *BAHK* ale∗nolena *L* 8 cauponia *K* terbernam *Rr* Lucius *G* *Lucil. sat.* III *fr.* 33 *Dous. Gerl. fr.* 10 *Varges C. Lucilii sat. ex libro tertio q. s. p.* 5 10 tamen hic *A* tantum *L* sira *GL* syria *H* 11 straba *ex* strabo *corr. B* *Varro de nomismatis: sat.* LXI (*octogessis, περὶ νομισμάτων*) *fr.* 4 *p.* 174 *Oehl.; iambos agnovit Fleckeisenus* nōmismatis *k* 12 peta *BAGLKr* peca *R* petas *b* peta ΜΕΤ∗ωροφθαλμου *D* ΜΕΤΟΡΟΦ. ΤΑΛΜΟC. strabo uel straba *in marg. d* ΜΕΤΕωροφεαλαμου *in mg. g* ΜΕΤωροφθαλμου ·i· suspice. ΜΕΤωροφθαλμος suspex strabo uel straba *in mg. l* 13 fecit *D* 14 IN O PRODVCTAM GRECA *D* et *om. GK* 15 mantoys *AD* mantos *Lh* mantys *Kk* *Verg. Aen.* X 199 16 mantos *GL* mantoys *D* manto^{s} *in litura h* mantys *K* Tusci filius amnis] *r* tuscilius mannis *R* amni^{s} *Hh* 17 ut Dido Didonis *om. A* *post* Didonis: Calipso calipsonis io ionis idque usus antiquorum comprobat *add. h* Accius in ioae *D* *Att. Ion. fr.* 4 *p.* 211 *Both.* I *p.* 157 *Ribb. v. p.* 210, 12 18 *ad* custodem *in mg.* argus aristoris fls. *L* adsiduum] *DH cod. Char. p.* 47 *P.* 35 *L.* assiduum *rell.* ioni *in litura h* Inoni *cod. Char.* adpossuit *cod. Char.* apposuit *codd. h. l. cf. infra l. l.* apposuit uirgini *spscr. in L* 19 Pacubius *AKg* Paccubius *DH* Paucobius *GL* *Pacuvii fr. inc.* 4 *p.* 148 *Both.* XL *p.* 110 *Ribb., ad niptra a Delrio relatum assentiente Ribbeckio p.* 287 20 Filius *K* filios | Tris sibi *Ribbeckius* Filios sibi procreasse per Calypsonem autumant *Bothius* 1 procreasse eundem] *Charis.* I *p.* 47 *P.* procreasse dicitur eundem, *gloss. ad* autumant *pertinente in verbo-*

p. 685 P. p. 231 K.

†. sibi procreasse [dicitur] eundem per Calypsonem autumant.

Plautus in aulularia:

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit.

quod autem 'Ionis' et 'Calypsonis' et 'Didonis' dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo his verbis: Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Livius:

Apud nymphaam Atlantis filiam Calypsonem.

Ennius in VIII:

Poenos Didone oriundos.

Accius in Ione:

Custodem adsiduum Ioni instituit virgini.

19 In u Latina sunt generis neutri et aptota in singulari numero, non etiam in plurali, ut 'hoc cornu', 'genu', 'tonitru', quae tamen antiquissimi inveniuntur in 'um' quoque proferentes in eodem genere et in 'us' genere proferentes masculino et quartae declinationis, ut Lucanus in VII:

cornus tibi cura sinistri.

idem in eodem:

Seu tonitrus ac tela Iovis praesaga notavit.

Cicero tamen in Arato 'hoc genus' pro 'genu' protulit:

rum ord. perperam illato codd. Prisciani per *in litura H* calipsonem *BHGLK* autūnant *AK* 2 *post* autumant: calypso calypsonis io ionis idque usus antiquorum comprobat (conprobat *D*) *add. RBADH, del. h* calipso.onis io.ionis (nis *G*) idque usus antiquorum confirmat *GL* 3 *Plaut. aulul.* III 6, 19 *sq.* aularia *LK* 4 Quod *G* fer**ret *Rr* ser seruet *Bb* uet occuleus *Plaut. Vet.* 5 ioni* (o) *B* addidit *in litura b* 6 quod autem] *h* Quod hec *H* et didonis calipsonis *K* calipsonis *HGL* Didonis] *ex* didonius *corr. D* dydonis *RA* dicitur *om. A del. g* ostendit *post* his uerbis *collocant GL* 7 cesellius *K* celsius *GL* Caesellius Vindex in stromateo] *cf. Graefenhanium hist. phil.* IIII 68 *sqq.* calysonem *Rr* calipsonem *GLK* 8 est] esse *ADHGL* Lius *Rr* libius *G* lybius *L* *Liv. Andr. Odyss. fr. cf. Hom. Od.* IIII 557 V 14 XVIIII 143 *v. Hermannum elem. doctr. metr. p.* 621 *sq. coll. tamen epit. doctr. m. p.* 223 *sq. ed. alt. postremam thesin suppressam perperam censet Corssenius origg. p.* 199 9 nymphan *H* nimeam *G* nimeam *K* nimiam *L* athlantis *BADHGLK* calipsonem *HGLK* 10 Ennius in VIII] *r* In VIII. ennius *RAHK* *Enn. ann.* VIII: VII 11 *E. S.* VIII *inc.* 1 *Hug.* VIII, XXIV *p.* 45. LXV *Vahl.* 11 penos *RAHGK* phoenos *L* 12 Alcius *GK* Actius *h* Attius *ni f. in lit. H* *Att. in Ione: v. supra p.* 209, 17 Ione] *1* ioe *libri cf. lib.* X § 51 13 adsiduum] *D* assiduum *rell.* instituit] opposuit *G* apposuit *L et libri supra cf. Ritschelium monum. epigr. tria p.* 7 14 IN V PRODVCTAM *D* neutri generis *GL* monoptota *h* in *om. GLK* non] *lk* nec non *BGLK* 15 in plurali] *r* plurali *RGL* plurali *ex* plurales *corr. B* plurali* (a) *L* quae nomina tamen *B* tamen] etiam *RL* antiquisimi *Gg* 16 proferentes in um quoque *G* proferentes in um *L* 17 ut *om. GL* *Lucan. Phars.* VII 217 VIII *r* 18 cornus] *b* curnus *B* cornu *codd. nonnulli Luc. cum Voss. A m. pr.* tibi] *r* tibe *R* senistri *G* 19 idem in eodem] *r* Idest eodem *R* *Lucan. Phars.* VII 197 20 tronitrus *AD* nouitauit *H* 21 *Cic. Arat. fr.* XIX (*Cic. ed. Or.* IIII 2, 522) *sive v.* 149 (*p.* 527) a*rato (u) *L* arto *K*

p. 685 P. p. 231. 32 K.

Tertia sub cauda ad genus ipsum lumina pandit.

in eo|dem:

At propter laevum genus omni ex parte locatas
Parvas vergilias tenui cum luce videbis.

in eodem:

Haec genus ad laevum nixi delapsa resedit
Atque inter flexum genus et caput alitis haesit.

Accius in Prometheo:

profusus flamine hiberno gelus.

illud etiam notandum, quod, cum plerumque composita simplicium declinationem servant, 'capricornus' secundae invenitur. Cicero in Arato: 20

Corpore semifero magno capricornus in orbe.

item in eodem:

Tum magni curvus capricorni corpora propter
Delphinus iacet, haut nimio lustratus nitore.

Ovidius in II metamorphoseon:

dextra cornum tenet.

idem in V:

flexile cornum.

Lucretius similiter in VI:

Propterea fit, uti, quae semina cumque habet ignis,
Demittat, quia saepe gelum, quod continet in se,
Mittit.

pro genu sicut hoc uirus protulit *R* protulit pro genu *GL* 2 *Cic. Arat. v.* 261 (27) *sq.*; *v. l. congessit Moserus ad Cic. de nat. deor.* II 44 *p.* 387 *ed. suae, ubi add. cod. Prob. inst. p.* 46 *Lind.* (1392 *P.*): Hac prôpter laevum genu omnis parte locatus 3 ad *BAG* prôpter] *g* pro *G* 4 vergilias] *g* uirgilias *BGr* cum tenui *GL* 5 *Cic. Arat. v.* 279 (45) *sq.* 6 Hoc *A* Quae *et* Quod *v. l. ap. Cic.* gens *Dd* nixi] *h* nisi *H* delapse *D* 7 flexum] *r ex* fluxum *corr. B* fexum *R* kaput *K* haesit] *om. A* haessit *L* hae*sit (s) *G* 8 Actius *H* *Att. Prometh. fr.* 1 *p.* 239 *Both. fr. unic. p.* 158 *Ribb., cui potius ad Io fabulam Prometheus Attiana referenda videtur p.* 300 *sq.* 9 tum profusus *Non. p.* 208, 1 flaminae iberno *K* ge*us (n) *L* 10 notantum *Rr* no* tandum (n) *D* semplicium *G* 11 capricornos *A* saecunde *R* inuenitur declinationis *D* *Cic. Arat. v.* 293 (59) 13 Idem *ADGK et sup. lin. L* *Cic. Arat. v.* 332 (91) *sq. cf.* §. 26 14 curvus] *bh* coruus *BHGLKr* cornus *A* cornus *Dd* capricornii *r* 15 delphinos *B* delfinus *G* dephinus *H* aut *R* haud *BADH* nitore] in orbe *L* 16 *Ovid. metam.* II 874 17 dext*ra (e) *B* dextera *K* cornum] *sic etiam* cornū, *ut tamen de lineola superducta possit dubitari, Ovid. Laur.* (*Med.* 1 *et exc. Calandr. l. Heinsius*); cornu *libri Ovid. plerique cum Marciano* tenet cornum *h* 18 *Ovid. metam.* V 383 19 flexibile *B* cornu *cum Laur. et Marc. codd. Ovid. ut vid. omnes* 20 *Lucr.* VI 876 *sqq.* 21 proptere *Rr* utiquae semina *H* utique semina *RBADGLK* utique femina *b* cumquae *r* quaecunque *GL* cūque *Hh* ignis] *r* in se (*ex v. sq. etiam huc relatum*) *R rell.* 22 demittat] *r Heidelb. Krehlii teste censore eius lenensi l. l. p.* 419 *cum libris Lucretianis* emittat *R* *mittat(e) *B* mittat *ADLK* mitat *G* mittat *in litura h* quia] *sic etiam Heidelbergensis m. alt.* quasi *Lucretius* qua *Heidelbergensis m. pr.* 23 Mittit] *Heidelbergensis cum Lucretio* emit-

p. 685. 86 P. p. 232. 33 K.

Accius ve||ro in Troadibus:

sed utrum terrae motus sonitusne inferum
Pervasit auris inter tonitra et turbineis.

In c duo sunt generis neutri: ‘lac lactis’, quod antiquissimi etiam ‘hoc lacte’ protulisse inveniuntur teste Capro, apud quem exem|pla invenis (Plautus in Menaechmis:

Neque aqua aquae neque lacte est lacti, crede mihi,
usquam similius),

et ‘allec allecis’. sic Martialis:

Capparin et putri cepas allece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.

Horatius in II sermonum:

Pervellunt stomachum siser, allec, faecula Coa.

21 (est autem ‘allec’ genus piscis.) inveniuntur tamen quidam veterum etiam ‘haec allex’ feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus, Verrium Flaccum posuisse allecem hanc dicens. non

tit *RBAHLK* emittat *Dd* emitit *G* 1 Actius *H* *Att. Troad. fr.* 3 *p.* 248 *Both. fr.* II *p.* 168 *Ribb.*, *qui Troades Neoptolemo coniungit p.* 320 *sq.* uero *om. ADHGL add. dg* troiadibus *L* droadibus *G* 2 sed *in litura h* utrum dubium est terrae motus *H* sonitus nerii ferrum *L* inferum] *d* infernum *ADG* inferum *in litura h* 3 persuasit *BDALK* peruassit *G* auris] *in mg. add. L* aures *Rr* inter] in *L* tonitr* (a *ni f.*) *H* tonit** *B* tonitrua *b* tonitrū *h* turbineis] turbines *BADHGLr* turbinis *RK* 4 DE NOMINIBVS IN C. *D* neutri *om. BH*, *ante* generis *add. h et in mg. B* 5 Capro] *cf. Capr. p.* 2241 *P. coll. Osanno de Capro p.* 12 *sq.* 18 inuenies exempla *GL* 6 *Plaut. Men.* V 9, 30 (*v.* 1089) menechmis *DAHGK et ex* memichmis *corr. B* menethmis *Rr* mechenis *L* 7 Neque — neque *Prisc. cum Vet. Plaut.* Nec — nec *rell.* nequae lacta *Rr* lacte est lacti *Prisc. cum Plauti libris opt.* lacte lacti *deteriores* lacte lactis *Ritschelius v. mus. phil.* VII 584 *sqq.* mihi crede *cum Lingio Ritschelius* 8 usquam] *r* usquequam *R* similiust *Ritschelius* 9 et allec allecis] *om. G* et hallec hallecis *DHKg* et hallec halecis *Rr* et h*c (i) allec huius hallecis *L* et hallec hallecis *B* Martialis] *r* marcialis *RHL* *Mart. epigr.* III 77, 5 *sq.* 10 Capparin] *sic etiam Mart. Tal. ap. Schneidewinum* caparin *GK* capparī *Ar* camparī *R* capparim *Mart. P* capparis *codd. Mart. permulti* putri] *b* p*tri *B* patri *G* pri *L* caepas *B* allec|ce *A* hallece *DGLK* 11 dubio] *r* debeo *R* 12 oratius *K* *Hor. serm.* II 8, 9 13 Perucllunt] *om. RAH add. h* Per *BD* stomacū *H* siser] *r* cicer (*in mg.* siser) *h* herba .i. pastinax ΣΤΑΦΙΛΗΝΟΣ *in mg. l* ΣΤΑΦΤΑΙΝΟΣ *D om. RBAHGLK* hallec *DGK* allec *L* facula *Rr* foctula *G* foctula *L* fetu lacoa *K* fetula coa *k* *post* coa: piper allece (hallece *BDGLK* halete *H*) non sine aceto *add. libri del. rh* Hoc magis ulla mali ut [*l.* ullum aliut] pipere albo non sine aceto (*eiusd. serm. v.* 49) *in mg. r* 14 autem *om. G* allec *R* hallec *BDHGLK* tamen *sup. lin. add. L* quidam *ex* quaedam *corr. H* 15 allec *AG* hallec *BDLK* femino *HK* genere *add. h* 16 Verrium Flaccum] *v. Muellerum ad Fest. praef. p.* XV flacum *K* posuisse *G* allecem *A* hallecem *BDHGLK*

p. 686. 87 P. p. 233. 34 K.

habet plurale nec hoc nec ‘lac’. nam ‘hae lactes’ partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae et servaverunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare ‘haec lactis’ est. Titinius in Ferentinati:

Farticula, cerebellum, lactis agninas.

Pomponius in Lare familiari:

oro te, vaso, per lactes tuas.

In d quoque duo sunt neutra, quae a masculinis nascuntur in s desinentibus, ‘aliud’ et ‘quid’ et ex eo composita, ut ‘aliquid’, ‘siquid’, ‘nequid’, quorum genetivus in ‘ius’ profertur, ut ‘alius’ et | ‘cuius’ et dativus in i, ‘alii’, ‘cui’, secundum quorundam pronominum declinationem, unde quidam indocti pronomina esse putaverunt. sed ipsa significationis ratio et omnes Graecorum doctissimi haec nomina esse comprobant, Probus etiam ‘alius alia aliud’ inter nomina posuit. latius autem de his in pronomine disseremus. inveni tamen apud Livium in CXII ab urbe condita in 22 d desinens barbarum nomen regis Maurorum ‘Bogud’, cuius genetivum secundum tertiam declinationem ‘Bogudis’ protulit, ut: castra quoque diversis partibus Cassius et Bogud adorti hau multum afuere, quin opera perrumperent. in eodem: quo tempore firmandi regni Bogudis causa exercitum || in Africam traicere

1 pluralem *B* nec non lac *G* i nec hoc nec lac *in mg. g* neque lac *D* intestinorum] *r* intestinarium *R* intestinarum *bd* 2 ΓΑΛΑΚΤΙΔΕS *L* ΓΑΛΑΚΤΙΑΕC *B* ΓΑΛΑΛΑΚΤΙΔΕC *D* ΓΑΛΑΚΤΙ.ΔΕC *Gg* ΛΑΚΤΙΔΕC *K* ταλακτυδηc dictae *in lac. h* quoque *spscr. L* 3 singulare] *h* singu *H* *Titin. Ferentinat. p.*60 (*cf. psaltr. fr.* 3 *p.* 66) *Both. psaltr. fr.* III *p.* 119 *sq. Neuk., psaltr. s. Ferent. fr.* IV *p.* 125 *Ribb.; Nonius* 331, 26: Lactes dicuntur intestina. Titinius psaltria: Farticula (ferticula *cod. Leid.*), cerebellum, lactis agninas in ferentinati *in litura B* 4 Farticula] *Nonius cf. Ouvensium noct. Hagan.* I 13 *p.* 78 craticula *RHK* graticula *BADGL* lactis agninas] *Nonius cf. Ritschelium mus. phil.* VII 606 *sqq.* lactis agnina *libri Prisc.* 5 *Pomp. Lar. fam. fr. p.* 109 *Both. p.* 144 *Mk. p.* 198 *Ribb.* la**rẽ (te) *B* 6 vaso] *Ribbeckius* baso *BADHK* bas* (e *ni f.*) *L* basso *G* base *R* basse *Heidelb. Lips.* 1 *Erl.* 1 *Krehlii* 7 DE NOMINIBVS IN D. *D* quoque *spscr. L* in s desinentibus nascuntur *A* 8 et ex] *bd* ex *BD* nequid siquid *AGL* 9 ut] et *RB* ut alius et cuius] *l* alicuius *G et in litura L* dactiuus *R* 10 i] *r* ****** *R* alii cui] *hgl* alicui *AHGL* alii et cui *D* corundam *Rr* declinationem pronominum *DL* 11 esse] ea esse *BHr* esse ea *D* esse aea *A* ea *GL* esse putauerunt ea *K* putarunt *L* *post* esse: putaueruut — nomina esse *om. R add. r* 12 conprobant *B* Probus his *G* · *Probus: cf. lib.* VII § 1 13 alius] aliuds *H* pronomina *GLK* 14 diseremus *L* Inuenitur *h* aput *Rr* lauium *G* lauium *L* lanium *K* *Liv. lib.* CXII *ab u. c.: t.* XIIII *p.* 795 *Drb. ed. Stuttg. t.* VI *p.* XII *Wssb.* 15 desinens *add. r* 16 boguddis *Rr* protulit: Vt castra *H* 17 casius *GL* adhorti *RB* ador*ti (a) *L* adorati *K* haud *DHr* aut *AGLK* 18 affuere *ADGLK* abfuere *h* *Livius l. l.* 19 in] ad *H* a*fricā (f) *G* affricam *HK* traiicere *g* traiecere *BG* uelociter traiicere (traicere *h*) *HK* uelociter mittere *gloss. add. r* uelociter *d*

p. 687 P. p. 234. 35 K.

conatus sit. idem in eodem: Cassius gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset. idem in CXIII oppidi nomen in d desinens per accusativum casum neutro genere protulit: et ipse circa Pulpud oram tuebatur.

In t 'hoc caput capitis' invenitur et ex eo composita, 'sinciput sincipitis', 'occiput occipitis'. 'git', *μελάνθιον*, et 'Nepet', nomen oppidi Italici, indeclinabilia sunt.

In 'al' Latina et barbara inveniuntur et sunt masculini generis vel neutri, quae addita 'is' faciunt genetivum, ut 'hic sal huius salis', 'Hannibal Hannibalis', 'hoc tribunal huius tribunalis', 'cervical cervicalis'. sed neutra a producunt in obliquis casibus.

V 23 In 'el' desinentia correptam Latina sunt neutra et addita 'lis' faciunt genetivum, ut 'mĕl mellis', 'fĕl fellis'. in 'el' productam, quae sunt barbara, vel 'il' vel 'ol' vel 'ul' desinentia, cuiuscumque sunt generis, Latina seu barbara, addita 'is' faciunt genetivum, ut 'hic Daniēl huius Danielis', 'haec Tanaquil huius Tanaquilis', 'hic sol huius solis', 'hic consul huius consulis', 'hic' et 'haec exul huius exulis'. 'nihil' indeclinabile est, quia per apocopen ab eo, quod est 'nihilum', prolatum est, sicut | etiam apud Graecos '*κρῖ*' et '*δῶ*' et '*κυκεῶ*' pro '*κριθήν*' et '*δῶμα*' et '*κυκεῶνα*'. quidam tamen adverbium esse putant, quod nomen esse adiectivum quantitatis ipsa ostendit constructio. quomodo enim dicimus 'multum bonum'

1 *Livius l. l.* Idem *supscr. in L, add. b* casius *GL* gressisset *Rr* gessiset *G* gesiset *L* tribonio *GL* tremonio *A* 2 sotietatem *H* furoris *ex* furores *corr. A* 3 *Liv. ab u. c. lib.* CXIII *ll. supra ll.* in *om. H* CXIII] *bh* CXIIII *BHGL* casum *om. HLK* 4 ipsa *GL* circa * pul*pud *H* pudpud *B* horam *R* 5 DE NOMINIBVS IN T. *D* capud *Rr* kaput kapitis *K* capitis. Inueniuntur ex *A* sincipud *Rr* senkiput .tis *K* 6 occipud *Rr* ockiput .tis *K* git. ΓΙΤ ϽCEMNEIOT TO MEΛANΘION *B* MEΛANEΘIΓON *in litura r* MEΛANTION *D* MHMHEI*N *G* MHMHION *L* MEMNEIN *K* et]. En *B* neppet *GL* 7 et sunt indeclinabilia *A* 8 IN L SED PRIMVM IN AL. *D* generis masculini *D* masculini uel neutri generis *GL* 9 huius *om. GL* 10 tribunal ***** huius tribulalis (huius) *B* huius *om. GLK* ceruica*lis (l) *L* 11 producunt a *DGL* 12 IN EL CORREPTAM *D* correpta *RA* et neutra et *Db* 13 ut] *om. G* ** *Hh* IN EL PRODVCTAM ET IL ET OL ET VL. *D* producta *RA* 14 sint generis *BADHLrg* generis *K* 15 siue *R?* daniel *R* danihel *BADG* danihelis *RBAD* .lis *G* 16 tanacil. huius .lis *Gg* hic sol] sic sol *H* huius solis *om. GL* huius consulis *om. GL* 17 ex*ul (s) *D* exsul. *is *G* exsul huius .lis *K* quia] quod *BGK* 18 apagopen *GK* apocopam *H* sicut] *g* sed *G* 19 *κρῖ — κυκεῶνα*] *lac. rel. om. H* non solum istud sed etiam alia quedam *in lac. inseruit h* ET ΔO ET *Rr* et da et kikea *K* ΔΩ. KYKEΩ *B* *κυκεῶ*] *l* KIKEΩ *AGL* ΠPO *BA* ΠPΩKPYTHN ET ΔΩMA ET KYKEMNA *Rr* KPITEN *Al* KPIT*N *L* et dama et kikeana *K* KIKEΩNA *DG* 20 tamen] autem *H* adiectiuum *Kk* quantitatis adiectiuum *GL* 21 constructio ostendit *GL*

p. 687. 88 P. p. 235 K.

et ‘boni, bonorum’ et ‘nimium lucrum’ et ‘lucri, lucrorum’, sic ‘nihil malum’ vel ‘mali’ vel ‘malorum’. Terentius in Andria:

†Nihil horum egregie praeter cetera

et Cicero de signis: nihil minus ferendum pro ‘nihil intolerabilius’. potest autem etiam loco adverbii accipi, quomodo ‘multum’ et ‘primum’. ‘nihil’ autem vel ‘nihilum’ a ‘non’ et ‘hilum’ est compositum, quod sine dubio nomen est: ‘hilum’ enim pro ‘ullum’ vetustissimi proferebant. Lucilius in XIIII:

Naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare et
Calces. delectes te, hilo non rectius vivas. ||

In ‘am’ unum desinit generis omnis indeclinabile, ‘hic’ et ‘haec’ et 24
‘hoc nequam’.

In ‘im’ quoque unum indeclinabile, ‘Cim’ (nomen est vici), ut dicit Celsus.

In ‘um’ Latina seu Graeca, apud Graecos in *ov* desinentia, neutra sunt et mutata ‘um’ in i faciunt genetivum, ut ‘hoc templum huius templi’, ‘hoc Pelium huius Pelii’, ‘hoc hostorium huius hostorii’ [lignum, quo modius aequatur]. inveniuntur tamen apud comicos multa huiuscemodi neutrorum formam habentia mulierum nomina, quibus articulos feminini generis necessario significationis gratia praeponere solent, ut ‘ἡ *Δύρκιον* haec Dorcium’, ‘ἡ *Γλυκέριον* haec Glycerium’, ‘ἡ *Χρύσιον* haec Chrysium’,

1 et bonorum et *AHL* nimium] *R* m inium *K* minimum *rell.* lucrum lucri *L* et lucrorum *BA* 2 uel mali malorum *D* uel mali malorum *L* et mali et malorum *A* *Ter. Andr.* I 1, 31: Horum ille nihil egregie praeter cetera 3 Nihilorum egregiae *Rr* egregiae *H* 4 *Cic. in Verr.* II 4, 38, 83 nihil minus ferendum *in litura B* nihil minus *om. codd. Cic. dett.* pro] *r* quod *R* intollerabilius *RGK* 6 a non et hilum *om. B* est compositum quod] *h* est compositum. est hilum quod *G* est compositum. hilum est quod *L* est compositum. hilum quod *RAHL* est compositum et non et nilum hilum quod *B* 7 pro] quod *A* uetustisimi *G* s uetustissimi proferebant] dicebant antiqui *A* Lucius *Kk* *Lucil. sat.* XIV 4 *Dous. Gerl.* 9 naumachiam] *d* naumachum *D* haec licet *K* albeolumque *GL* v t potare et calces *Rr* 10 dilectes *GL* uiuas. Nullum autem alteri plus potest contrarium et oppositum repperiri quam nihil ad aliquid et aliquid ad nihil. In am *B* 11 IN AM *D* 13 IN IM *D* unum cim nomen uici in declinabile est ut *GL* est *om. K* 14 celsius *A* cellsus *K* 15 IN VM *D* Graeca *om. K* in on apud g̃cos *GK* in on desinentia apud graecos *L* on *DH* 16 sunt *supscr. in L* um i *Bb* templum .li *GL* 17 hoc *om. L* pelium .lii *L* pellium .lii *G* hoc *om. L* ostorium huius ostorii *R* ostorium .rii *L* ⋆ ostorium .rii (h) *GL* hostrium huius hostrii *H* lignum commodius aequatum *G* quo *in litura* (com?) *l* quo modius] *h* quomodo dius *H* 18 multa apud comicos multa *R* cōmicos *GL* 19 articulos *ex* articulus *corr. B* femini *K* 20 gratiam *Rr* gracia *H* causa *L* uel gratia *l* ἡ] H *in litura rh om. BK* ΔΟΡΚΙΩΝ *RGL* ΔΟΡΚΥΟΝ *DH* 21 dortium *A* dorthium *r* ΔΩΡΚΙΥΜ *R* ἡ *om. BK* *Γλυκέριον*] *l* ΓΛΥΚΕΡΙΩΝ *R* ΓΛΙΚΕΡΙΟΝ *BA* ΓΛΙΚΟΝΙΩΝ *G* ΓΛΙΚΙΟΝ *K* ΓΛΙΚ***** *L* glicerium *BH et in litura l* g h clycerium *Rr* grecerium *A* gliconium *G* gleconium *K*

p. 688 P. p. 235. 36 K.

'ἡ Ἀβρότονον haec Abrotonum', 'ἡ Λεόντιον haec Leontium'. hoc autem solet fieri adulationis causa sive diminutionis aetatis.

In 'an' aut in 'in' aut 'on' aut 'yn' desinentia Graeca sunt masculina vel feminina et producuntur omnia et vel Graece declinantur, ut 'Pan Panos' - Virgilius in VIII:

Parrhasio dictum Panos de more Lycaei -,

vel ex genetivo Graeco fit Latinus, mutata *os* ultima in 'is', ut 'Titan Titanos', 'Titan Titanis'; 'delphin delphinos', 'delphin delphinis'. dicitur tamen et 'delphinus delphini'. in multis enim invenimus | a genetivo Graeco factum Latinum nominativum - ut 'elephas elephantos, hic elephas huius elephantis' et 'hic elephantus', a genetivo Graeco 'elephantos', 'huius elephanti'. similiter 'hic abacus huius abaci' a genetivo Graeco ἄβακος; 'Ἄραψ Ἄραβος', 'Arabs Arabis' et 'Arabus Arabi'; 'Τιτάν Τιτᾶνος', 'hic Titanus huius Titani' - Plautus in Menaechmis:

Barbatum, tremulum †Titanum qui lucet Cygno patre -,

ἡ *om. R* ἡ Χρύσιον haec Chrysium] *om. H* ἡ Χρύσιον — Leontium] *om. G* *in litura scripsit l* ✱PICION *R* XPICION *r* XPICION *B* Chrysium] *b* chryseum *B* chrisium *RADl* 1 ἡ *om. R* ἡ Ἀβρότονον — Leontium] *om. K* BPWTWNON *R* ABPWΘWNON *r* brotonium *Rr* ab rotonnium *H* abrotunium *h* AHONTION *R* AEONKION *H* Haec autem solent *H* 2 adolationis *GLK* 3 IN N SED PRIMVM IN AN ET IN ET YN ET ON GRECA PRODVCTA. *D* an aut in ON aut YN *B* an ✱✱✱ yn *G* an ā in ā on yn *g* an aut in aut on aut yn *L* aut in on aut in yn *K* aut in yn aut in on *D* yn] ✱n *H* en *h* gca disinentia *L* 4 *post* omnia: in an terminantia. et uel graece declinantur *in litura b* omnia uel *GK* panos *add. r* 5 *Verg. Aen.* VIII 344 6 Parrhasio] *H Med. Pal.* parrasio *BLrd* parnasio *RADGK* *cum Vergilii Romano. sic igitur f. s. Priscianus s. Theodorus* dictam *Med.* Panos] panpanos *B* ✱✱✱ panos (pan?) *K* lycei *ADK* licei *GL* licei *Rr* 7 gco genitiuo *GL* o✱ *R* oc *r* os *BDGL* his *Rr* tytan tytanas (tytanos *d*) tytan tytanis *D* 8 delphian *B* delfin delfinos *G* delphian delphianos uel *K* delfin delfinis *RG* delphinis *ex* delphinos *corr. H* 9 et *om. G* delfinus delfini *G* graeco genitiuo *GL* 10 nominatiuum *add. h* ut] hic *GL* hellefas helefantos *Rr* elifas elifantos *GK* elefas elefantos *DH* elefas ✱elifantos *L* elephans *B* elefas *RDH* elifas *GLK* 11 elefantis *RDH* elifantis *GLK* elifantos huius elifanti *GK* elefantos huius elefanti *DHr* huius elifanti elifantos *L* 12 abacus a genitiuo graeco abacos huius abaci *K* huius] huic *R* abaci] abacos *BA* ἄβακος] ABAKOC abaci *A* abakos *RH* abacos abacis *G* abacos abaci *L* 13 Ἄραψ Ἄραβος] *om. RHGLK* APABC. APABOC. *in mg. r* arabs arabos *Ah* hic arabs arabos *B* hic arabs arabis *BDrh* ✱✱✱ arab✱ arab✱✱ *R* arabos arabis *GLK* Τιτάν Τιτᾶνος] *om. H* TIΘAN TIΘANOC *r* titam titanos *R* titan titanos *BADGLK* 14 tytanus *D* huius *om. GL* tytani *D* *Plaut. Menaechm.* V 2, 101 (*v.* 854) megmis *Rr* menecmis *B* menechnis *G* menegmis *AD* minechinis *L* mechenis *K* 15 tremulum titanum] *l* titanum tremulum *L* Titanum] *sic etiam libri Plautini* tytanum *D* Tithonum *Meursius* qui lucet (lucit *K*) cygno (cyno *Rr* cyno *K* cycno *H* .CYC.NO *B* cicno *G* cigno *ADL*)] cycno prognatum *testantur libri Plaut. opt.* mosco prognatum *Ritschelii Lips.* Cygno qui cluet *Palmerius l. ms. Berchemi et Colerus l. Prisciano antiquissimo et Constantinopoli olim scripto, quorum illud* qui cygno lucet, *hic* cygno qui lucet *offerebat* patri *A*

p. 688. 89 P. p. 236 K.

nec non et ab accusativo: 'panthera', 'creterra', quod Graeci quoque in 26
multis fecere, quos in hoc quoque sequimur, qui saepe et genetivo et aliis casibus pro nominativo sunt usi: 'ὁ *μάρτυς τοῦ μάρτυρος*, ὁ *μάρτυρος*', 'ὁ *ἰκτίς τοῦ ἰκτῖνος*' *καὶ* 'ὁ *ἰκτῖνος*' - Virgilius in VII:

Hyrcanisve Arabisve parant seu tendere ad Indos,

qui est a nominativo 'hic Arabus'. idem in VIII:

Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

Lu||cilius in IIII 'Aethiopus' dixit pro 'Aethiops':

Rinocerus velut Aethiopus.

'Titanus' quoque pro 'Titan' dicebant; unde Naevius in carmine belli Punici primo:

Inerant signa expressa quo modo Titani,
Bicorpores Gigantes magnique Atlantes.

Lucanus in VIIII:

Nec tutus spatio est elephas.

Iuvenalis in IIII:

Rursus ad Aethiopum populos aliosque elephantos.

Virgilius in VIII:

pantherae terga retorquens.

Cicero in Arato:

1 et *om. B* pantera *B* cratera *ADK et in litura H* crat*era (a) *L* et cratera *G* quoque *om. A* 2 fecere] *b* facere *B* facere *H* quo* *L* saepe ex *L* 3 usi ut *ADHG* ὠ *R* MAPTYR *BGLK et in litura H* MAPTIP *Ad* MAPTI* *D* ΤΩΥ *R* TOI *G* MAPTIPOC *AGd* MAPTIPON *D* *post* μάρτυρος: N (i. e. ῆ) *superscr.*, KAI *in mg. add. r* KAI *etiam BA* KIAI *D* ὁ μάρτυρος *om. G add. g* MAPTIPOC *ADr* 4 YKTIC *D* IKTYC *RH* ΤΩΥ IKTICNOC *Rr* NOY. TOY. IKTICNOC *A* TOY IKTICNOC *K* TOI IKTINOC *G* TOY IKTYNOC *H* TOY O|IKTINON *B* IKTICNOC *A* IKTYCNOC *R* DE EXEMPLIS *D* *Verg. Aen.* VII 605 5 hircanisuae *Rr* hircanisue *BAHGLK* hyrcaniisque *Verg. Fr.* 6 hic *om. L* *Verg. Aen.* VIII 706 7 oms arabs *G* terga Sabaei] *r* tergas abaie *R* tergebant ei *A* 8 licilius *L* *Lucil. in* IIII: III 21 *Dous. Gerl.* 18 *Varg., his verbis a Dousa compositis cum fragmento libri* III *a Nonio* 25, 28 *citato:* Bronchus Bovillanus (?) dente adverso eminulo, hic est | Rinocerus VII *L* VIIII *K* 9 renocerus *K* ueluti *B* uelud *A* 10 ******** dicebant pro titan (pro titan) *B* tytan *D* neuius *libri* *Naev. bell. Pun.* I *v.* § 6 11 punici. Primo inerant *BA* 12 signa] *b* sign** *B* exp̄sa *GLK* titani *ex* titanus *corr. K* 13 bicorpores] *b* bicorpore* *Dd* bicorpore *B* gygantes *RD* adlantes *R* athlantes *BADGLK* athlatentes *H* 14 lucanus *ex* lucantes *corr: D* *Lucan. Phars.* VIIII 732 15 totus *Dd* elephas] *b* elephans *B cum Luc. Voss. B* eliphas *K* elefas *RH* elifas *GL* 16 *Iuv. sat.* IIII 10, 150 17 aliosque *Prisc. cum Iuv. libris dett.* altosque *Iuv. cod. Pith.* elifantos *GL* aeliphantos *K* 18 *Verg. Aen.* VIII 460 19 pantherea *Pal.* 20 *Cic. Arat. v.* 332 (91) *sq. cf. supra* § 20

p. 689 P. p. 236. 37 K.

Tum magni curvus capricorni corpora propter
Delphinus iacet, haut nimio lustratus nitore.

Horatius in II carminum:

Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

27 (et notandum etiam de genere, quod masculino genere protulit Horatius, cum Virgilius feminino in III georgicon:

Quid lynces Bacchi variae?)

Horatius in II carminum:

nulla decempedis
Metata pri|vatis opacam
Porticus excipiebat Arcton,

'haec decempeda' ab accusativo Graeco [*ἀπὸ τοῦ 'δεκάποδα'*]. idem:

Diversum confusa genus panthera camelo.

'cassida' quoque accusativus est Graecus, ab eo quod est 'cassis', quo usus est pro nominativo 'cassis' Virgilius:

aurea vati
Cassida.

Statius vero 'cassis' protulit in II Thebaidos:

Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Cassis et asperso crudescit sanguine Gorgon.

quod autem Graecum est hoc nomen, ostendit etiam Probus in libro, qui est de catholicis nominum. Persius:

1 Tum] cum *G* coruus *BGL* cornus *Dd* cornus *H* corbus *K* propter] pro *G* 2 delphinos *Dd* delfinus *G* haud *BADHr* aut *K* nitore *G* uel in ore *g* nitorie *H* 3 oratius *LK* *Hor. carm.* II 13, 39 *sq.* carminum secundo *L* 5 timido *R* lincas *HGLr et in litura d* linquas *K* linces *RBA* 6 etiam *om. GLK* oratius *GL* 7 cum] *r* cur *R* *Verg. georg.* III 264 III] *d* IIII *ADHGLK* quarto *R* IIII *h* 8 Quod *AHK* lynehes *Med.* linces bachi *RADHGL* linquis bachi *K* bachi *B* 9 oratius *K* *Hor. carm.* II 15, 14 *sqq.* sermonum *B* 10 Nullam *R* decempedis] *d* decimpedis *GD* 11 metata] *ex* mutata *corr. H* metat *Dd* meta *B* 12 arton *D* 13 decimpeda *Dd*, id est ΑΠΟ *B* *ἀπὸ τοῦ δεκάποδα*] *om. H* id est ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΕΚΑΠΟΔΑ *Dd* ΑΠΩ ΤΩΥ ΔΕΚΑΠΩΔΑ *R* ΑΠΟ ΤΟΙ ΔΕΚΑΠΔΑ *G* ΘΟΥ ΔΕΚΑΠΟΔΑ *h* idem] *r* In eodem *RBAHGL* Idem in eodem *D* In eodem quoque *K* *Hor. epp.* II 1, 195 14 confussa *L* camelo] *r* camello *RHGLK* 15 casida *GK* graecus est *L* casis *K* 16 nominatiui *Rr* casis *G* cassis *K* *post* cassis: Virgilius — cassis *om. G add. g* *Verg. Aen.* XI 774 *sq.* 17 auria *K* 18 casida *K* 19 *Stat. Theb.* II 716 *sq.* casis *K* tebaidos *K* 20 bella potens *Gg* bellapotens *LK* torba *G* turba *RBLK* genis] *h* genus *H* decoro] *g* *Statius* decore *GDHLK* dedecore *RBA* decoros *r* decora *h* 21 casis *K* asperas *K* aspersso *k* 22 *Prob. de cathol. nom. p.* 1473 *P.* 130 *Lind.* 23 Persius] *versus conflatus ex Pers. sat.* 2, 52 *sqq.*: Si tibi creterras (*sic Montepess. Vat.* crateras *rell. tantum non omnes*) ar-

p. 689. 90 P. p. 237 K.

Creterram argenti sudabit praetrepidum cor.

Iuvenalis in I:

Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex
Ornamentum abaci.

idem in IIII:

Quanto delphinis ballaena Britannica maior _.

Et sciendum, quod omnia in 'in' desinentia etiam in 'is' productam 28
finiuntur: 'Arin' et 'Arīs', 'delphin' et 'delphīs', 'Eleusin' et 'Eleusīs',
'Trachin' et 'Trachīs'. et notandum, quod auctores Graecorum in 'is'
magis terminatione sunt usi, nostri vero frequentius in 'in', quamvis Ci-
cero pro Scauro: cum dare nollet, inquit, Aris, clam ex Sardi-
nia est fugere conatus. in eadem: Arinis uxorem pelicatus
dolore concitatam.

In 'yn' quoque terminantia addita 'is' || faciunt genetivum: 'Adramyn
(nomen herois) Adramynis', 'Phorcyn Phorcynis'. unde Lucanus libro VI 29
VIIII:

Squalebant late Phorcynidos arva Medusae.

nam 'Phorcys' per s 'Phorcyis' declinatur, non 'Phorcynis' facit.

In ‘us’ vero terminantia, si sint propria, i ante ‘us’ habentia, abiecta ‘us’ faciunt vocativum, ut ‘hic Virgilius o Virgili’, ‘hic Sallustius o Sallusti’, ‘hic Pompeius o Pompei’. haec tamen eadem etiam in e profere-
bant antiquissimi, ‘o Virgilie’, ‘Mercurie’ dicentes. Livius Andronicus in Odissia:

Neque tamen te oblitus sum, Laertie noster.

1 diseruimus *K* deseruimus *GL* 2 nominatiuo puer *L* *Plaut. merc.* V 2, 89 (*v.* 930) 3 egomet me moror] *Bothius* egomet memor *libri* ego me moror *libri Plautini* puer *Plaut. Vet.* abi *B* abii huic *K* intro *spscr. r* otius *DGLK* 4 *Plaut. Curc.* I 1, 75 (*v.* 75) gurgulione *L* 5 caedo *GLK* quod *GLK* facturus es *AD* facturu's *Fleckeisenus* 6 reccius *Rr* 7 in us *Rr* 8 oratius *K* *Hor. epp.* I 16, 73 *sq.* I epistolarum *r* sermonum I. *R* sermonum I. *ADK* I. sermonum *BGL* I. semonum *H* 9 petheu *Rr* pentheu*(s) *H* *Stat. Theb.* VIII 744 *sq.* 12 vade, o primis] Vade inclita optimus *H* Vade o primus *b* inclyte] b *nclyte *B* inclite *AGLK* 13 artas *Rr* archas *BDH* capaneu *ex* capanau *corr. L* capeneu *B* maximae *R* 14 Probo] *iuniori in artis minoris* § 43 *ed. Maii auct. class.* V 218 *sq.*, § 354 *sq. ed. Vindob. anal. gramm. p.* 303 quibus *A* scriptoribus artium *L* Penthee] *ra* penthe *RBA* penthen *Hh* panthe *K* 15 Tydee] *ra* tyde *RBAK* tide· *Hh* tydiee *L* tithee *G* et o *Ka* Ilionee] *ah* ilione *R* ilione *BAHK* ilione *r* ylionee *D* ilinee *L* 17 terminantia] desinentia *G* dissinentia *L* sin *Rr* 18 guocatiuum *K* hic *om. H spscr. L* uirgilius o uergili *D* uirgili* *H* gili — salusti *in lit. angustiore b* Sallustius o Sallusti] *r* salustius o salusti *R rell.* 19 h*ic *B* eandem *A* etiam eandem *K* 20 uergiliae *Rr* uergilie *H* Mercurie] *rd* mercuriae *RD* leuius *GLK* 21 odisia *GL* odysia *g* *Livii Andron. Odisseae lib.* I *cf. Hom. Odyss.* I 65 *Hermannum elem. doctr. metr. p.* 618 22 tamen *Rr* enim *ADHGLK* tam ted oblitus *coni. Fleckeisenus* *post* tamen *decem fere literae erasae in B* Laertie] *ra* laertiae *RAH* lertie *BLK* o laertiae *D*

p. 739 P. p. 303. 304 K.

Laevius in Sirenocirca:

Nunc, Laertie belle, para ire Ithacam.

'Laertius' enim pro 'Laertes' dicebant, quomodo et Graeci *Λαέρτιος* pro *Λαέρτης*. Sophocles in Aeante mastigophoro:

Ἀεὶ μὲν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε.

iuniores autem gaudentes brevitate per abscisionem extremae literae protulerunt pro 'Virgilie' 'Virgili' et pro 'Mercurie' 'Mercuri'. Horatius in I carminum:

Mercuri, facunde nepos Atlantis.

in eodem:

Multis ille bonis flebilis occidit,
Nulli flebilior | quam tibi, Vergili;

unde accentus perfecti vocativi in his servatur. si enim non esset abscisio, debuerunt huiuscemodi vocativi (id est qui in i desinentes paenultimam correptam habent) antepaenultimam acuere, ut 'Vírgili', 'Mércuri', quod minime licet, nam paenultimam acuimus. in abscisionibus enim, si ea vocalis, in qua est accentus, integra manet, servat etiam accentum integrum, ut 'audivit audit', 'nostrâtis nostrâs', 'illîce illîc'. de 'Pompei' et 'Vulcei' et 'Gai'

1 leuius *RBGLK* liuius *AH* *pro* Liuíus in Sireno, *quod apud Putschium legebat*, non minus Serenus *coni. Kordesius in ann. ad Eberhardtium über den Zustand der schönen Wissenschaften bei den Römern p.* 28, *Septimii Sereni ruralia intellegens!* Sirenocirca] *scripsi*, Sireno *RADHG* sir*eno (i) *L* syreno *B* sereno *K* Sirene *Delrius synt. trag. Lat.* I 163 *Vossius de art. gr.* IIII 5 *p.* 562 *ed. Eckst. G. Hermannus l. l. p.* 619 *Weichertus Laev. fr.* XVIII *l. l. p.* 82 *sq., a* circa (cura *edd. ante Krehlium*) *dein cum libris versum ordientes omnes* 2 Nunc] ne *1 2* laertiae *RrA* lartiae *Dd* lertiae *HK* lertie *BLk* belle] *B* uelle *rell.* vela *Hermannus* parâre *L* Ithacam] *ex* ithacum *corr. L* ithacam *G* itacham *D* 3 laetius *R* Lertus *BHLK* lertes *BHLK* et *om. G* et lertios greci pro *B* laertios *R* lertios *HL* 4 ΛΑΕΡΤΕC *D* laertes *RA* ΛΕΡΤΕC *G* ΔΕΡΤΗC *K* lertes *BHL* Sophocles] *sic in litura l* *Soph. Aiac. v.* 1 sophodes in ae sophodes ante *G* ae ante *RBALK* .e. ante *D* eanti *H* mastisophoro *ADHK* mastisophoroe *h* mastisophoroea ΛΕΙΜΗΝ *R* mastisophopoeae.MEN *G* mastisophoroe ΛΕΙΜΕΝ *L* (ΛΕΙΜΕΝ *in litura l*) 5 *Ἀεὶ μὲν*] ΑΙΕΙΜΕΝ *B* ΑΕΛΛΕΝ *K* *Ἀεὶ — σε*] *om. H* *ὦ παῖ*] ΑΠΑ *G* ωπαιρ *in litura l* *Λαρτίου*] *Sophocles* ΡΑΗΡΙΟΥ *R* ΛΑΕΡΤΙΟC *AD* ΛΕΡΤΙΟΥ *G* ΛΗΡΤΙΟΥ *L* ΕΡΤΙΟΥ *K* ΛΑΕΡΤΙΟΥ *B et sic Theodorus videtur scripsisse* ΔΗΔΩΡΚΑ *R* ΙΔΕΔΟΡΚΑ *A* oportet quidem o puer lertie uidi te *spscr. l* 6 "gaudentes "breuitate *Rr* breuitate gaudentes *B* abscissionem *in litura g* concisionem *L* extraemae *D* 7 uirgiliae *Rr* uergilie uergili *H* uirgilie mercurie uirgili et mercuri *GL* mercuriae *Rr* oratius *K* *Hor. carm.* I 10, 1 9 f*cunde (e) *Ll* foecunde *K* athlantis *HL* ath*lantis (a) *B* 10 *Hor. carm.* I 24, 9 *sq.* eodem *in litura h* 12 Vergili] *H cum parte codd. Hor.* uirgeli *Gg* uirgili *ni f. rell. omnes* 13 esset *ex corr. a* abscissio *G* 14 *debuerunt (ñ) *K* paenultimam correptam habent] *add. gl* correp̃ (*sic*) *add. k* 15 habent antepenultimam acuere *in mg. add. k* uirgi *K* 16 liquet *G* 17 ut *om. H* 18 nras illicce illic *in litura b* illicce *ADHLKrg* De *in litura h* pompeii *d* ultei *D* uulteii *d* gaii *d*

p. 739. 40 P. p. 304. 305 K.

et similibus vocativis, quae i loco consonantis ante ‘us’ habent in nominativo, dubitatur, utrum i extrema pro vocali an pro consonante sit accipienda, quomodo in aliis casibus, quod magis more antiquo rationabilius esse videtur. nam solebant illi non solum in principio, sed etiam in fine syllabae ponere i loco consonantis, idque in vetustissimis invenies scripturis, quotiens inter duas vocales ponitur, ut ‘eiius’, ‘Pompeiius’, ‘Vulteiius’, ‘Gaiius’, quod etiam omnes, qui de litera curiosius scripserunt, affirmant. nec non etiam metra ostendunt quod dicimus et regulae ipsius ratio in supra dicto vocativo. omnis enim vocativus in i desinens una syllaba minor debet esse suo nomi|nativo, ut ‘Sallustius o Sallusti’, ‘Virgilius o Virgili’, ‘Terentius o Terenti’. ergo si ‘Pompeius’ et ‘Vulteius’ trisyllaba sunt in nominativo, necessario in vocativo disyllaba esse debent, quod non potest fieri, nisi i loco consonantis accipiatur. unde illud quoque possumus scire, quod bene ‘cui’ pro monosyllabo accipiunt metrici et ‘huic’. omnis enim genetivus in ‘ius’ desinens una vult syllaba superare suum dativum: ‘ille illius illi’, ‘ipse ipsius ipsi’, ‘unus unius uni’, ‘alter alterius alteri’. ‘aliius’ quoque per duas i debuit esse genetivus dativi, qui est ‘alii’, sed vel hiatus causa vel quia inter duas vocales i vocalis esse non poterat, dativus autem loco consonantis eam accipi | prohibebat, quam ipse duplicat vocalem - et credo differentiae causa, ne ‘ali’ verbum infinitum esse putaretur _, ideo plerique recusaverunt eum frequenti usu proferre. vetustissimi tamen similem genetivum nominativo posuisse inveniuntur, sed accentu differt, quippe circumflectitur in genetivo paenultima. Caesar in Anticatone priore: uno enim excepto, quem alius modi atque omnis natura finxit, suos quisque habet caros. Caelius in V: nullius alius rei nisi amicitiae eorum causa. ‘ei’ quoque cum rationabiliter monosyllabum esse deberet, cum genetivus ‘eius’ sit disyllabus, per diae- 21

1 quae] qui *in litura H* 2 sonante *K* sit] *b* sic *B* 4 uidebatur *GLK* 6 eī pompe. ulteī. gaius *Dd* eius pompeius uulteius gaius *G* eius pompeius uulteius gaius *L* eius (i) pompeius uult eius gaius *H* ə (*i. e.* eius) pompeus ulteus gaius *K* 7 lyttera *Rr* adfirmant *RBDHL* 8 ostentunt *G* 9 minor debet esse *in litura b* 10 esse debet *A* salustius *AGLK* salusti *ADGLK* uergilius o uergili *H* o *om. K* uirgilii *Rr* 11 uulteus *Dd* trisyllabi *DLr* trisillabi *G* 12 disillaba *L* dyssyllaba *Dd* dyssillabi *R* disillabi *Gl* 13 fieri *add. d* accipitur *K* 14 monosyllaba *D* enim enim *R* 15 in us *B* 16 alius *libri* 17 duas ii *B* dativi] causa datiui *alk* qui] quod *AK* uel *om. GK* iatus *R* 18 causa est *AK* uel *add. k* 19 quam] quia *LK* dupli*cat *H* 20 infinitum uerbum *GL* 21 recussauerunt *LK* 22 genitiuum *l* genitiuo *L* deffert *G* difert *L* differunt *K* 23 *Caesar in Anticat. priore cf. lib.* VI § 36 24 enim *om. GLK add. gl* quem] *h* quemquem *BH* quanquam *G* quenquam *K* alius alius *K* oms *G* 25 Caecilius *RBD* *Caelius in* V *cf. lib.* VI § 36 Nullus *H* 26 monosyllabum rationabiliter *GL* 27 disillabus sit *GL*

p. 740. 41 P. p. 305 K.

resin a poetis proferri invenitur differentiae causa, ne, si monosyllabum sit, interiectio esse putetur, ut Virgilius in II:

Ei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore.

nihil tamen mirum, i loco consonantis positam transire in vocalem, cum u quoque idem patiatur in quibusdam dictionibus apud poetas, ut Horatius in epodo:

Nivesque deducunt Iovem; nunc mare, nunc siluae.

hic enim divisione facta 'uae' extremae syllabae u a consonante transit in vocalem: est enim dimetrum iambicum coniunctum semiquinariae heroicae. similiter ergo 'ei' et 'eis' et 'eidem' et 'eisdem' per diaeresin proferuntur. Iuvenalis in V:

iuvenes hortantur, ut illam
Ire viam pergant et eidem incumbere sectae.

in eodem:

ceras nunc hac dictante pusillas
Implet, et ‖ ad moechos dat eisdem ferre cinaedis.

in compositione autem nec aliter possunt proferri, cum consequens consonans cogit i secum loco vocalis proferri. 'cui' quoque inveniuntur quidam bisyllabe protulisse per diaeresin, ut Albinus rerum Romanarum I:

Ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte deum patuere, cui freta nulla repostos
Abscondere sinus, non tutae moenibus urbes.

quod autem 'Pompei' et 'Vultei' et 'Gai' et similia i finalem et ante eam

1 et a poetis *A* 2 ut *om. K* *Verg. Aen.* II 274 *sq.* 3 mutamus *K* 4 haectore *RDH* hiectore *G* 5 uocalem cum siluae extremae syllabae u a consonante transit in uocalem ut ora siluae trisyllabum protulit in epodo hoc uersu: Nives *etc.* — siluae. Est enim dimetrum *K* u quoque — diuisione facta *om. GL add. l* 6 *Horat. epod.* 13, 2 9 uae] ·u·ae· *B* u⋆ae *ni f. H* ue *h* ⋆⋆⋆uae (sil) *L* syluae *G* u a] uau *GL* uau a *l* 10 haeroice *R* haeroicae *r* eroicae *GK* 12 *Iuv. sat.* V 14, 121 *sq.* 13 ortantur *R* ortantur *GLK* hortatur *Iuv. Pith. cum plerisque codd. dett.* 14 peragant *Iuv. Pith.* saectae *A* 15 *Iuv. sat.* V 14, 29 *sq.* 16 caereus *G* cereus *LK* dictantae *K* pussillas *GK* 17 moechos] *cf.* § 15 moechas *G* mechas *LK* mechos *H* fere *Hh* cinedis *RBDH cf.* § 15 19 secū *Hh* 20 bisyllabe] *a* bisillabe *l* bisyllabae *RADGK* bisillabae *L* byssyllabe *H* bisyllabae *B* protullisse *G* Albinus] *cf. Vossium de hist. Gr.* I 20 *p.* 173 *ed. West. de hist. Lat.* I 6 *p.* 24 *ed. alt. Eggerum Lat. serm. vet. rell. p.* 313 *sq., qui hunc Albinum carminis de bello Actiaco auctorem fuisse censet. contra h. l.* Rabirius *coni. Iac. Beckerus Zeitschr. f. d. Alterthumswissensch.* 1848, 75, 597 *sq.* aluinus *GL* romanorum *LK* 22 'ternis' cui *H* terrenis *Dd* capitalia *GK* cellsa *K* 23 spomte *B* repositos *B* 24 inus *R* tute *HGLK* tutem *R* urbis *AHLK* '*f.* urbeis' *Fl.* 25 et gai *Rr*

p. 741 P. p. 305. 306 K.

vocalem pro una syllaba | habent, usus quoque confirmat. Horatius in I epistularum:

Durus ait, Vultei, nimis attentusque videris,

'Vultei' disyllabum accepit secundum analogiam.

Alia vero omnia in 'us' desinentia masculina seu feminina conversa 'us' in e faciunt vocativum: 'hic Priamus o Priame', 'pius o pie', 'myrtus o myrte', 'Cynthius o Cynthie'. excipitur unum, quod tam in e quam in i facit vocativum, quamvis sit appellativum, 'o filie' et 'o fili'. Livius Andronicus in Odissia:

Pater noster, Saturni filie.

Catullus autem:

Tu praeter omnes une de capillatis
Celtiberosae Celtiberiae fili.

Terentianus de syllabis:

Haec prius [tu] Bassine fili et tu gener Novate mi.

est tamen quando nominativo quoque in 'us' terminante pro vocativo sive metri sive euphoniae causa utuntur. Virgilius in VIII:

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

Lucanus in II:

Degener o populus, vix saecula longa decorum,
Sic meruisse viris.

DE NOMINATIVO ET VOCATIVO PLVRALI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Pluralis nominativus et vocativus secundae declinationis tam masculini VI 23

1 quoque *spscr. K* confirmant *K* oratius *K* *Hor. epp.* I 7, 91 2 I sermonum epistolarum *A* 3 Voltei *libri Hor. ut vid. fere omnes* 4 accepit *om. K* accipit *Br* 6 hic priamus *Hh* myrtus] *ex* m*rtus (i?) *corr. B* mirtus *GL* 7 mirte *BGL* Cynthius o Cynthie] *scripsi; om. B, 'plurimi' Krehlii, edd. ante α, Krehlius* cinthus o cinthe *Hh* sinthyus o sinthye *RK* sinthius o sinthie *ADr* synthus o sinthe *G* synthyus o synthye *L* scyphus o scyphe *edd. ab α ad Putsch.* tam**(en) *B* 8 o fili et o fili *Rr* leuius *GLK* *Liv. Andr. Od. lib.* I *coll. Hom. Od.* I 45. 81 *apud G. Hermannum elem. doctr. metr. p.* 618 9 odyssia *RH* odisia *GL* 10 saturi *Kk* filie] *d* filiae *RD* 11 catulus *GLK* *Catull.* 37, 17 *sq.* 12 *Ll* unde capillatis *Bb* decapillatis *GK* decappillatis *R* 13 Celtiberosae] *cf. lib.* V § 77 celtiberose *RBAHG* celtibrosae *D* celtibero se *L* celteberose *K* cuniculosae *cum libris Catull. Darmstad.*[c] celtiberie *BH* celteberie *K* caeltiberiae *D* 14 Terentianus *GL* *Terent. Maur. de lit. syll. et metr. v.* 283 *p.* 2390 *P.* 15 haec] *in litura L* hic *RBA* prius *om. GLK* Bassine *Terentianus* tu bassine *r* tubassine *B* tu.bassine *D* tubas sine *RBAH* tuba sine *GLK* 16 tamen *spscr. L* terminante] *h* terminanti *BDHGLK* 17 eufoniae *G* casa *B* *Verg. Aen.* VIII 77 VII. *K* 18 hisperidum *L* fluuius *etiam Fr. m alt.* fluius *G* *Fr. m. pr.* 19 *Lucan. Phars.* II 116 *sq.* 20 saecula] *a* secula *RADHL* pecula *G* deorum *cum Luc. Berol. m. pr. DLK* 21 sic] sit *v. l. ap. Luc.* 22 PLVRALI *om. R* PLVRALIS *B* SECVNDAE] *r* SECVNDE *RD* 23 saecundae *R*

p. 741. 42 P. p. 306. 307 K.

quam feminini generis in i finitur et est similis genetivo singulari, ut ‘huius docti hi’ et ‘o docti’, ‘huius platani hae’ et ‘o platani’. in neutris verò extremam i genetivi singularis mutantes in a brevem facimus nominativum et accusativum et vocativum pluralem, ut ‘huius templi haec’ et ‘o templa’, | ‘huius munii haec’ et ‘o munią’.

Alii vero casus plurales in tribus generibus communem possident regulam. ||

DE GENETIVO PLVRALI SECVNDAE DECLINATIONIS.

24 Et genetivus quidem fit in omni genere ab ablativo singulari assumente ‘rum’, ut ‘ab hoc viro horum virorum’, ‘ab hac platano harum platanorum’, ‘ab hoc templo horum templorum’. inveniuntur tamen per concisionem mediae syllabae masculinorum plerumque nominum, quae neutra non habent, hunc casum proferentes maxime poetae. est autem etiam apud prosam scribentes idem invenire, sed raro. Virgilius in I:

It caelo clamorque virum stridorque rudentum,

pro ‘virorum’. idem in III:

Cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,

‘deum’ pro ‘deorum’. idem in V:

genus alto a sanguine divum,

pro ‘divorum’. ‘nummum’ vero pro ‘nummorum’ et ‘liberum’ pro ‘liberorum’ et ‘sestertium’ pro ‘sestertiorum’, ‘iugerum’ pro ‘iugerorum’, ‘modium’ pro ‘modiorum’, ‘medimnum’, ‘senum’, ‘septenum’, ‘denum’ per syncopam frequenter etiam oratores solent proferre. Cicero in III Verrinarum: iste unus inventus est, qui ex complexu parentum abreptos filios ad necem duceret et parentes pretium pro

1 finitur] *b* fenitur *B* genitiu*(o) *L* singularis *K* 2 *o docti (h) *D* hae] *r* e *R* 3 singulis *Dd* fecimus *K* 4 huius *spscr. L* o *in lit. b* 5 o ** munia *H* 6 Alia *D* generi *Bb* possedent *GK* 8 SECVNDAE] *r* SECVNDE *RD* 9 ab] *a, spscr. L om. ADHGL* singulis *Dd* adsumente *B* asumente *G* 10 hac] *d* hoc *RD* platanarum *G* 11 inveniuntur] *d* inuenitur *BD* concissionem *K* 13 maximae *RB* poete *R* ueteres *Rr* ueteres *G* ueteres prosam *Dh* ueteres prosa *L* ueteres *K* 14 *Verg. Aen.* I 87 Insequitur clamorque *etc. cf. Aen.* XI 192 It caelo clamorque virum clangorque tubarum 15 It] *a* Id *RA* clamorque uirum caelo *L* rudentē *Med.* 16 *Verg. Aen.* III 476 (*deficit Rom.*) II. *GKl* 17 bis] *r* uis *R* his *K* ereptae *L* erepta *Pal.* 18 *Verg. Aen.* V 45 19 alto *spscr. in L* ab *Pal.* 20 nummerum *H* 21 estertium *Rr* sestium *G* 22 modorum *K* meimuum *Rr* midimnum *K* 23 Cicero in III Verrinarum] II 1 3, 7 UI. *H* 24 unus *om. libri Cic., extat ap. Prisc. etiam lib.* XVIII § 121 est *om. B* ex] et a *lib.* XVIII *l. l.* e (ei *Lagom.* 29 *m. pr.*) *libri Cic.* 25 abreptos] *r* apreptos *R* arreptos *GLK* et partes *G* praetium *R*

p. 742. 43 P. p. 307. 308 K.

sepultura liberum posceret. in eodem: cum ad sestertium vicies †quingenta milia rem esse constaret. in eodem: quis est enim, qui tueri possit liberum nostrorum pueritiam contra inprobitatem | magistratuum? idem in IIII Verrinarum: et pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt. 'denum' pro 'denorum', 'senum' pro 'senorum', 'septenum' pro 'septenorum' dixit. idem in frumentaria: sed tritici septies medimnum ex Nymphonis arationibus tollit, 'medimnum' pro 'medimnorum'. in eadem: minus te iugerum professum esse dico, pro 'iugerorum'. nam quod singulare huius 'hoc iugerum' est, ipse ostendit in eadem: in iugerum Leontini agri medimnum fere tritici seritur. dicitur tamen et 'hoc iugus iugeris', unde Iuvenalis in IIII:

Iugeribus paucis lumbos donare clientis.

Cicero in IIII Verrinarum: quid, si doceo, iudices, eos, || qui cccc milia modium lucri faciunt? pro 'modiorum'. idem pro Murena: praefectum fabrum, pro 'fabrorum'. idem pro Vareno: deum fidem, pro 'deorum'. idem pro Cluentio: milibus quadragenis nummum, pro 'nummorum'. idem ad Herennium libro III:

1 liberum] *sic etiam lib.* XVIII *l. l., om. codd. aliquot Cic. meliores Cic. Verr.* II 1 36, 92 cum ad HS vicies quinquies (HS XX D *Guelf.* 2 num̄. XX D *Guelf.* 1) redegisse constaret ad] *a* adseret *RBADH* asseret *GLd* asseret *K* sestertium *ex* se****** *corr. B* uigies *h* 2 quinquaginta *L* quinquagenta *G* constaret *rasurae subesse videtur in H* in eodem — constaret *bis scripsit, alterum deinde del. K Cic. Verr.* II 1 58, 153 quis] q̄ *K* 3 qui] q̄ *GK* 4 improbitatem *GLK* magisterium *H* magisteraum *h* *Cicero in* IIII *Verr.:* II II 49, 122 5 anorum *Rr* senuum *K* septenum *Aa* senatorum *ALK* nom mundinati *Gg* 6 mundinati *L* n̄dinati *Aa* denum] demum *R* pro denarum *K* senonorum *A* denum pro denorum *post* septenorum *repetit H* (?) 7 *Cic. in frumentaria: or. in Verr.* II III 21, 54 firumentaria *H* 8 trittici medimnum septies *B* septies] septem milia (VII. M *Vat.*) *Cicero post* medimnum: ex — medimnum *om. R add. r* nimphonis *RDH* niphonis *GL* nyphonis *K* orationibus *GK et in* arationibus *corr. in L* arationibus edicti poena, non redemptionis aliquo iure tollit *Cicero* 9 *Cicero in Verr.* II III 29, 70 minus te *Hh* professum] *r* professus *R* professu *K* 10 huius] *infra lin. add. K* eius *G* 11 ipse — in iugerum *in rasura B Cic. in Verr.* II III 47, 112 in iugero *et* in iugere *libri Ciceron.* 12 modium *Cic. Lagom.* 42 *m. pr.* hoc iugs *Dd* 13 *Iuv. sat.* IIII 9, 59 *sq.* Quantum erat exhausti lumbos donare clientis | Iugeribus paucis! 14 lombos *D* lumbes *Hh* clientes *B* 15 Cicero in IIII Verrinarum] *immo in* V. *act.* II III 46, 111 quod *Hr* 16 cccc milia] cccc *GK* cccc *Cic. Lagom.* 42 quadraginta milia *B* 16 *Cic. pro Murena* 35, 73 munera *G* 17 *Cic. pro Vareno fr.* 11: *t.* IIII 2 *p.* 443 *Or.* uarena *GK* 18 *Cic. pro Cluentio* 27, 74 *ubi* quadragena (quadraginta *al.*) milia nummum *libri fere omnes,* HS. XXXX. milibus nummum *cod. olim Salisburg. nunc Monac. (S)* 19 *rhet. ad Herenn.* III 19, 32, *ubi* minus pedum tricenum, tricentum, tricenorum, triginta *singuli libri,* minus pedum trinum *praebent fere omnes* IIII *R* VII *GLK* II *A* m̄ *ante* pedum *add. Rr* m̄ *B* m̂ *A*

pedum tricenum, pro 'tricenorum'. frequentius tamen hac utitur et Cicero et ceteri syncopa in eis nominibus, quae numeros vel mensuras significant. recusant autem hoc in masculinis habentibus neutra vel in neutris, ne similis sit nominativo singulari neutrorum, quamvis in iis quoque, quae ex se faciunt neutra, licet non frequens, invenitur tamen usus huiuscemodi concisionis. Virgilius in VIIII:

altaque certat
Prendere tecta manu sociumque adtingere dextras,

pro 'sociorum', idem in X:

At Rutulum abscessu iuvenis tum iussa superba,

pro 'Rutulorum', quamvis et 'socius socia socium' et 'Rutulus Rutula Rutulum' dicatur. Teren|tius in heautontimorumeno:

quare omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit quam aequum oratio,

pro 'iniquorum' et 'aequorum'. Statius in I Thebaidos:

illa novos ibat populata Penates
Portarum in bivio; lateri duo corpora parvum
Dependent,

'parvum' pro 'parvorum'. Virgilius in III:

magnanimum quondam generator equorum.

idem in VI:

Magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae.

quod et in pronominibus quoque fecerunt antiqui, 'meum' pro 'meorum', 'tuum' pro 'tuorum', 'nostrum' pro 'nostrorum' dicentes. Plautus in trinummo:

1 tricenum] *d* trigenum *AD* trigenorum *A* utitur ut cicero *K* 2 mensuram *GK* 4 *post* similis sit: genitiuus pluralis *add. m. rec. in H* in iis] *om. B* in his *sup. lin. add. b* his *ADHGLKr* 5 frequens] *g* frecens *G* 6 *Verg. Aen.* VIIII 557 *sq.* 7 certant *g* 8 prendere] *r* perendere *R* praendere *D* attingere *BADHGLr cum libris Verg.* attinguere *K* dextra *Rom.* 9 sotiorum *Rr* *Verg. Aen.* X 445 XI *GK* 10 At] *d* Ad *RD* iuuenes *G* superba iusa *K* 11 tulorum *K* socius] *a* sotius *AH* sociis socia *Rr* socia] *a* sotia *AH* et socia *BK* sotium *A* et socium *BK* rutula rutulum *K* 12 dr̄ (*i. e.* dicitur) *GLK* *Terent. heautontim. prol. v.* 26 *sq.* eautontimorumeno *AD* eaytontimorumeno *AK* eaytoutimurumeno *Hh* eytantimor̄.eno *G* eytantamorumeno *L* 13 quāobrē oratos uos omnes *Bas.* oratores *H* oratos ēē *h* 15 pro inaequorum et iniquorum *K* *Stat. Theb.* I 608 *sqq.* I. lib̄ thebaidos *G* 16 nouus *GLK* paenates *D* 17 ibinio *Rr* bivio] *ex corr. l* binio *GK*(*L*?) paruum *add. r* 19 Virgilius in VI. Magnanimum — puellae. idem in III — equorum *GL* *Verg. Aen.* III 704 III* (I.) *R* 20 equorum] *a* aequorum *ADHK* 21 *Verg. Aen.* VI 307 VI.] *h* VII. *H* 22 magnimum *Pal.* magnanimum animum heroum *B* aeroum *GL* eorum *K* inupteque *B* innuptaeque puellae] *r* nupte puelle *R* 23 et *om. G* 24 nostrum pro nostrum *B* *Plaut. trin.* III 2, 30 (*v.* 657)

p. 743. 744 P. p. 379. 310 K.

Vt rem patriam et gloriam maiorum foedarim meum.

idem in Poenulo:

Ecquid meministi tuum parentum nomina?

idem in Menaechmis:

Averti praedam ab hostibus nostrum salute socium.

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Dativus et ablativus pluralis secundae declinationis fiunt similiter ab 27
ablativo singulari mutatione o finalis in ‘is’ longam, ut ‘a viro his’ et ‘ab his viris’, ‘a platano his’ et ‘ab his platanis’, ‘a templo his’ et ‘ab his templis’. inveniuntur pauca in aequalem habentia declinationem, ut ‘vas’ in singulari numero tertiae est declinationis: ‘hoc vas huius vasis’, in plurali vero secundae: ‘haec vasa horum vasorum’. festorum etiam nomina dierum in ‘ia’ desinentia semper pluralia genetivum quidem tam secundum formam secundae quam tertiae proferunt, dativum vero et ablativum secundum tertiam, ut ‘haec Vulcanalia horum Vulcanaliorum’ vel ‘Vulcanalium his’ et ‘ab his Vulcanalibus’. similiter ‘Saturnalia’, ‘Floralia’, ‘Compitalia’, ‘Terminalia’, ‘Quinquatria’. nec non a domo ‘harum domorum’ et ‘domuum his domibus’, non etiam ‘domis’. Iuvenalis in I:

Viscera magnarum domuum dominique futuri.

Virgilius in II:

turres et tecta domorum
Culmina convellunt.

idem in II georgicon:

domibus cedrumque cupressosque.

1 ut, rem patriam et *Hh* rem propriam patriam *G* foedarim] *ad* phoedarim *RAD* fedarim *B* poetarum *GLK* 2 *Plaut. Poenul.* V 2, 102 penulo *BAGK* paenulo *H* pennulo *L* 3 ecquid] *G et sic, ut vid., aut* etquid *pars codd. Krehlii* et quidem *rell. cum Heidelb. teste Lindemanno* memisti *A* 4 *Plaut. Menaechm.* I 2, 25 (*v.* 134) menechmis *RADH* mecheuis *G* mechinis *L* minechinis *K* mechmis *B* 5 auertit *BHr* praedam] p̃cū *in* p̃dī *corr.; ad mg.* praedam *L* 6 PLVRALIS *B* SECVNDAE] *r* SECVNDE *RD* 7 et ablatiuus *spscr. K* pluralis *om. G* saecundae *R* fiunt *add. r* ab *om. K* 8 longam *ex* longum *corr. B* a uiro *om. G* 10 ut uasin|gulari *R* 12 horum] *r* eorum *R* suasorum *K* 13 "in ia dissinentia" dierum *Kb* quidem *infra lin. add. K* 14 saecundae quam *R* uero et *spscr. L* secundum tertiae *L* 15 ulcanalia *G* uulcanailiorum *K* vel] et *L* 16 uulcanibus *K* Compitalia] *sic in litura viginti fere lit. r* competalia *AGLK* conpitalia *B* 17 terminalia *ex* terminalea *corr. B* ** non *Rr* horum *Rr* 18 his*domibus *H* *Iuv. sat.* I 3, 72 19 magnarum] *r* magnorum *RK* 20 *Verg. Aen.* II 445 *sq.* (*deficit Rom.*) 1. *GL* 21 turres et] *sic aliquot Pierii codd. Vergil.* turris ac *libri Verg. fere omnes* tecta] *sic etiam Med. Fr. et Pal. m. alt.* tota *Pal. m. pr.* 22 uellunt *RBDGL* 23 *Verg. georg.* II 443 *in verbis* in secundo georg̃. *desinit A* 24 cypressosque *B* cupsosque *K* comparesosque *G* coparesosque *L* cupressoque *Pal.* cyparessosque *Rom.*

p. 744. 45 P. p. 310 K.

Sallustius in Catilinario: domos suas gloria decorabant. Terentius in eunucho:

domi focique fac vicissim ut memineris.

Virgilius in VI:

Hic labor ille domus et inextricabilis error;

per omnes igitur casus tam secundae quam quartae invenitur absque dativo et ablativo pluralibus, qui semper in 'bus' exeunt.

Sunt tamen quaedam nomina, quorum aliqui casus in usu deficiunt: quos quamvis secundum analogiam possumus proferre, tamen, quia apud auctores non invenimus, recusandos puto, ut 'huius tabi huic' et 'ab hoc tabo'. Lucanus in VI:

Stillantis tabi saniem.

Virgilius in III:

Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror.

28 ceteri vero casus in usu non facile inveniuntur. 'maria', 'aera', 'vina', 'mella', 'hordea' genetivos et dativos plurales in usu raro habent nisi apud vetustissimos, apud quos multa praeterea deficientia invenies. oportet igitur scire quidem analogiae rationem, usum tamen auctorum magis aemulari. 'duo' praeterea et 'ambo' genetivos quidem et accusativos secundum hanc declinationem proferunt, 'duorum, amborum', 'duos, ambos', quamvis in neutro differentiae causa 'duum' soleat dici, nec non accusativus masculinorum est quando similis nomi|nativo profertur, quomodo in neutris. Virgilius in XI:

Si duo praeterea tales Idaea tulisset
Terra viros.

Lucanus autem in I:

Quae mare, quae terras, quae totum possidet orbem,
Non cepit fortuna duos. |

1 *Sall. Cat.* 12, 4 catillinario *RBD* domus *GLK* suas *ex* suos *corr. B* sua gloria *v. l. libror. Sall.* 2 *Ter. eunuch.* III 7, 45 eunacho *L* iunacho *G* iunucho *K* 4 et uirgilius *L* *Verg. Aen.* VI 27 V. *RBDH* 5 herror *Rr* 6 igitur *om. G* casos *Dd* inuenitur *K* 8 usu* (s) *H* 9 quos] quod *GL* saecundum *R* possumus *Rr* quia *om. G* 10 actores *Hh* 11 *Luc. Phars.* VI 548 12 saniem] *sic Luc. Voss. b in litura* 13 *Verg. Aen.* III 29 14 muculat *K* sanguis *Hh* 15 "casus" uero *K* in usu *om. G* 16 ordea *DHGLK* habet *Hh* 17 aput (apud *r*) quos *RH* dificientia *G* difficientia *K* 18 auctorum *add. h* malis *B* 20 duorum et amborum *Hr* duos et ambos *RH* 21 soleant *B* solebant *G* accussatiuos *LK* 22 similes *GLK* proferunt *L* 23 *Verg. Aen.* XI 285 *sq.* 24 talis *Med. Pal. Rom.* Idaea] *libri Verg.* idea *codd. Prisc.* tullisset *G Pal.* 26 *Luc. Phars.* I 110 *sq.* 27 possedet *G* continet *libri aliquot Luc. et pro v. l. m. ant. spscr. in Voss. B* orbem] *r* orber *R* 28 nunc cepit *r* nunc coepit *BK* coepit *GL Voss. A* cepit *Voss. B* furtuna *GLK*

p. 745 P. p. 311 K.

Iuvenalis similiter in II:

Tune duos una, saevissima vipera, cena,
Tune duos?

datiuos vero et ablatiuos in 'bus' terminant in omni genere: 'duobus duabus', 'ambobus ambabus'.

DE ACCVSATIVO PLVRALI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Accusativus pluralis secundae declinationis in masculino et feminino genere fit ablativo singulari addita s: 'a docto: hos doctos', 'a platano: has platanos': neutra enim semper accusativum similem habent nominativo et vocativo.

DE TERTIAE DECLINATIONIS TERMINATIONIBVS.

Tertia declinatio terminationes habet nominativi septuaginta octo vel VII 29
paulo plus. desinit enim in 'a' correptam et in 'e' correptam, in 'o' correptam, in 'o' productam, in 'al' correptam, in 'el' correptam, in 'el' productam, in 'il' correptam, in 'ol' productam, in 'ul' brevem, in 'an' productam, in 'en' correptam, in 'en' productam, in 'in' productam, in 'on' productam, in 'ar' correptam, in 'ar' productam, in 'er' correptam, in 'er' productam, in 'ir' correptam, in 'or' correptam, in 'ur' correptam, in 'ur' productam, in 'as' correptam, in 'as' productam, in 'es' correptam, in 'es' productam, in 'is' correptam, in 'is' productam, in 'os' correptam, in 'os' productam, in 'us' correptam, in 'us' productam, in 'ys', in 'aes', in 'aus', in 'ans', in 'ens', in 'ons', in 'uns', in 'yns', in 'ars', in 'ers', in 'ors', in 'urs', in 'uls', in 'ems', in 'abs', in 'ebs' correptam, in 'ebs' productam, in 'obs', in 'ybs', in 'urbs', in 'aps', in

1 Iunalis *Gg* *Iuv. sat.* II 6, 641 *sq.* in II similiter *GLK* 2 saeuisima *G* caena *BDGL* 3 *post* duos: consumpsisti *add. D del. d* 4 datiuos *Rr* datiuum *L* ablatiuos *Rr* 5 ambobus ambabus ambobus *L* 6 PLVRALI] *r* PLVRALIS *R* 7 declinationis *r* in *om. GL* et in feminino *H* 8 genere *om. GLK* *add. l* ut à docto *K* 9 enim *in litura B* 10 uocatiuo *ex* accusatiuo *corr. in L* 11 TERTIE DECLINATIONE *D* TERMINATIONIBVS TERTIE DECLINATIONIS *B* 12 Tertia *ex* Tertiꝫ *corr. B* declinatione *Dd* habent *DK* et octo *K* 13 paulo *spscr. h* Desinim enim *R* et in e] in e *L* et é *G* 14 et in o productam *GK* et in el correptam *GL* 15 et in il *K* ol producta *B* 17 in ar correptam in ar productam *Rr* 18 in or correptam in or productam *L* in ur correptam *B* 19 in ur productam *om. L* as correptam *B* as producta *B* es correpta *B* 20 es producta *B* is correpta *B* is producta *B* in os correptam — in us productam *add. r* 21 os correpta *B* os producta *B* us correpta *B* us producta *B* 22 in ys] in is *R* in ons] in ons *** *H* in ons utraque *Dk* in ons utraque correpta et producta *B* in uns] in uns utraque *RGLK* in yns] in ins *R* in uns. In ins *r* 23 em *Hh* In ebs correpta. In ebs producta *B* in ebs productam in ebs correptam *LK* ebs correp̄ *g* ebs *G* 24 ebs produc̄ *g* ebs *G* ybs] *bs (y) *H* urs *H*

p. 745. 46 P. p. 311. 12 K.

ᶜeps', in ᶜops', in ᶜyps', in ᶜirps', in ᶜax' correptam, in ᶜax' productam, in ᶜex' correptam, in ᶜex' productam, in ᶜix' correptam, in ᶜix' productam, in ᶜox' || correptam, in ᶜox' productam, in ᶜux' correptam, in ᶜux' productam, in ᶜyx', | in ᶜaex', in ᶜaux', in ᶜalx', in ᶜanx', in ᶜunx', in ᶜarx', in ᶜac', in ᶜec', in ᶜut'.

30 In ᶜa' correptam neutra Graeca, ut ᶜhoc poemă huius poematis'.

In ᶜe' correptam neutra Latina, ut ᶜhoc monilĕ huius monilis'.

In ᶜo' correptam, quam frequenter et producunt poetae, masculina desinunt vel feminina vel communia Latina vel notha: ᶜhic Cicerŏ huius Ciceronis', ᶜhic leŏ huius leonis', ᶜhaec virgŏ huius virginis', ᶜhic' et ᶜhaec homŏ huius hominis'. (antiquissimi tamen et Graeca in o productam desinentia per hanc declinationem proferebant, ut ᶜSapphō Sapphonis', ᶜDidō Didonis'.)

In ᶜal' correptam masculina vel neutra Latina vel barbara: ᶜhic săl huius salis', ᶜhic Hannibăl huius Hannibalis', ᶜhoc tribunăl huius tribunalis'.

In ᶜel' correptam neutra Latina, ut ᶜhoc mĕl huius mellis', ᶜfĕl fellis'.

In ᶜel' productam barbara, ut ᶜhic Danīēl huius Danielis', ᶜMichaēl Michaelis', ᶜNechamēl Nechamelis'.

31 In ᶜil' correptam masculini vel feminini vel communis sunt generis Latina: ᶜhic pugĭl huius pugilis', haec Tanaquĭl huius Tanaquilis', ᶜhic' et ᶜhaec vigĭl huius vigilis'.

In ᶜol' productam masculinum Latinum: ᶜhic sōl huius solis'.

1 eps *add. g* yps] ips *GLh* irps] urps *Rr* ax correpta *B* ax producta *B* 2 ex correpta *B* ex producta *B* ix correpta *B* ix producta *B* 3 ox correpta *B* ox producta *B* ux correpta *B* ux producta *B* 4 yx] ix *R* x *H* aex] ex *R* aux *ex* anx *ni f. corr. H* 5 arx *ex* ar⁎ *corr. B* 6 correpta *B* neutra et graeca (greca *Brd*) *BGLKrd* et neutra et greca *D* huius *om. B* 7 correpta *B* neutra et latina *r* ut *om. BDGLK* vnile mo- huius monilis *Rr* monile .lis *et sic per seqq. GL* munile huius .lis *et sic in sqq. K* 8 o correpta neutra *D* correpta *B* correptam ⁎⁎ frequenter (tm̃) *L* et frequenter *B* 9 cicaero *D* 10 haec virgo] *b* hic uirgo *B* 11 antiquissimi — Didonis] *B et libri quidam recentiores, veluti Coloniensis-Wallrafianus saec. XII, Darmst.*ᶜ *m. alt., om. rell. mei omnes* 14 correpta *B* et barbara *BDHGLK* hic sal] *om. B in marg. add. b* ut hic sal *L* 15 hic *om. L* annibal *R* annibal *BD* huius *om. L* Hannibalis] *in mg. L* annibalis *RH* annibalis *BD* hoc animal animalis tribunal .lis *L* hoc tribunal huius tribunalis *om. G add. g* 17 correpta *B* ut *om. BHGLK* hoc fel *BGL* 18 huius fellis *B* 19 producta *B* ut *om. BHLK* danihel *BDH* danihelis *BDH* michahel michahelis *BD* michahel .lis *G* michel .lis *K* nechamel .lis michael .lis *L* 20 michaelis *H* Nechamel Nechamelis] *om. HK complures codd. ⁎Krehl.* nechamiel nechamielis *D* ᶜhic Necamel, ab hoc Necamele, horum Necamelum' *inc. de nom. et pron.* 12 *anal. Vindob. p.* 130. *idemne nomen* Nechamel *latet in v. l. lib.* V § 11 ? *quo pertineret, frustra quaesivi.* Nectabel Nectabelis *nostro etiam l. Heidelb. teste Lindemanno* 21 correpta *B* 22 ut hic pugil *G* huius *om. GL* tanacil .lis *G* huius tanaquilis *spscr. in L* 24 producta *B*

p. 746. 47 P. p. 312. 13 K.

In ‘ul’ brevem masculini vel communis Latina: ‘hic consŭl huius consulis’, ‘hic’ et ‘haec exŭl huius exulis’.

In ‘an’ productam masculina Graeca: ‘hic Paeān huius Paeanis’.

In ‘en’ correptam Latina masculina vel neutra: ‘hic flamĕn huius flaminis’, ‘hoc numĕn huius numinis’.

In ‘en’ productam Latina vel Graeca masculini vel feminini generis: ‘hic liēn huius lienis’, ‘haec Sirēn huius Sirenis’.

In ‘in’ productam Graeca masculina vel feminina: ‘hic delphīn huius delphinis’, ‘haec Trachīn huius Trachinis’.

In ‘on’ productam Graeca masculina vel feminina: ‘hic Memnōn huius Memnonis’, ‘haec Sidōn huius Sidonis’.

In ‘ar’ correptam Latina et Graeca et barbara masculini vel neutri generis: ‘hic Caesăr huius Caesaris’, ‘hic Bostăr huius Bostaris’, ‘hoc nectăr huius nectaris’, ‘hoc calcăr huius calcaris’.

In ‘ar’ productam Latina ma|sculini vel com||munis vel neutri gene- 32
ris, et sunt vel monosyllaba vel ex monosyllabis composita: ‘hic Nār huius Naris’, ‘hic’ et ‘haec’ et ‘hoc pār huius paris’, ‘dispār disparis’, ‘hoc fār huius farris’.

In ‘er’ correptam masculina, feminina et neutra et communia, ut ‘hic patĕr huius patris’, ‘haec matĕr huius matris’, ‘hoc tubĕr huius tuberis’, ‘hic’ et ‘haec paupĕr huius pauperis’.

In ‘er’ productam Graeca masculina et unum Latinum vel magis nothum neutri generis: ‘hic aēr huius aeris’, ‘hoc vēr huius veris’.

In ‘ir’ unum femininum, ‘haec Gaddir huius Gaddiris’. quidam addunt ‘hic abaddir’, ὁ *βαίτυλος*, ‘huius abaddiris’, lapis, quem pro Iove devoravit Saturnus, sed in usu hoc non inveni.

In ‘or’ correptam masculina et feminina et neutra et communia tam

1 in ul correptam *GL* masculini*(s) *B* masculina uel communia *L* masculinum uel commune *K* 3 producta *B* pean huius peanis *BH* pean .nis *GL* 4 correpta *B* masculina latina *GL* 6 producta *B* masculina uel feminina (feminini *h*) generis *H* 7 syren *B* syren huius syrenis *H* sir*en nis (i) *L* s*renis (i?) *B* syrenis *b* 8 In in] *in litura h, alterutrum om. videtur H* producta *B* ut hic delphin *G* ut hic delfin .nis *L* hildelphin *D* 9 trachim *B* 10 producta *B* mem non *H* 11 sydon .nis *L* 12 correpta *B* graeca uel correpta uel barbara *K* masculini *sup. lin. add. r* 13 huius Caesaris — calcaris *om. G* huius caesaris hoc nectar huius nectaris hoc calcar huius calcaris hic bostar huius bostaris *in litura g* 15 producta *B* masculina *RH* 16 et *om. LK* sunt monosyllaba *B* sunt monosyllabis uel ex monosyllaba uel ex *Rr* nar.ris *et sic per sqq. L* 17 par hoc *H* dispar .ris *in mg. add. K* 19 correpta *B* et feminina *G* et neutra] *r* neutra *R* ut *om. GL* 21 hic et haec et hoc pauper *GK* 22 grega *D* masculina graeca *HGLK* notum *Dd* 23 hoc uer *in rasura B* 24 ir correptam *D* unum neutrum eiusdem declinationis haec *B* gaddir] *k* gadir *BDHl* gradir *GLK* gaddiris] gadiris *BDHl* gradiris *GL* .ris *K* 25 hic *om. D* *βαίτυλος*] ΒΕΤΥΛΟC *BDH* ΒΕΤΥΛΛΟC *G* ΒΕΤΥΛΩC *R* ΒΤΥΛΩC *K* ΒΕΤΙΛΛΟC *L* abdiris *Hh* 26 husu *D* inveni] *r* inuenitur *RGK* 27 et feminina *Rr* uel et feminina *G* uel feminina *LK* et neutra] uel neutra *GL*

p. 747. 48 P. p. 313. 14 K.

Graeca quam Latina: 'hic Hectŏr huius Hectoris', 'hic oratŏr huius oratoris', 'haec uxŏr huius uxoris', 'hoc aequŏr huius aequoris', 'hic' et 'haec auctŏr huius auctoris', 'hic' et 'haec' et 'hoc memŏr huius memoris'. Virgilius in IIII Aeneidos:

tum, si quod non aequo foedere amantes
Curae numen habet iustumque memorque, precatur.

33 (inveniuntur tamen et haec et omnia paene communia masculini et feminini, quod, etiam si non faciant ex se neutra, saepe tamen neutris adiunguntur figurate - ut Virgilius in X:

Italiam petiit fatis auctoribus; esto,

et in bucolico:

Pauperis et tuguri congestum cespite culmen,

et in VI:

Curibus parvis et paupere regno -,

quamvis pluralis nominativus eorum, hoc est neutrorum ex supra dictis nominibus, in usu frequenti non sit ex eis, quomodo neque ex aliis communibus duum generum. nam si sint communia trium generum, sine dubio masculini quidem et feminini in 'es', neutri vero in a proferunt nominativum pluralem, ut 'hi' et 'hae sapientes' et 'haec sapientia', ergo 'hic' et 'haec' et 'hoc sapiens'; 'hi' et 'hae pares' et 'haeç paria', 'hic' et 'haec' et 'hoc par'; 'hi' et 'hae ancipites' et 'haec ancipitia', | 'hic' et 'haec' et 'hoc anceps'; 'hi' et 'hae felices' et 'haec felicia', 'hic' et 'haec' et 'hoc felix'; 'hi' et 'hae veteres' et 'haec vetera', 'hic' et 'haec' et 'hoc vetus'. quae igitur in plurali numero a ter||minationem non accipiunt, quae propria est neutrorum, manifestum est, trium generum non esse communia, sed masculini et feminini, figurate tamen per obliquos plerumque casus,

1 haector *RDH* hechtor *G* haectoris *RDH* ris *G* horatoris *Rr* 2 hoc aequor] *d* hoc aequor *R* haec aequor *D* haec et hoc auctor *L* 4 *Verg. Aen.* IIII 520*sq.* (*deficit Rom.*) in IIII eneidos *libro Rr* in IIII aeneidos libro *BH* in IIII eneidos *Dd* aenidos IIII *G* aeneidis IIII. *L* in IIII aeneidis *K* 5 quod *Med.* equo *G* federe *RL* amantis *Med. Pal. Fr.* 6 praecatur *RB* 7 inueniuntur *in litura g* et *om. H* et haec] *om. GLK* haec *l* feminini generis *GL* 8 quod] *uel quis* quod *Kk* quae *RL* etiam si] etiam *GLK* uel si *g* faciunt *DHGLKr* adiunguntur *uel gi G* 9 ut *om. HGL* *Verg. Aen.* X 67 10 petit *Med.* petit *Pal. Rom.* aesto *Rr* 11 *Verg. ecl.* 1, 69 *cf.* § 13 bcolico *Kk* bucolicis *L?* bocolicis *G?* 12 tuguri (i) *L* tugorii *G* tugori *K* 12 congestum *G* coniestum *B* cispite *L* 13 *Verg. Aen.* VI 812 14 Curribus *Rr* curibusq. *Rom.* paupere terra *Vergilius* 15 hoc est *Rr* ex *in litura in H* 16 ex eis *eras. in H* 17 generum trium *GL* 19 ergo et hic et *H* 22 haec felicia] hae felicia *D* 24 accipiunt] habent *GLK* propriae *D* 25 nutrorum *H* 26 casus plerumque *K* casus plerunque *GL*

p. 748 P. p. 314 K.

raro autem per nominativum coniungi etiam neutris, ut Virgilius in VIIII:

Nulla dies umquam memori vos eximet aevo,

et Iuvenalis in IV saturarum:

titulique cupido

Haesùri saxis cinerum custodibus,

quamvis ‘hoc custos’ raro nisi figurate invenias et ‘haec custoda’ pluraliter nemo dicat. sic ergo neque ‘haec memora’ vel ‘auctora’ vel ‘paupera’ neutraliter puto facile in usu posse inveniri, sed, sicut supra dictum est, figurate sunt prolata et haec et alia plurima huiuscemodi apud auctores. inveniuntur tamen quaedam, quae obliquos casus communes possident, quamvis nominativus non sit communis, ut ‘plus’ cum sit neutri nominativus dumtaxat, genetivus eius communis est trium generum nec non et dativus et ablativus, unde pluralia quoque tam in ‘es’ quam in a invenimus: ‘hi’ et ‘hae plures’ et ‘haec plura’ vel ‘pluria’, unde compositum ‘compluria’. Terentius in Phormione: 34

Multa advenienti †nova, ut fit, compluria.

ablativus quoque tam in e quam in i terminans invenitur, utpote communis trium generum, et accusativus pluralis tam in ‘es’ quam in ‘is’. Virgilius in I georgicon:

Seu pluris calor ille vias et caeca relaxat

Spiramenta.

Horatius in I epistularum:

Tractus uter pluris lepores, uter educet apros.)

In ‘ur’ correptam Latina masculina et communia et neutra: ‘hic turtŭr huius turturis’, ‘hic’ et ‘haec augŭr auguris’ - Horatius in III carminum:

1 coniugi *RD* coniungui *G* *Verg. Aen.* VIIII 447 3 Nullo *GL* Nulla dies Nulla dies *K* 4 *Iuv. sat.* IIII 10, 143 *sq.* IV *Krehlius t.* II *p.* 521 VI *libri* satirarum *d* satyrarum *rh* satura tum *G* saturatum *K* 5 tituli q̄ *GL* tutulique *K* cupudo *H* 6 haesauri *GL* thessauri *K* 7 inuenies *DL* custodia *GLKh* 8 nequae *R* 9 neatraliter *H* inuenire *Dd* supradictum figurate *L* 10 et alia *Dd* huiuscemodi plurima *GL* huiusmodi *DK* 11 causus *B* possedent *G* possedent *K* 12 non fit *G* cum sit *om. GLK* nominatiuus neutri *DGLK* 15 plures] *d* plurales *D* compositum] *h* composit* *H* 16 *Ter. Phorm.* IIII 3, 6 formione *GL* 17 aduenienti*(a) *B* aduenienti ut fit noua hic *Terentius et ipse Priscianus infra* § 74 ut sit *L* fit nunc cūpluria *D* 18 ablatius *R* 20 *Verg. georg.* I 89 *sq. cf.* § 86 I] *g* II *G rell.* 21 plures *GL Pal. num sic h. etiam l. Priscianus, ut singula utriusque terminationis exempla proponeret?* calor] ador *H* 23 orā *K* *Hor. epp.* I 15, 22 II. *H* aepistolarum *K* 24 tractus] *b* tracus *GLK* tra***(cus?) *B* tractatus *k* uter] aī *GL* autem *K* plures *rd cum parte codd. Horat.* utere ducet *GL* 25 correpta *B* 26 huius auguris *H* huius .ris *K* oratius *K* ortius *G* *Hor. carm.* III 17, 12 *sq.* IIII. *B* II. *K* U. *L*

p. 748. 49 P. p. 314. 15 K.

nisi fallit augur

Annosa cornix –,

'hoc Tibŭr huius Tiburis'.

In 'ur' productam unum invenitur commune duum generum: 'hic' et 'haec fūr huius furis'.

VIII 35 In 'as' correptam Graeca masculini vel feminini vel neutri vel communis generis: 'hic Arcăs' [proprium] 'huius Arcadis', 'haec Pallăs huius Palladis', 'hoc Cerăs' [proprium loci] 'huius Ceratis', 'hic' et 'haec Arcăs' [gentile] 'huius Arcadis'.

In 'as' productam Graeca et Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis generis, ut 'hic Atlās huius Atlantis', 'hic Maecenās huius Maecenatis', 'haec civitās huius civitatis', 'hoc vās huius vasis', 'hic' et 'haec Capenās huius Capenatis'.

In 'es' correptam Latina masculina vel feminina vel communia duum vel trium generum, ut 'hic Coclĕs huius Coclitis', 'haec segĕs huius segetis', 'hic' et 'haec milĕs huius militis' - Ovidius in II metamorphoseon:

Miles erat Phoebes

de Callistone dicit –, 'hic' et 'haec' et 'hoc terĕs' - Virgilius in VII:

sed haec tereti mos est aptare flagello –,

'hebĕs hebetis', 'sospĕs sospitis' - Iuvenalis in V:

nec umquam

Depositum tibi sospes erit –,

'hic' et 'haec' et 'hoc hospĕs huius hospitis'. Lucanus in V:

Hospes in externis audivit curia tectis,

1 fallat *B* agur *D* 2 annosa] *h* annos a *H* 3 hoc] *b* hic *B* titur *L* tituris *L* 4 producta *B* duorum *GL* uel duum *g* 6 correpta *B* 7 ut hic arcas *GLK* proprium *om. H* Arcadis] *d* archadis *RDH* 8 caeras *GLK* 'Plures Codices, nec ii spernendi, omittunt proprium loci' *Krehlius* Ceratis] *scripsi* ceradis *RBDH* caeradis *GLK* hi *H* 9 'huius arcadis' gentile *L* archadis *Dd* 10 producta *B* graeca masculina et *GLK* masculinia *K* 11 adlas *Dd* athlas *BHLK* 'athlantis 'huius *H* adlantis *Dd* athlantis *BL* 12 hoc uas — Capenatis *add. g* uassis *K* 14 correpta *B* masculina latina *GLK* 15 Cocles] *r* codes *R* 16 *Ovid. metamorph.* II 415 18 erant *R* phebes *K* 19 calistone *DHGLK* teres huius teris *Dd* *Verg. Aen.* VII 731 VII *ex* IIII *corr. B* VI *H* 20 tereti] *sic etiam lib.* V § 25 *et infra* § 65 teriti *LK* lento *Vergilius, apud quem* teretes *extat in versu praecedente:* teretes sunt aclydes illis | Tela. tereti *v.* 731 *etiam duo ex Burmanni libris Vergilianis, ex Prisciano scilicet interpolati* 21 *Iuv. sat.* V 13, 177 *sq.* V] *H et sic libri plerique lib.* V § 25, *omnes infra* § 65; *h. l.* III. *RBD* IIII. *GLK* 22 nec umquam] *cf. lib.* V § 25 23 tibi] t (*i. e.* uel *pro* t) *G* 24 et hoc *del. dk* hospes] *b* ***pes *B* ospes *ubique. h. l. GK* h huius .tis ospes *L* huius *om. H* *Luc. Phars.* V 11 *cf. lib.* V § 24

p. 749 P. p. 315. 16 K.

'haec hospes curia'. (invenitur tamen et 'haec hospita': Virgilius in Aeneidos III:

bellum, o terra hospita, portas.

similiter 'haec sospes' et 'sospita' prolatum est ab auctoribus. Ovidius in II fastorum:

Sospita delubris dicitur aucta novis.

neutra quoque supra dictorum pluralia tradit usus. Statius in IIII Thebaidos: 36

Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina.)

In 'es' productam tam Graeca quam Latina masculini generis vel feminini vel communis: 'hic Chremēs huius Chremetis' et 'Chremis', 'hic verrēs huius verris', 'haec caedēs huius caedis', 'hic' et 'haec herēs huius heredis'.

In 'is' correptam tam Graeca quam Latina masculini generis vel feminini vel communis: 'hic Parĭs huius Paridis' vel 'Paris', 'hic collĭs huius collis', 'haec Thetĭs huius Thetidis', 'haec cuspĭs huius cuspidis', | 'hic' et 'haec utilĭs huius utilis'.

In 'is' productam Graeca et Latina masculina vel feminina vel communia: 'hic dēlphīs' vel 'delphin huius delphinis', 'hic Arīs' [proprium] huius Arinis' - Cicero pro Scauro: Arinis uxorem –, 'haec Soterīs huius Soterinis' - Plautus in vidularia:

Immo id, quod haec nostra est patria et quod hic meus
Pater, illic autem Soterinis est pater –,

'hic Dīs' [proprium, id est Πλούτων] 'huius Ditis' et 'hic' et 'haec dīs'

1 hospita] *sic h. l. etiam K* *Verg. Aen.* III 539 in *om. K* 2 aenidos *G* aeidos *K* III aeneidos *Hd* IIII aeneidos *B* IIII. *RDK* II. *L* 4 *Ovid. fast.* II 56 6 dicitur] *ex* ducitur *corr. H* dicitur *Ll* 7 *Stat. Theb.* IIII 842 *sq.* 9 accipiens *D* fessique *GLK* 11 generis quam *G* feminini nel neutri uel *K* 12 uel communis — Verris *om. D* uel communis *add. d* chremes *K* cremes *H* huius *om. L* cremetĭs *H* et Chremis] *om. R add. r* et chremis *K* et huius cremetis *H* 13 heris *Rr* haeres *G* huius *add. b* 14 haeredis *G* 15 his *Rr* correpta *B* masculi *R* 16 communis ut hic *B* 17 haec] hae *R* Thetis] *d* tetis *DG* tetis *K* thitis *L* tetidis *R* thethidis *d* thetis *D* tetis *G* tithis *L* tetis *K* thetis uel theditis *B* cuspidis] *d* cuspitis *DH* 19 productam] *r* producta *RB* et masculina *B* 20 ut hic *L* delfis uel delfin huius delfinis *GL* 21 *Cic. pro Scauro cf. lib.* VI § 28 cau*ro *Dd* stauro *Kk* 22 *Plaut. vidul. fr.* 10 *p.* 442 *Both.* uidullaria *Rr* 26 hic Dis] *d* his dis *ni f. D* *** id est (est) *H* ΠΛΑΟΥΤΟΝ *D* plouton *B* pluton *RH* plauton *Lb* ΜΙΑΟCΤΟΝ *Kk* ΜΑΙΑΤΟΝ *G* ditis hic *HG* et haec et hoc dis *Dd* et haec di**(ti)s haec uis *L*

p. 749. 50 P. p. 316. 17 K.

[appellativum] ‘huius ditis’, ‘haec vīs huius vis’, ‘hic’ et ‘haec Samnīs huius Samnitis’.

37 In ‘os’ correptam unum Latinum neutrum ‘hoc ŏs || huius ossis’, quod etiam ‘hoc ossum’ antiqui protulerunt. Gellius libro XXX: calvariaeque eius ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque.

In ‘os’ productam Graeca et Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis generis: ‘hic herōs huius herois’, ‘hic nepōs huius nepotis’, ‘haec dōs huius dotis’, ‘hoc ōs huius oris’, ‘hic’ et ‘haec compōs huius compotis’.

In ‘us’ correptam Latina masculini vel feminini vel neutri vel communis duum vel trium generum: ‘hic lepŭs huius leporis’, ‘haec Venŭs huius Veneris’, ‘hoc tempŭs huius temporis’, ‘hic’ et ‘haec Ligŭs huius Liguris’, ‘hic’ et ‘haec’ et ‘hoc vetŭs huius veteris’.

In ‘us’ productam Graeca vel Latina masculina vel feminina vel communia vel neutra, ut ‘hic Melampūs huius Melampodis’, ‘hic mūs huius muris’, ‘haec virtūs huius virtutis’, ‘hic’ et ‘haec sūs huius suis’, ‘hoc tūs huius turis’.

38 In ‘ys’ Graeca masculina vel feminina: ‘hic amphibrachys huius amphibrachyis’, ‘hic Capys huius Capyis’, ‘haec Erinys huius Erinyis’.

In ‘aes’ Latinum unum masculinum ‘hic praes huius praedis’ et unum neutrum ‘hoc aes huius aeris’, cŭius plurales obliqui in raro sunt usu, ‘aera ae|rum aeribus’. Cato in oratione, qua in senatu suasit, ut

p. 771. 72 P. p. 343. 44 K.

hac aede aedium', 'haec caedes [huius caedis] a caede caedium', nisi haec etiam per syncopam i proferantur. frequentius tamen in 'es' terminantia absque i inveniuntur, ut 'vatum' pro 'vatium' - Virgilius in IIII:

Multaque praeterea vatum praedicta | priorum.

Cicero pro Sestio: vestrarum sedum templorumque causa –, 'mensum' quoque pro 'mensium'. Ovidius in VIII metamorphoseon:

Et quos sustinui bis mensum quinque labores.

excipiuntur 'iuvenis a iuvene iuvenum', 'canis a cane canum', 'panis a pane panum'; carent enim i paenultima semper.

In 'as' quoque Latina mutant e ablativi in i et assumunt 'um': 'a civitate civitatium', 'a probitate probitatium'. in his tamen frequenter solet fieri concisio i in genetivo plurali, 'a civitate civitatium' et 'civitatum', 'a probitate probitatium' et 'probitatum'.

Reperiuntur praeterea absque i facientia genetivum pluralem, quamvis 78
ablativum et in e et in i proferant, in 'us' et in 'il' et in 'or' trium generum et in 'ex' desinentia, quando sunt communis generis, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc vetus a vetere' vel 'veteri veterum' - Virgilius in V:

veterum non inmemor ille parentum –,

'vigil ab hoc' et 'ab hac vigile' vel 'vigili horum' et 'harum vigilum'. Iuvenalis in V:

Praeterea lateris vigili cum febre dolorem.

Virgilius in VIIII:

†Praeterea vigilum excubiis obsidere portas.

sunt tamen, qui 'vigilis' nominativum quoque similem genetivo esse putaverunt, usus tamen in 'il' esse o||stendit, ut Lucanus in IIII:

1 hac*(e) *B* h aede *Rr* harum aedium *LK* huius caedis *om. RBDH* a ab hac caede *G* caedae *D* 2 proferentur *K* terminata *BHK* 3 inuenitur un *Bb* *Verg. Aen.* IIII 464 (*deficit Rom.*) 4 multa quae *R* que *om. G* praedica *R* priorum] *sic Pal. Fr.* piorum *Med.* 'priorum: legitur et piorum' *Serv.* r s *ad h. l.* 5 *Cic. pro Sestio or.* 20, 45 Sertio *D* festio *G* sezio *K* sedium *Cic. Paris. cum utroque Bern.* 6 mensium *ex* mensuum *corr. B* *Ovid. metamorph.* VIII 500 IX. *L* ** metamorphoseon (in) *B* 7 Et quos *om. GLK* subtinui *GL* bis mensum quinque *cum Prisciano Heinsii libri Ovid. meliores*, mensum bis quinque, menses bis quinque, bis menses quinque *vv. ll. codd. Ovid.* quinq;] *b* a qui* *B* 8 a pene *H* 9 enim *om. L* penultima*(s) *B* 10 et *om. L* adsumunt *B* 11 *post* ciuitate: ciuitatum et *ni f. eras. in H* *post* probitate: probitatum *ni f. eras. in H* 12 conscisio *K* et] uel *B* 13 et] uel *BLK* 14 Re*periuntur (p) *D* Repperiuntur *HL* Repereuntur *G* praetere a *Rr* 15 ablatiuum in e *GL* profer *D* et or *D* 17 *Verg. Aen.* V 39 in *om. G* 18 i h h immemor *HGL* 19 uigele *K* uel uigili *om. K* orum *Rr* arum uigilium *Bb* 20 *Iuv. sat.* V 13, 229 22 *Verg. Aen.* VIIII 159 VIII. *RGLK* 23 Praeterea *ex praecedente exemplo repetitum libri praeter h* Interea *corr. h ex Vergilio* i i uigulum *Med.* obsedere *K* 24 tamen quoque qui *L* genitiuo similem *GLK* 25 *ostendit (h?) *H* *Luc. Phars.* IIII 6 *sq.*

p. 772 P. p. 344. 45 K.

tutelaque valli

Pervigil alterno paret custodia signo.

similiter 'memor a memore' vel 'memori horum' et 'harum memorum' - Horatius in II sermonum:

Nam quamvis memori referas mihi pectore cuncta.

raro tamen invenitur in e terminans huius nominis ablativus, nec aliam esse causam existimo, ut supra dictum est, nisi eam, quod apud | antiquos 'hic' et 'haec memoris' et 'hoc memore' proferebatur. in quo testis est Caper, antiquitatis doctissimus inquisitor. ostendit enim, Caecilium in epiclero sic protulisse:

Itane Antipho †inventus profluvia fide?

Itane est inmemoris, itane est madida memoria?

nec mirum, cum et 'hic celer' et 'hic celeris', et 'hic concors' et 'hic concordis' protulisse inveniuntur vetustissimi multaque alia in eundem modum. Virgilius in XII:

nec domini memorum proculcat equorum -,

79 'supplex ab hoc' et 'ab hac supplice' vel 'supplici horum' et 'harum supplicum', 'artifex ab hoc' et 'ab hac artifice' vel 'artifici horum' et 'harum artificum'. Lucanus in VIII:

Se simul et Romam Pompeio supplice mensus.

Sallustius in Catilinario: demisso vultu, voce supplici. Cicero pro Ligario: et nos iacentes ante pedes supplicum voce prohibebis. Virgilius in I:

Artificumque manus inter se operumque laborem.

puto tamen, haec etiam ab oratoribus differentiae causa sic proferri per syncopam, quia 'supplicium' et 'artificium' neutra inveniuntur singularia. 'hic' et 'haec parens', quando nomen est, duum est generum et geneti-

1 tutela quae *R* ceutelaque *GLK* 2 pa^{ret} *Rr* cessit *Luc. Marburg.* 3 harum et horum *B* 4 oratius *K* *Hor. serm.* II 4, 90 5 Nam] *rh* Num *RH* Nam quamvis] Nunquam uis *GL* referas memori *nonnulli codd. Hor.* refferas *H* peccatore *D* 6 eius *BH* 7 causam esse *L* quod] quam *r* apud *spscr. K* 8 proferebantur *D* 9 Caper] *de dub. gen. iudice Osanno de Fl. Capro p.* 12 cecilium *RK* *de Caecil. epicleri fr. v. lib.* VI § 47 10 epidero *GL* 11 anthipho *L* antibo *G* inuenitur *duo libri Spengelii* profluvia] (p$^{u}_{i}$rfluia) *r* pirfluia *R* 12 immemoris *L* 13 cum$^{\&}$ hic *B* cum hic *GLK* et in hic caeler *Rr* caeler *D* caeleris *D* celeris hic *GLK* 14 protullisse *G* uetustustissimi *H* 15 *Verg. Aen.* XII 534 XII] *Krehlius in annot. ad h. l.* X. *libri* 16 procul^{c}lat *Med.* aequorum *Pal.* 18 supplicium *DK* supplicium *B* et^{uel} artifici *K* 19 *Luc. Phars.* VIII 346 20 roma *H* menses *RBHGKd* 21 *Sall. Catil.* 31, 7 Catilinario] *r* catillinario *RBDGK* prono demisso *L* prono demiso *K* prono dimiso *G* pronode misso *H* *Cic. pro Lig. or.* 5, 13 22 ante] ad *libri Ciceronis* pede^{s} *Dd* supplic*um (i) *K* supplici cum uoce *L* 23 pro^{b}hibetis *H* *Verg. Aen.* I 455 24 artificum quae *H* se se^{n} *R* se operumque] *k* seorsum *K* operum quae *H* 25 tamen et haec etiam *D* haec] hac *in litura b* etiam haec *K* 27 pares *Dd* est *post* duum *om. DGLK add. d*

p. 772. 73 P. p. 345. 46 K.

vum pluralem absque i facit plerumque, ‘horum parentum’. Virgilius in II:

decora alta parentum.

quod autem etiam ‘parentium’ non irrationabiliter dicitur, ostendit accusativus pluralis in ‘is’ etiam terminans, qui proprius est in ‘ium’ terminantis genetivi. Terentius in heautontimorumeno:

Quod volo aut peto, parentis meos ut commonstres mihi.

Cicero de suppliciis: navium praefectos sine ulla causa de conplexu parentium suorum, | hospitum tuorum, ad mortem cruciatumque rapuisti. notandum etiam, quod omnia semper plura- 80
lia, quae in ‘es’ || desinunt, genetivum in ‘ium’ faciunt, ut ‘hae vires harum virium’, ‘hi penates horum penatium’ - invenitur tamen apud veteres eius singulare ‘hic penatis huius penatis’ -, ‘hi quinquatres horum quinquatrium’, ‘hi’ et ‘hae tres horum’ et ‘harum trium’. similiter ‘hi’ et ‘hae plures’ et ‘haec plura’ vel ‘pluria horum’ et ‘harum plurium’. Cicero ad Herennium in III: complurium negotiorum.

In ‘is’ quoque longam desinentia: ‘līs a lite litium’, ‘Samnīs a Samnite Samnitium’, ‘dīs a dite ditium’. ‘nox’ etiam ‘a nocte noctium’, unde Agellius noctium Atticarum inscripsit.

Cetera vero omnia ablativum in e solam terminantia mutant eam in ‘um’ et faciunt genetivum pluralem: ‘a poemate poematum’, ‘a Cicerone Ciceronum’, ‘a consule consulum’, ‘a Titane Titanum’, ‘a duce ducum’, ‘a patre patrum’, ‘a virtute virtutum’, ‘a capite capitum’, ‘ab alite alitum’; nam ‘alituum’ per interpositionem addita u protulit Virgilius in VIII:

1 *Verg. Aen.* II 448 (*deficit Rom.*) 3 decora alta illa *Fr.* decorallla *Pal.* 4 autem et (et etiam *K*) in ium non *GLK* inrationabiliter *B* dicitur *om. GK* 5 in ium *D* 6 *Ter. heautontim.* V 4, 4 eautontimorumeno *RD* eatontimoromeno *K* eutontimorumeno *GL* 7 Quod] *B* Quid *rell.* ꝟuod peto aut quod uolo *Bemb.* Quod peto aut uolo *Bas.* parentes *Bemb.* ut *om. Bemb.* ut commostres *D* et construes *GLK* 9 *Cic. in Verr.* II v 52, 138 10 conplexu] *B cum Cic. Reg.* complexu *rell.* parentum *libri Cic.* parentum *GL* suorum *om. Cic. Lagom.* 42 ospitum *K* hospitium *Reg.* hospitumque *dett. Cic.* de tuorum *falsus est accuratissimus ille Halmius noster ad Cic. l. l.* 11 etiam]ꝟuero *B* 12 desinit *Rr post* desinunt: id est quae ex se non habent singularia *R*, *quod pro gloss. spscr. d*, quae ex se non habent singularia *B* genitiuum In ium faciunt genetiuum *Dd* 13 hii *H* et hi *K* poenates *RD* poenatium *RD* inueniuntur *RDL* 14 eius] in *B* paenatis *D* paenatis *D* Hic quinquatres *D* hii quinquatres *H* quiquatres *L* 17 *rhet. ad Herenn.* III 2, 3 cumplurium *B* 18 in ꝟis (h) *D* lite *Rr* 20 Agellius *cf. lib.* VI § 61 agelius *H* aggellius *B* aggilius *GK* aggillius *L* anticarum *L* anticinarum *Gg* 21 in e solam ablatiuum *L* 22 a poemata *Hh* a cicero *Dd* 23 ductum *K* 25 *Verg. Aen.* VIII 27 26 VIIII. *RBDH* IX. *L*

p. 773. 74 P. p. 346. 47 K.

Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.

81 'a bove' quoque 'bovum' debet fieri; sed hoc nomen notandum, quod u consonantem assumunt obliqui singulares hiatus causa, abiciunt autem est quando plurales. Virgilius in III:

Huc ubi delati portus intravimus, ecce
Laeta boum passim campis armenta videmus.

idem in VIII:

Reddidit una boum vocem vastoque sub antro.

dativus autem et ablativus eius nominis per syncopam semper mediae proferuntur syllabae, 'bobus' pro 'bovibus'. Horatius in epodo:

Beatus ille, qui procul negotiis
Paterna rura bobus exercet suis.

nominativus vero pluralis et | accusativus et vocativus, qui similes sunt, raro abiciunt u consonantis loco positam. Virgilius in bucolico:

Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum.

idem in VIII:

Discessu mugire boves.

in eodem:

Abstractaeque boves abiurataeque rapinae. ||

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI TERTIAE DECLINATIONIS.

XVII 82 Dativus et ablativus pluralis tertiae declinationis nascitur a singulari genetivo interiecta 'bu', ut 'huius hominis his' et 'ab his hominibus', 'huius exulis his' et 'ab his exulibus', 'huius numinis his' et 'ab his numinibus', 'huius disparis his' et 'ab his disparibus', 'huius felicis his' et 'ab his felicibus', 'toreuma toreumatis his' et 'ab his toreumatibus'. in huiuscemodi tamen, id est neutris a finitis, quae sunt Graeca, frequenter

1 pecodumque *GK* 2 notandum est *GLK* quod] *R* in quo *r rell.* in quod *g* 3 adsumunt *B* obliqui casus singulares *DG* obiiciunt *K* autem *add. b* autem eam est quando *G* autem eam quando *LK* 4 *Verg. Aen.* III 219 *sq.* IIII. *K* 5 dilati *GL* intravimus] *d* intrabimus *DG* ece *K* 6 campis sim armenta *Kk* 7 *Verg. Aen.* VIII 217 8 reddit *D* vocem] *r* uoce *RB* uasto quae *R* anthro *GLK* 9 autem] etiam *H* huius *G* mediae semper *LK* proferuntur] *h* profertur *RDHK* 10 bubus *Rr* bobus *Kk* bubus *BH* oratius *K* *Horat. epod.* 2, 1 *et* 3. 12 bubus *BH cum nonnullis codd. Horat.* suis exercet *L* 13 quis *D* 14 *abiciunt (h) *D* *Verg. ecl.* 1, 9 15 Illæ *B* meas herrare *h* mea serrare *ni f. H* boes *K* boes *GL* *post* ipsum: ludereque (quae *d*) uellem, *v. sq. initium, add. D* ludere que uellem *H*, *integrum v. sq.* ludere quae uellem calamo permisit agres*ti *B* 16 *Verg. Aen.* VIII 215 17 discesu *GL* boes *GLK* boes *l* 18 Idem in eodem *R* *Verg. Aen.* VIII 263 eodẽ*Abstracteque *B* 19 que *om. GL* boes *K* boes *GL* abiurataeque] *ex* obiurataeque *corr. L* obiurataeque *LK* 20 DE DATIVO ET ABLATIVO (*rell. om.*) *K* DECLI***NATIONIS *B* 21 genitiuo singulari *GL* 22 his uel ab his hominibus *B* 23 numinibus] nominibus *B* 24 felicis] felicilis *H* 25 toreuma *D* toreumatis *RrD* his et ab his *om. L* toreumatibus *RrD* 26 tamen] tantum *K*

p. 774. 75 P. p. 347. 48 K.

invenimus antiquos dativum et ablativum plurales in ‘is’ productam proferentes contra regulam tertiae declinationis, quam servant in ceteris casibus supra dictorum nominum. ut Cicero frequenter in Verrinis ‘toreumatīs’ dicit et ‘peripetasmatīs’ et ‘emblematīs’. in libro de signis: nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes. in eodem: scaphia cum emblematis. idem ad Herennium IIII: de orationibus aut poematis, quamvis neutro genere hoc ubique profert. si enim, sicut Plautus et alii vetustissimi, femininum hoc protulisset, pares syllabas omni casui servasset absque genetivo plurali secundum analogiam primae declinationis. est igitur magis apud Ciceronem et eos, qui similiter in huiuscemodi proferunt, heterocliton vel, ut Celso videtur, a nominativo ‘hoc peripetasmatum’, ‘hoc emblematum’. excipitur etiam ‘bobus’, ut dixi, euphoniae causa pro ‘bovibus’; est enim genetivus singularis ‘bovis’. Horatius in carmine saeculari:

Quaeque vos bobus veneratur albis.

idem in III carminum:

sol ubi montium
Mutaret umbras et iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte nocte.

DE ACCVSATIVO PLVRALI TERTIAE DECLINATIONIS.

Accusativus pluralis tertiae declinationis similis est proprio nominativo, 83
sicut et vocativus. in illis vero, quae || genetivum eiusdem numeri in ‘um’ finiunt, plerumque per ‘es’ longam profertur: ‘hi latrones hos latronēs o

1 datiuos et ablatī̃ *L* in his *Rr* 3 *Cic. in Verrinis cf. lib.* VI § 8; emblematis *praeter l. infra l. invenitur etiam* II IIII 22, 49. *at* toreumata *quidem in Verrinis legitur* (II II 52, 128 II IIII 18, 38). *non tamen* toreumatis. emblēmatis, peripetasmatis *ex Cic. l. etiam Sergius p.* 1846 *P.*, peripetasmatis *Cledonius p.* 1904 (*cf. etiam Pompeium p.* 229 *Lind.*), toreumatis *neuter* toreumatis *Rr* 4 emblimatis *G* *Cic. in Verr. or.* II IIII 12, 28 5 quemammodum *G* expedias *in mg. add. K* 6 *Cic. in Verr.* II IIII 17, 37 scapia *B* scapha *RD* emblimatis *G* *rhet. ad Herenn.* IIII 4, 7 7 III. *D* quatuor *G* de] ex *rhet. ad Her.* aut] et *B* poematis] *sic etiam codd. rhet. Virceb. Paris.* 7714 *al.* poemati *B* poematibus *libri rhet. dett.* ubique ille profert *D* 8 profertur *HGLK* dnetustissimi *D* 9 casu *D* et absque *Rr* 10 analo *H* giam *in mg. add. h* 11 qui huiuscemodi similiter *H* in *om. GLK* proferunt huiuscemodi *K* etherocliton *RB* &erocliton *H* eteroliton *Kk* etercliton *L* ETEPOKAITON aliter declinatum *in mg. l* eteroliton *G* eteroditon *D* uelut *B* 12 caelso *L* enlematum *G* 13 etiam] enim *R* bobus] *r* bubus *RBH* causa *add. d* 14 oratius *K* *Horat. carm. saec. v.* 49 seculari *RD* 15 Quique *v. l. codd. Hor.* bubus *RBH cum libris nonnullis Hor.* ueniatur *GLK* 16 *Hor. carm.* III 6, 41 *sqq.* 19 bubus *RB cum aliquot codd. Hor.* fatigatigatis *H* 20 adeunte *GL* nocte *libri mei omnes, in litura Wallrafianus* curru *cum Horatio Zwicc.* 2 *Lips.* 2 *Krehlii* 21 DE ACCVSATIVO PLVRALIS ET VOCATIVO TERTIAE DECLINATIONIS. *D* accussatiuo *L* 22 nominatiuo *ex* nominitiuo *corr. H* 23 in illis] *b* Illis *B* quae in genitī̃ *K* 24 finiuntur *K* per is *Dd* hi latrones.hi et hos *B* hos latrones *om. R* alatrones *Hh* *post* o latrones: hi et hae sacerdotes hos et has (sacerdotes *K*) et o (et o *add. g*) sacerdotes *ponunt, infra om. GLK*

p. 775 P. p. 348. 49 K.

latronēs', 'hi consules hos consulēs o consulēs', 'hi tubicines hos tubicinēs o tubicinēs', 'hae matres has matrēs o matrēs', 'hi' et 'hae sacerdotes hos' et 'has' et 'o sacerdotēs. inveniuntur tamen quaedam in 'is' solam productam terminantia hunc casum Graeca, quae etiam nominativo similiter in 'is' desinunt: 'hae Sardis has Sardīs', item 'Alpīs', 'Syrtīs', 'Trallīs', quae apud Graecos in supra dictis casibus εις diphthongum habent finalem. Horatius in I epistularum:

Smyrna quid et Colophon, quid Croesi regia Sardis?

Virgilius in X:

In Syrtis, in saxa, volens vos Turnus adoro.

quorum autem in 'ium' terminantium genetivum frequentius in 'is' et quorum rarius exeat accusativus, ut potero, breviter colligam.

84 Omnium, quae tam nominativum quam genetivum similem habent, eorum accusativus raro in 'es', frequenter in 'is' solet terminari, ut 'hic' et 'haec omnis huius omnis hos' et 'has omnis'. Sallustius in Catilinario: omnis homines, qui sese student. Terentius in Andria:

omnis nos gaudere.

Virgilius in III georgicon:

et pinguis unguine ceras.

idem in IIII georgicon:

aquas dul|cis et frondea semper
Tecta petunt.

idem in I Aeneidos:

hic fessas non vincula navis
Vlla tenent.

1 hic consules *Rr* hos et o (*o* *ex* hos *effecit L*) consules *GL* hos consules et o consules *K* hi tibicines hos et o tibicines *K* hos et o tubicines *GL* 2 o tubicines *spscr. r* has et o matres *GL* 3 hos] os *B* et has sacerdotes o sacerdotes. Inueniuntur quaedam ta *in litura b* men in is *pergit B* has] has sacerdotes *Dr* ho *Rr* quaedam etiam in *H* his *Rr* 4 productam solam *GLK* casum Graeca] *b* ca*** graecum *B* 5 in his *Rr* haec sardis *BDHG* hae has sardis sardis *Kk* has] huius *L* alphis *BH* sirtis *G* 6 eis *RBL* eyc *K* 7 oratius *K* aepistolarum *K* *Hor. epp.* I 11, 2 *sq.* quid Croesi regia Sardis | Smyrna quid et Colophon? 8 smirna *GK* quid et] *Horatius* quidem et aī croesi cresi *RBDH* quidem *GLK* chryssi *Rr* cryssi *B* cryssi *Hh* crisi *K* cryssi *D* trisi *G* tyrsi *L* 9 *Verg. Aen.* X 677 10 sirtis *GK* Syrtis *ex Prisc. certe interpolatus Menagianus alter Verg.* rupes *Vergilius.* Syrtis *ex v. eius sequenti* Ferte ratem saeuisque uadis inmittite Syrtis (syrtes *Pal. m. alt.*) *sumpsit Priscianus* uol*eus (u) *B* vos Turnus] uulturnus *BGLK* 11 frequentius *K* in *is (h) *DK* in his *R* 12 rarius in es exeat *GLKd* in es *in mg. post* accusatiuus *add. h* 13 m tam** (en) *B* similes *GL* 14 terinari *K* 15 et has *om. RBDH add. rd* *Sall. Cat.* 1, 1 16 Catilinario] *r* catillinario *RBDL* cantilinario *G* *Ter. Andr.* V 4, 43 19 *Verg. georg.* III 450 20 pingues *Rom.* ungine *G* caeras *L* coeras *GK* 21 *Verg. georg.* IIII 61 *sq.* (*deficit Rom.*) 22 dulces *Med.* 24 *Verg. Aen.* I 168 *sq.* (*deficit Pal.*) 25 fesas *G* navis] non auis *R* nares *Med.*, *qui v.* 169 *collocat post v.* 168, *addita tamen nota* " 26 ullta *H*

p. 775. 76 P. p. 349 K.

idem in V:

Quoque magis fessas optem dimittere navis.

idem in eodem:

Muneraque in navis ternos optare iuvencos.

similiter faciunt accusativum eiusdem formae semper pluralia, ut ‘hi manes horum manium hos manes’ vel ‘manis’ - Virgilius in IIII Aeneidos:

Id cinerem aut manis credis curare sepultos? _,

‘tres trium hos’ et ‘has tres’ vel ‘tris’. idem in III Aeneidos:

tris adeo incertos caeca caligine soles

Erramus pelago.

In ‘er’ quoque desinentia, quae i terminant ablativum, similiter faciunt accusativum pluralem plerumque per ‘is’, raro per ‘es’: ‘acer ab acri hos acris’. Virgilius in XI:

metuensque moneret,

Acris esse viros.

similiter ‘saluber salubris a salubri salubres’ vel ‘salubris’, ‘imber ab imbri hos imbres’ vel ‘imbris’ - Virgilius in VIIII: || 85

Cum fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris.

idem in XII:

spargitque salubris

Ambrosiae sucos et odoriferam panaceam _,

‘December’ (quod proprium est) ‘a Decembri hos Decembres’ vel ‘Decembris’. Horatius in I epistularum:

Me quater undenos sciat implevisse Decembris.

similiter ‘celer’ vel ‘celeris a celeri’ - Virgilius in III Aeneidos:

1 *Verg. Aen.* V 29 (*deficit Rom.*) 2 Quoue *Med. Pal. et sic H* (?) *Wallraf.* fessas *om. G* fesas *Dd* dimittire *G* demittere *K* 3 *Verg. Aen.* V 247 4 que *om. GLK* in nauis *add. h* optare] *sic etiam libri opt. Verg. cum Ver.* aptare *cum libris aliquot Vergilianis GL* aptaore *K* 5 acusatium *G* 6 mamanium *D* et manis *K* *Verg. Aen.* IIII 34 8 cinereaut amnis *Fr.* manes *K* manes, *sed* es *ex corr., Med.* 9 *Verg. Aen.* III 203 *sq. cf. lib.* XVIII § 246 (*deficit Rom. et initio versus Pal.*) UI: *L* aneidos *R* 10 tris *etiam Fr.* caliginae *H* soles *ex* solis *corr. vid. Fr.* 11 eramus *G* pylago *L* 12 in i *BDG* 13 ab acri *Rr* 14 hos et has acris *d* *Verg. Aen.* XI 47 *sq.* 15 monerest *Pal.* 17 hos salubres *GLK* 18 Verglius *H* *Verg. Aen.* VIIII 60 19 caulis *GLK* perpesus *r* perpesos *G* pensus *R* imbres *Med.* (*deficit Rom.*) imbris *etiam Fr.* 20 *Verg. Aen.* XII 418 *sq.* 21 salubres *Pal. m. alt.* 22 socos *Rr* succos *L* panaceam] *k* panceam *K* panticeam *G* 23 quod] qui *B* a Decembri *om. H* decembris uel decembres *DH* decembres et decembris *L* 24 oratius *K* *Hor. epp.* I 20, 27 aepistolarum *K* 25 undenoscit *Hh* decembres *codd. Hor., ut vid., fere omnes: in ed. Obbarii coll. annot. crit. ad h. l.* Decembris *operarum errore in ipsa poetae verba irrepsisse videtur* 26 caeler *Rr* *Verg. Aen.* III 243 *sq.* (*deficit Rom.*) in tertio aeneidos *add. r* in aeneidos III. *DH*

p. 776 P p. 349. 50 K.

celerique fuga sub sidera lapsae
Semesam praedam et vestigia foeda relinquunt.

idem in V:

Agmine remorum celeri ventisque vocatis –,

'hos' et 'has celeres' vel 'celeris', quod est frequentius. idem in IIII:

et celeris defer mea dicta per auras.

similiter faciunt accusativum in 'ns' vel 'rs' terminantia, ut 'hic fons hos fontes' vel 'fontis', 'hic' et 'haec' et 'hoc iners hos' et 'has inertes' vel 'inertis', 'pars has partes' vel | 'partis'. Virgilius in II georgicon:

Adgredior sanctos ausus recludere fontis.

Terentius in heautontimorumeno:

Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias.

Virgilius in VI:

Hic locus est, partis ubi se via findit in ambas.

idem in II Aeneidos:

penitusque cavernas
Ingentis uterumque armato milite complent.

idem in IIII:

mactant lectas de more bidentis.

86 alia autem, quamvis genetivum pluralem in 'ium' desinentia, raro invenias et in paucis 'is' finientia accusativum, ut in 'as' exeuntia nominativo: 'civitas civitatium', 'has civitates' fere ubique legimus.

In x terminantia trium generum communia, quamvis in paucissimis

1 celerique *Rr* caelerique *D* 2 semesam] *sic Med. corr.* semiesam *L* ***esam (sem) *Pal.* semensam *Med. m. pr. et Gud.* uistigia *G* feda *RDHl* faeda *GL et ex* foedera *corr. K* relinquunt] *bd* **linquunt *B* relinquant *D* relinquint *Med.* 3 *Verg. Aen.* V 211 4 caeleri *K* 5 *Verg. Aen.* IIII 226 (*deficit Rom.*) 6 auras] *h* aureas *D* aures *H* 7 ut *om. K* *post* fons: huius fontis *add. K* 8 has inertis uel *Rr* 9 *Verg. georg.* II 175 (*deficit Rom.*) 11 Aggredior *GLK* Ingredior *Vergilius* fontes *Med.* 12 *Ter. heautontim.* I 2, 20 eautontimorumeno *R* haeautontimorumeno *DH* heutontimorumeno *G* eutontimorumeno *L* eutoñ *K* 13 Parentis] *r* parent** *R* parentes *Gg* parentes *Terentianus alteruter* incolumem] *r* incolomem *R* 15 *Verg. Aen.* VI 540 .UII. *K* 16 est *om. GLK* ubi saeuia *H* 17 *Verg. Aen.* II 19 *sq.* in II. in eneidos *Rr* .U. *L* aeneidos *D* 18 paenitus quae *Rr* poenitusque *D* que *om. G* 19 ingentis *ex* ingentes *corr. G* ingenitis *H* ingentes *Rom.* uterumque] *rd Pal. m. alt.* utrumque *R Pal.* u*rumque *D* complet *Med.* 20 *Verg. Aen.* IIII 57 IIII *Rr* (*cf. Aen.* VI 39 totidem lectas de more bidentis) 21 lectas] *rb* laetas *ni f. cum Menag. pr. Verg. et cod. Guelferb. Arus. Mess. p.* 248 *Lind. R* l*ctas *B* lactes *GL* lacteas *K* bidentis] *d* bibendis *D* uidentis *Rom.* 22 inuenies *DLrh* 23 finientia ciuitatium accusatiuum *Rr* ut] aut *GL* exeuntia] finientia *B* 24 legimus fere ubique et in x *G* fere legimus ubique et in x *L* legimus ubique *K*

p. 776. 77 P. p. 350. 51 K.

genetiuum pluralem absque i paenultima proferant - difficile enim inuenies 'audacum' pro 'audacium' vel 'felicum' pro 'felicium', 'supplicum' autem magis differentiae causa, ut supra dictum est, profertur, ne, si 'supplicium' dicas, aliud significare videaris, quomodo 'artificum' pro 'artificium' et 'iudicum' pro 'iudicium'. Cicero de signis: didici etiam dum †ministrum inquiro, artificum nomina. Virgilius in I Aeneidos:

Artificumque manus inter se operumque laborem _,

tamen accusativum plerumque per 'es' efferunt - Lucanus in I:

Est qui, tauriferis ubi se Mevania campis
Explicat, audaces ruere in certamina turmas _,

raro per 'is'. Virgilius in IIII georgicon: ‖

deinde tenacis
Suspendunt ceras.

'plurium', quod solum in 'us' terminans talem habuit genetivum pluralem, tam in 'es' quam in 'is' finit accusativum. Virgilius in I georgicon:

Seu plures calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas. |

Terentius in Phormione:

Ego te compluris adversum ingenium meum menses
tuli.

Horatius in I epistularum:

Cum tibi sol tepidus pluris admoverit aures.

Cicero pro Cornelio I: quae intermissa compluris annos.

s
abque *Rr* i *in litura r* proferebant *r* difficile] *b* difficil* *B* deficile *K* inuenimus *GLK* 2 audacum uel audacium felicum uel felicium *GK* audacum pro audacium felicum pro felicium *k* c audatium *Rr* uel *om. L* 3 differentiae] *d* differentia *D* suppra *K* i si supplicum *Rr* si suplicium *H* 5 *Cic. in Verr. or.* II IIII 2, 4 6 cum *L* ministrum] in istum *Cicero* artificium *Cic. Reg. Verg. Aen.* I 455 8 artificum quae *DH* 9 ecferunt *L* *Luc. Phars.* I 473 *sq.* 10 quitaum feris *G* semae uania *G* saeme uania *H* femae uania *L* se*mae*ua-nia *Kk* 11 ruere *ex corr. r* certamine *GL* 12 *Verg. georg.* IIII 161 *sq.* i *(deficit Rom.)* 13 tenacis] *etiam Fr.* tenaces *R* tenaces *Med.* 14 suspendunt] *b* su*pendunt *B* coeras *GLK* uel plus 15 plurium *Gg* plurimum *Dd* pluralem *om. D* 16 *Verg. georg.* I 89 *sq. cf.* § 34 1] *g* II. *RBDHGK* U. *L* 18 pluris ni *DH* relaxas *B* 19 novas] *d* nouus *DGLK* inueat *H* quas *GK* succus *Rr* 20 *Ter. Phorm.* III 2, 35 formione *G* 21 cumpluris *BH* complures *GLKr* 23 oratius *K* *Hor. epp.* I 20, 19 aepistolarum *K* 24 trepidus *codd. nonnulli Hor.* pluralis *D* plures *libri Hor. fere omnes* ammouerit *GL cum Hor. Gothano* aures] *R cum Horatio, om. GLK* auras *BDHr* annos *libri aliquot Hor.* 25 *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 33 *p.* 451 *Or.* cornilio *GK* intermisa *K*

p. 777. 78 P. p. 351 K.

'harum litium has lites' et 'litis'. Cicero in frumentaria: sedasti etiam litis illorum.

DE NOMINATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

XVIII 87 Quarta declinatio terminationes habet in nominativo duas, in 'us' correptam et in 'u'. in 'us' masculinorum et femininorum tantummodo Latinorum, ut 'hic senatŭs huius senatus', 'haec manŭs huius manus'. in 'u' neutrorum, quae et indeclinabilia sunt in singulari numero, ut 'hoc genu huius genu', 'hoc cornu huius cornu', in quibus quamvis quibusdam artium scriptoribus videatur temporum esse differentia - dicunt enim, nominativum quidem et accusativum et vocativum corripi, reliquos vero producī -, ego in usu pariter in omnibus produci invenio casibus haec nomina; nec irrationabiliter: omnis enim in quacumque parte terminatio in u desinens producitur: 'fluctū', 'Panthū', 'tū', 'diū'. Ovidius in VIIII metamorphoseon:

dextroque a poplite laevum
Pressa genū, digitis inter se pectine iunctis,

ecce enim hic accusativus est sine dubio et producitur. apud Virgilium quoque in I:

Nuda genū nodoque sinus collecta fluentis,

quomodo enim 'sinus collecta' accusativum iunxit nominativo, sic etiam 'nuda genu'.

DE GENETIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

88 Genetivus igitur in 'us' desinentium fit producta 'us', ut 'huius senatūs', 'hu||ius manūs'. vetustissimi tamen inveniuntur eorum nominum

1 litium] *d* latinum *D* et] uel *GLK* *Cic. in Verr. or.* II III 57 132 sedasti] *d* s*asti *D* 2 litis] *sic etiam Cic. Fabricianus* lites *libri Cic. rell.* in litis aī eorum *K* illorum *Rr* eorum *DHK* 3 DE NOMINATIVO ET DE OBLIQVIS CASIBVS IIIITE DECLINATIONIS *B* NOMINATIVO CASV *r* QVARTAE] *rd* QVARTE *RD* 4 in nominatiuo habet *GL* habet nominatiui *K* 5 correpta *B* u. in] u et in *K* et femininorum et femininorum tamtummodo latinorum *Rr* ni feminorum *B* 7 quae indeclinabilia *BGLK* hoc genus *Rr* 9 tē porum *Rr* 10 quidem *post* uocatiuum *collocant GLK* 11 produci in omnibus *G* 12 inrationabiliter *B* irrationa**biliter *K* enim] *h* autem *H* 13 *Ovid. metamorph.* VIIII 298 *sq.* VIII. *RBHGLK* 14 methamorphoseon *R* p 15 a pollite *Rr* apo plite *K* a polite *H* apolite *B* ap||polite *G* est poplite, e poplite *et* v s s in poplite *vv. ll. codd. Ovid.* laeum *Ll* 16 praesa *Rr* pūsa *L* pūsa *K* genu *Ll* degetis *K* digitisque *et* et digitis *vv. ll. librorum Ovid.* uinctis *H cum Zwiccav. utroque, Dresd., Lips. utroque Krehlii* nexis *codd. nonnulli Ovid.* 17 et *add. h* *Verg. Aen.* I 320 18 I. eneidos *d* 19 nodoque] *h* nudoque *H Med.* u sinos *Med.* collecta *ex* **llecta *corr. B* *post* sinus collecta: fluentis — sinus collecta *om. G, om.* enim *add. g* 20 enim *om. LKg* 22 GENITIVO *BGL* QVARTAE] *r* QVARTE *R* 23 igitur in us ******(igitur) *K* in *add. r* aī etiam 24 tamen *Rr*

p. 778 P. p. 351. 52 K.

etiam in ‘uis’ divisas proferentes genetivum. Terentius in heautontimorumeno:

Texentem | telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis causa, opinor, quae erat mortua.

DE DATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Dativus eius declinationis fit a genetivo abiecta s et addita i, sed corripitur paenultima, ut ‘huic senatŭi’, ‘manŭi’. est tamen quando poetae metri causa pro eo ablativo utuntur. Virgilius in I Aeneidos:

Parce metu, Cytherea, manent inmotă tuorum
Fata tibi,

pro ‘metui’. idem in IIII georgicon:

Namque aliae victu invigilant,

pro ‘victui’. in eodem:

concubitu indulgent,

pro ‘concubitui’.

DE ACCVSATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Accusativus quartae declinationis a nominativo fit mutata s in m: 89
‘hunc senatum’, ‘hanc manum’.

DE VOCATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Vocativus similis est nominativo: ‘hic senatus, haec manus’, ‘o senatus, o manus’.

DE ABLATIVO SINGVLARI QVARTAE DECLINATIONIS.

Ablativus a genetivo fit abiecta s, producit enim u: ‘ab hoc senatū’, ‘ab hac manū’.

DE NOMINATIVO PLVRALI QVARTAE DECLINATIONIS.

Nominativus et accusativus et vocativus pluralis in hac declinatione

1 in uis *Dd* diuisa s *Rr* *Ter. heautontim.* II 3, 44 *sqq.* eautontimorumeno *RD* heautontimorumino *B* eautontimorumenon *r* eutontimorumeno *L* heatontimorumeno *G* eutoñ. *K* 3 quod telam *K* studiosse *G* ipsam *om. HGLK* ostendimus *GLK* 5 Eius] huius *G* oppinor *B* 6 SIGVLARI *D* CASV SINGVLARI *B* 7 Datiuus singularis eiusdem declinationis *GL* Datiuus sing̃ quartae declinationis *K* i sed] *r* is et *R* 8 penultimama *Hh* manuhi *Rr* est t amen *Rr* 9 utuntur *in mg. add. K* *Verg. Aen.* I 257 *sq.* in I inaeidos *D* I] *om. R* I. *r* 10 cyterea *Rr* citherea *BGL* cytharea *DK* cythaerea *d* immota *BLK* 12 *Verg. georg.* IIII 158 13 namquae *Rr* inuigelant *G* 14 pro] p *L* *Verg. georg.* IIII 198 15 indulgens *Med.* 19 ut hunc *G* 20 VOCATIVO CASV *R* DATIVO *B* SINGVLARI *om. GL* 21 o senatus haec manus *BDH* ho *Rr* 22 ho *Rr* 23 ABLATIVO CASV *B* 24 hos senatu *Rr* 26 NOMINATIVO] NOMINATIVO CASV *B* NOMINATIVO ET VOCATIVO ET ACCVSATIVO *D* QVARTE *B* 27 plurales *h*

p. 778. 79 P. p. 352. 53 K.

similis est genetivo singulari, ut ‘hi’ et ‘hos’ et ‘o senatus’, ‘hae’ et ‘has’ et ‘o manus’. (‘hae idus harum iduum’ semper plurale est, ut omnium festorum nomina.)

DE GENETIVO PLVRALI QVARTAE DECLINATIONIS.

90 Genetivus pluralis a nominativo fit || singulari abiecta s et assumpta ‘um’. corripitur enim u in utraque syllaba, quomodo et nominativus: ‘horum senatŭŭm’, ‘harum manŭŭm’. et oportet scire, quod in hac declinatione omnes pares habent syllabas nominativo singulari excepto dativo singulari et genetivo et dativo vel ablativo pluralibus, qui una superant syllaba. quod habebat etiam genetivus singularis, cum apud vetustis|simos in ‘uis’ divisas desinebat. invenitur tamen, sed raro, apud poetas genetivus pluralis in hac quoque declinatione per syncopam prolatus. Virgilius in VI:

quae gratia currum
Armorumque fuit vivis,

quamvis etiam geminata u possit metrum per synaloepham stare, cum sequens versus a vocali incipiat; nec non etiam duabus vocalibus iunctis prior potest in metro excludi, ut:

Ferreique Eumenidum thalami.

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI QVARTAE DECLINATIONIS.

91 Dativus et ablativus pluralis quartae declinationis fit a nominativo singulari mutata u in i et interposita ‘bu’, ut ‘hic senatus his’ et ‘ab his senatibus’, ‘haec manus his’ et ‘ab his manibus’. est autem quando differentiae causa servat u, ut ‘artus artubus’, ‘partus partubus’, ‘arcus arcubus’. ‘artibus’ enim et ‘partibus’ et ‘arcibus’ ab arte, parte, arce nascuntur, quae sunt tertiae declinationis, cuius dativus et ablativus pluralis paenultimam aliam nisi i correptam habere non potest (unde ex-

1 similes sunt *h* 2 haec idus *B* haeidus harum induum *D* harum iduum] has idus et o idus *GL* hiduum *Rr* idum *K* pluralia *L* est *om. GLK* 3 festorum nomina dierum *B* 4 *inscr. om. L in marg. add. l* GENITIVO *DG* GENITIVO CASV *B* 5 Genetiuus casus pluralis *H* assumta *L* adsumpta *ex* absumpta *corr. B* 6 uliraque *D* et in nominatiuo *d* 8 omnes *Gg* omnes casus *R* 9 et ablatiuo et datiuo *G* et ablatiuo *HGLK* 10 genitiuus etiam *B* aput *R* 11 desinabat *Dd* 12 *Verg. Aen.* VI 653 *sq.* 14 quae gratia] *r* qua gre cia *R* gratia* *B* gracia *H* curruum *Fr. m. alt. et, in* currum *corr., Pal.* 15 armarumque uel fuit *H* unus *Rr* uiris *L* 16 u littera *B* posset *DHGL* synalipham *RBDL* sinalifam *HG* sequen *R* 17 incipit *B* uocabilibus *D* 19 *Verg. Aen.* VI 280 eimenidum *Hk* 20 PLVRALIB; *B* 21 pluralis *in mg. add. L* 22 muta *Rr* hic senatus] *h* hi* senatus *H* 24 partus *om. K* arcus arcubus] *r* artus artubus *iterum R* 25 artibus enim et partibus et arcibus] *r* partus partibus enim et partibus et artibus *R*

p. 779. 80 P. p. 353. 54 K.

cipitur ‘his’ et ‘ab his bobus’); in hac vero [id est quarta] in quibusdam inveniuntur veteres per supra dictos casus plurales, quamvis nulla cogente causa differentiae, u paenultimam pro i ponentes, ut ‘portubus’, ‘tribubus’ ‘lacubus’. Ovidius in IIII fastorum:

Praemia, de lacubus proxima musta tuis.

neutrorum vero singularia, quae indeclinabilia esse supra dictum est, corripientia u assumentiaque a faciunt nominativum et accusativum et vocativum plurales: ‘cornu || cornua’, ‘genu genua’. genetivus vero et dativus vel ablativus ad similitudinem fit tam masculini quam feminini: ‘cornuum’ [genetivus] ‘his’ et ‘ab his cornibus’ [dativus et ablativus]. |

DE NOMINATIVO CASV SINGVLARI QVINTAE DECLINATIONIS.

Quinta declinatio terminationem habet nominativi unam in ‘es’ pro- XVIIII 92
ductam, et sunt omnia feminini generis et Latina. excipitur unum, ‘diēs’, quod in singulari numero tam masculini quam feminini generis invenitur, ut Lucanus in II:

pro fata! quis ille,
Quis fuit ille dies?

Virgilius in IIII Aeneidos:

Ille dies primus leti primusque malorum
Causa fuit.

idem in II:

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae.

in plurali vero semper masculini invenitur, ‘hi dies’, sicut etiam ab eo compositum semper masculini generis est, ‘hic meridies’. Terentius in adelphis:

†praeterea
Meridie ipso faciam ut stipulam colligat.

1 et a his *R* bubus *RBH* quarta] quarte declinatione *H* in quibusdam *om. GL* in quibus^{dam} *in mg. add. Kk* 2 per *om. D* 3 portubus] *ex* partubus *corr. sup. lin. add. K* partubus *G* 4 *Ovid. fast.* IIII 888 IIII] *Wallrafianus* III. *rell.* 5 Proemia *B* praemea *K* 6 indeclinabia *G* corripienti^{a} *Dd* 7 adsumentiaquae A *B* assumentia a *K* 8 pluralem *L* cornu *add. r* genu *spscr. K* uero *om. GLK* 9 vel] et *HGr* femini *H* cornuum genuum genitiuus *B* 10 genetivus — ablativus] genuum cornibus genibus *rh* genuum cornibus *D* cornibus genibus datiuus *B* 11 casv *om. D* 12 Quarta *Rr* 13 feminini *in lit. B* Excipiuntur *D* Excipitur enim unum *Hh* unum id dies *K* 15 *Luc. Phars.* II 98 *sq.* .U. *G* 16 Proh *H cum Voss. A et corr. Voss. B* profeta *Gg* facta *H* 17 qui^{s} fuit *Dd* 18 *Verg. Aen.* IIII 169 *sq.* aenaidos *D* 19 laeti *RBHK* loeti *DG* malorum] *Pal. m. alt.* laborum *Pal. m. pr.* 21 *Verg. Aen.* II 324 *sq.* U. *G* 22 inelutabilia *H* 24 uero numero masculini semper *G* masculini semper *LK* 25 masculini semper *L* ut hic *H* *Ter. adelph.* V 3, 61 *sq.* 27 praeter haec *libri Terentiani* praeterhac *Fleckeisenus* 28 Meridie] *d* meridiae *RD* collegat *K*

p. 780. 81 P. p. 354. 55 K.

DE GENETIVO ET DATIVO CASV SINGVLARI QVINTAE DECLINATIONIS.

93 Genetivus et dativus eius declinationis sunt similes; fiunt enim extrema s nominativi abiecta et assumpta i, ut ‘hic dies huius diei huic diei’, ‘haec facies huius faciei huic faciei’. et servant quidem productionem nominativi, si i habeat paenultimam, ut ‘acies aciēi’, ‘rabies rabiēi’; sin autem consonantem habeat ante ‘es’, corripitur e tam in genetivo quam in dativo, ut ‘haec fides fidĕi’, ‘res rĕi’, ‘spes spĕi’, ‘plebes plebĕi’. veteres tamen frequentissime inveniuntur similem ablativo protulisse in hac declinatione tam genetivum quam dativum, ut Sallustius in historiis libro I: dubitavit acie pars, pro ‘aciei’, et Virgilius in I georgicon:

Libra die somnique pares ubi fecerit horas,

‘die’ pro ‘diei’. Ovidius quoque in III metamorphoseon ‘fide’ pro ‘fidei’ posuit:

Prima || fide vocisque ratae temptamina sumpsit.

idem in VI:

Vtque fide pignus dextras utriusque poposcit.

DE ACCVSATIVO SINGVLARI QVINTAE DECLINATIONIS.

94 Accusativus a nominativo fit mutata s in m et necessario correpta e. numquam enim ante m terminalem longa invenitur vocalis, ut ‘hunc meridiĕm’, ‘hanc rĕm’.

DE VOCATIVO CASV SINGVLARI QVINTAE DECLINATIONIS.

Vocativus similis est nominativo: ‘hic meridies o meridies’.

1 GENITIVO *BDG* 3 eius] quintae *L* similes sunt *B* fiṵnt *Hh* fit *BLK* 4 abgecta *Rr* adiecta *B* adsumpta *B* 5 huius facie *Dd* huic] *r* uhic *R* et *eras. in R om. HGLK* servant] *r* seruat *R* 6 si *in litura r* habeant i penultima *K* habeant *BDHGL* 7 habeant *GLK* adte *Dd* es] *k* s *K rell. (ex corr. H)* 8 ut fides *LK* fides huius fidei huic fidei *BDH* 9 tamen *in litura r* protulise *GL* 10 tam in genitiuum *Dd* ut *om. H* *Sall. hist.* I *fr.* 107 *p.* 118 *Kr.* historiis *ex* h*storiis (o?) *corr. L* historis *G* 11 dubitavi *B* dubibatauit *H* acie *Rr* *Verg. georg.* I 208 12 I] primo *μ* II. *libri* 13 Libera *Dd* die] *sic etiam* § 94 *lib.* XVII § 162 diei *Rom.* die *Med.* somnique] *k* sompnique *G* somnusque *LK* pars *Rr* 14 *Ovid. metamorph.* III 341 III] *add. b* I. *GL* 16 fidem *multi*, fidei *unus alterve librorum Ovid.* uocisque *ex* uocesque *corr. H* uocesque *DGLK* datae *multi libri Ovid.* temptamina] *b* temtamini *B* tētamina *D* sumpsit] *rd* sumsit *RD* 17 *Ovid. metamorph.* VI 506 18 Vt qui fide *B* Vt fidei *et* Et fidei *vv. ll. libror. Ovid.* dextra *GLK* 19 ACCVSATIVO CASV *B* accusatiuo cas̃ *L* 20 correprepta *H* correpta est e *GL* correpta est. Numquam *B* 21 longa*(m) *B* longuā *G* 23 CASV *om. DL* 24 Vocatiuus sing̃. similis *K* nominatiuo ut meridies *G* ho *Rr* meriedies *K*

p. 781. 82 P. p. 355 K.

DE ABLATIVO SINGVLARI QVINTAE DECLINATIONIS.

Ablativus quoque fit a nominativo abiecta s: 'hic meridies ab hoc meridie', 'haec acies ab hac acie'. inveniuntur tamen huiuscemodi ablativo veteres etiam pro genetivo usi, ut Virgilius:

Libra die somnique pares ubi fecerit horas,

'die' posuit pro 'diei'. Sallustius quoque in historiis: dubitavit acie pars, pro 'aciei'. idem in I: at inde nulla munitionis aut requie mora processit ad oppidum, 'requie' pro 'requiei'. quidam tamen antiquissimorum etiam similem nominativo genetivum protulerunt eius declinationis.

DE PLVRALIBVS CASIBVS QVINTAE DECLINATIONIS. ||

Nominativus pluralis et accusativus et vocativus similis est nominativo 95
singulari, ut 'haec res hae' et 'has' et 'o res'.

Genetivus fit addita ablativo singulari 'rum': 'ab hac re harum rerum', 'a die dierum'; qui tamen in aliis fere omnibus usu apud plerosque deficit. itaque Cicero hoc approbat in topicis dicens: in divisione formarum, quas Graeci εἴδη vocant, nostri, si qui haec forte tractant, 'species' appellant, non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, 'specierum' et 'speciebus' dicere, et saepe his casibus utendum est: at 'formis' et 'formarum' velim. inveniuntur tamen vetustissimi secundum analogiam hoc usi casu. Cato Censorius in oratione, quam scripsit, uti praeda

1 ABLATIVO CASV *B* SINGVLAR *R* 4 etiam *om. R* *Verg. georg.* I 208 *v.* § 93 5 somni^{que} *H* somnusque *L* fecer^{i}t *Dd* 6 *Sall. hist. lib.* I *fr.* *v.* § 93. *hoc Prisciani testimonium omiserunt Sall. fragmentorum editores* quoquo libro I in histo-riarum in istoriis *Dd* historis *GLK* historiis libro I § 93 dubatauit *H* dubit**** *K* 7 pars *add. D* *Sall. hist.* I *fr.* 99 *p.* 116 *Kr.* At illa inde *D* munitionis] *d* monitionis *DGL* ^{a}ut *Rr* 8 *ora(in?) *K* procesit *G* 9 protullerunt *G* 11 At M de nominatiuo et accusatiuo et uocatiuo plurali quintae declinationis *ad mg. r* DE NOMINATIVO ET ACCVSATIVO ET VOCATIVO PLVRALI QVINTAE DECLINATIONIS *D* CASIBVS PLVRALIBVS *B* 12 Pluralis nominatiuus *BH* similes sunt *GL* 13 ut *om. BDHGLK* et hae et has et *B* hae^{res} *Rr* hae et has et] et hae res has et *GL* et hae has res et *K* 14 DE GENITŌ *inscr. D* adita *R* ut ab *L* habac re^{h}arum *Rr* 15 pleros^{que} *K* pleros *G* 16 defecit *RDH* dificit *G* diffecit *K* *Cic. topic.* 7, 30 hoc *om. G* 17 formarum] *vel* formae *vel* formae sunt *vel* sunt formae *codd. Cic.* εἴδη] *Ascensius, Schuetzius* ΕΙΔΗΑC *Cic. Einsidl.* ἰδέας *libri Cic. ut vid. plerique* ΕΙΟΝ *GK* ΔΕΙΟΝ *R* ΙΑΗ.ΙΟΝ *D* ΕΙΔΕΑ (ΔΕΑ *add. l*) *Ll* ΥΑΗΑC *in litura h* ΑΕΥΟΝ *B* nostri si] *sic,* ni si, *K* nisi *k* 18 pessime* id *H* quidem] *L ex corr.* quid^{o} *L m. pr. GK* 19 sed] si *GK* si *L* ad *in litura l* dicenda *Rr* 20 ne si] nisi *BH* nec si *Dd* uel nisi possit quidem dici *Cic. Sangall. b* 21 is *R* iis *v. l.* im. Inueniuntur tamen *codd. Cic.* at] ut *RBH* a *GL* aut *K* 22 uellim *G* uel ******* uetustissimi *Rr* 23 uti *L* cato ****(cato) *K* *Catōn. Censor. or., uti praeda in publicum referatur, ap. Meyerum l. l. p.* 78 *sq.* praedam *LK*

p. 782 P. p. 355. 56 K.

in publicum referatur: miror audere atque religione non tenerei, statuas deorum, exempla earum facierum, signa domi pro supellectile statuere. |

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALIBVS QVINTAE DECLINATIONIS.

Dativus quoque et ablativus plurales ab ablativo fiunt singulari adiecta ‘bus’, ut ‘ab hac re, die’, ‘his’ et ‘ab his rebus, diebus’. sicut autem genetivi, sic etiam dativi et ablativi plurales in aliis nominibus eius declinationis deficiunt apud plerosque. | ||

1 in *om. GLK* puplicum *GK* refferatur *in litura H* adque *Rr* religione] *R* religionem *BDHL* relegionem *GK* tenerei] *scripsi* tenere (ten *in litura H*) *libri* 2 earum] harum *duo codd. Paris. l. a Dübnero in Meyeri orr. R. fragm. ed. Paris. p.* 142 dearum *Waltrafianus* sacrarum *Dübnerus l. l.* eorum *G. E. Weberus Cato maior p.* 32 *f.* dearum, earum facierum signa 3 supellectili*(e) *R* suppellectile *HGK* 4 DE DATIVO ET ABLATIVO EIVSDEM DECLINATIONIS *D* PLVRALI *B* 5 ablatiuus quintae declinationis fiunt a singulari ablatiuo *GLK* pluralis *B* ab *om. RBD add. rd* adgecta *Rr* abiecta *B* 6 ut *om. BDHGLK* re rebus die his et ab his diebus *GLK* 8 eiusdem *in litura h* eiusde (*sic*) declinationis *K* difficiunt *GK*

EXPLICIT LIB VII PRISCIANI GRAMMATICI DE OBLIQVIS CASIBVS NOMINVM FELICITER. | INCIP LIB VIII PRISCIANI GRAMMATICI DE VERBO FELIC. *R* ARTIS PRISCIANI VIRI DISERTISSIMI GRAMMATICI CESARIENSIS LIBER VII DE OBLIQVIS CASIBVS EXPLICITVS. INCIPIT LIBER VIII. DE VERBO. *B* Explic. lib. VII. psciā. grammā. de obliquis casibus nominum feliciter. |*Incip de uerbo psciā lib. VIII. *G* EXPLICIT LIBER .VII. PRISCIANI GRAMATICI DE OBLIQVIS CASIBVS NOMINVM. | FELICITER. AMEN. | INCIPIT LIBER EIVSDEM .VIII. DE VERBO. *D* Explicit lib VII psciani grāmatici de obliquis casib. noum felicit | incipit de uerbo psciani grāmā lib VIII. *L* explī liber ″psciani ″.VII. grammatici de obliquis casibus nominum feliciter. Incī VIII. de uerbo. *K* INCIPIT LIBER VIII. *H*

LIBER OCTAVVS.

p. 781—83 P. p. 357 K.

DE VERBO.

Verbum est pars orationis cum temporibus et modis, sine casu, agendi I 1
vel patiendi significativum. || hac enim definitione omnia tam finita quam infinita verba comprehenduntur. et neutra enim [quae dicuntur absoluta] et deponentia omnimodo naturaliter vel in actu sunt vel in passione. || verbum autem quamvis a verberatu aeris dicatur, quod commune accidens est omnibus partibus orationis, tamen praecipue in hac dictione quasi proprium eius accipitur, qua frequentius utimur in omni oratione. licet tamen pro omnibus dictionibus dicere 'verba' frequentique usu hoc approbatur, nec non etiam 'nomina', sed raro, ut Virgilius in III:

foliisque notas et nomina mandat.

Terentius in adelphis:

verbum de verbo expressum extulit.

idem in Andria:

Bona verba quaeso.

Verbo accidunt octo: significatio sive genus, tempus, modus, species, 2
figura, coniugatio et persona cum numero, quando affectus animi definit.

Sciendum autem, quaedam verba inveniri defectiva quorundam supra dictorum accidentium et hoc vel naturae necessitate fieri vel fortunae casu.

2 tempore *L* casu] causa *B* ca*s* *b* 3 quam infinita *add. r* 4 conprehenduntur *B* enim *om. GLK* et absoluta *GLK* ** absoluta (et?) *H* 5 uel in pasione sunt *G* de diffinitione uerbi *ad mg. l* Verbū *ex* Verba *corr. H* 6 autem] *d* ante *D* 7 in ac *Bb* *post* dictione: quasi proprium — oratione *om. videtur B* quasi proprium — ficet tamen *in lit. decem fere literarum* (licet tamen?) *et ad mg. add. b* 8 liquet *G* 9 ** *Rr* adprobatur *B* 10 sed *om. H* s& *in marg. h* *Verg. Aen.* III 444 VI. *RBDGLK* VI *d* 11 fata canit foliisque *K* natas *Med.* nomina] *d* omnia *D* 12 Terentius — quaeso *in mg. add. d* *Ter. adelph. prolog. v.* 11 in delphis *R* *post* in adelphis *excidit f. initium versus:* In adelphos 13 exp̄sum *G* 14 *Ter. Andr.* I 2, 33 Andria bona *in litura*, uer *ad mg. r* 15 "quaeso "uerba *K* quesso *G* q̄sso *L* 16 De modis partiū orationū. *l* seu *K* 17 congugatio *Rr* coniunctio *B* et *om. GL* effectus *Rr* 18 difectiua *GL* diffectatiua *K* quorumdam *B* 19 furtunae *GK* 20 casu] *r* causa *R*

p. 783. 84 P. p. 357. 58 K.

Ergo naturae necessitas bipertita est in significatione et in commoditate, id est in consonantia elementorum. sunt enim quaedam non solum in verbis, sed etiam in aliis partibus orationis, quae si|gnificationis causa dici non debent, ut, si velimus masculinum dicere ab eo quod est ‘nupta’ ‘nuptus’ vel a ‘puerpera’ ‘puerperus’, oppugnat ipsa rerum natura propter significationem, quae solis accidit feminis, nisi figura vel auctoritas intercedat: figura, ut si dicam: ‘bonus animus uxoris mihi nuptus est’ pro ‘bonum animum habens uxor mihi nupta est’; auctoritas, ut Plautus in Casina:

Libet Charinum quid agat scire novum nuptum,

3 pro ‘maritum’. nec non in pronominibus quae sunt tertiae personae primitivis si velimus vocativum proferre casum, qui non potest nisi secundae accidere personae, haec eadem naturalis necessitas vetat. praeterea ‘sui sibi se a se’; nominativum hoc pronomen habere non potest ideo, quia, quotiens hoc pronomen ponitur, ostendit tertiam personam vel ipsam et agere simul et pati a se, ut ‘paenitet illum sui’, ‘invidet sibi’, ‘accusat se’, vel et ipsam agere et aliam extrinsecus in eam, ut ‘rogat, ut sui|| causa facias’, ‘petit, ut sibi concedas’, ‘precatur, ut se custodias’. quod cum fit, id est quando eadem persona et agit et patitur vel a se vel ab alia, non indiget nominativo casu, sed eo, cui solet adiungi verbum, quod actum significat, id est genetivo vel dativo vel accusativo vel ablativo, quos et habet hoc pronomen; ipsum enim verbum agentis personae nominativum in se habet, si enim dicam ‘rogat te, ut ad se venias’, sine dubio intellegis in eo, quod dixi, ‘rogat’ simul et ‘ille’, qui est nominativus. haec eadem ratio naturalis etiam in interrogativis et in infinitivis nomini-

1 Ego *Rr* bibertita *G* et *om. G* 2 Id ē *d* Idus *D* in in consonantia *K* consonantiam *L* Sun*t* *Bb* nec solum *DHGLK* 4 dicere *om. G* 5 oppugnat enim ipsa *d* 6 feminis] *r* femininis *RBK* vel] *uel* et *K* 7 nuptus] *b* nupt*(a?) *B* *post* nuptus est: pro bonum — nupta est *om. G add. g* pro bonum — Casina *in lit. unius lin.* (Auctoritas ut plautus in casiña *B?*) *et ad mg. add. b* 8 plat*u*s *Hh* *Plaut. Cas.* V 1, 5 *sq.* 10 Charinum quid *G et libri tantum non omnes* § 12 etiam *corr.* nūquid *Rr* etiam numquid *BDH* etiam nunquid *LK* Chalinum quid *Plautus* 11 marito *K* primitiuis quae sunt tertiae personae *B* 12 qui] quod *L* potest nisecundae *H* 13 *uel* ratio necessitas *Dd* propterea *GL* 15 quoties *H* ipsam *uel* agere *K* ipsam agere *Br* 16 poenitet *Hk* illum *sibi* sui *Rr* 17 extrinsecus secus *K* ut] ut est *rd* rogat te *Dd* 18 praecatur *RBH* 19 fit *add. r* sit *G* eadem personam *R* tertia persona *r* 21 vel ablativo] et ablatiuo *G* quos habet *K* 22 hic pronomen *Hh* verbum] *b* berbum *B* agentis] *b* agent*s(e?) *B* 25 in interrogativis] *r* interrogatiuis *R* in infinitivis] *r* infinitiuis *RK* in infinitis *DHL* infinitis *BG*

p. 784. 85 P. p. 358. 59 K.

bus, quae tertiae maxime solent iungi personae et absenti vel quasi absenti, ut ‘quis’, ‘qua|lis’, ‘quantus’ et similibus, vocativum esse prohibet, quia vocativus ad aliquam finitam fit et praesentem personam, ad quam oratio dirigitur, id est ad secundam.

Incommoditate vero vel inconsonantia, quam Graeci ἀσυμφωνίαν vo- 4
cant, deficiunt quaedam, ut, si velimus ab eo, quod est ‘cursor’ et ‘risor’, feminina facere secundum analogiam mutatione ‘or’ in ‘rix’, absonum fit et incongruum naturae literarum. unde Cicero volens ab eo, quod est ‘expulsor’, proferre femininum mutavit s in t et ‘expultrix’ dixit Tusculanarum V: ρ vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum. in eodem: regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris. ab eo, quod est ‘tonsor’, ‘tonstrix’ fecit femininum addita t et ex eo diminutivum ‘tonstricula’, quomodo a ‘nutrix’ ‘nutricula’. et ea per naturam.

Per fortunam quoque duobus modis prohibemur quaedam proferre, vel quod inusitata sunt vel quod inconcinna et turpia vel aspera prolatu videntur esse.

Inusitata sunt, quibus non inveniuntur usi auctores, quamvis proportione potestatem faciente dicendi, ut ‘faux’, ‘prex’, ‘dicio’. positivum ‘faris’ debet esse ‘for’, passivum ‘do’ debet esse ‘dor’. ea enim quamvis ratione regulae bene || dicantur, tamen, quia in usu auctorum non inveniuntur, recusamus dicere.

1 quae tertiae sine dubio sunt persone quae maxime solent iungi persone *Rr* quae tertiae sine dubio sunt personae maxime solent iungi personae *B* quae tertiae sine dubio solent iungi persone *D* quae tertiae sine dubio sunt personae et maxime (maximeque *h*) iungi (adiungui *L*) personae (persone *d*) *HGLKd* quae tertiae maxime solent iungi personae *archetypus cum gloss. ni f.* personae et *Hh* et *om. DGLK* 2 et in similibus *BDH* 3 personam *K* 4 est secundam *H* a secundam *Dd* 5 ACYNΦONIAN *G* ACIM.ΦωNIAN *H* ACCIMΦŌNIAN *K* ACYMphonian *L* 6 difficiunt *GK* dificiunt *L* uelimus habeo *Rr* 7 facere *in mg. K* 8 fit] facit *L* sit *K* natura *h* uolens habeo *D* *Cic. Tuscul.* V 2, 5 10 philosophia] *k* philophia *K* philosophosia *H* indagatrix] *rhk* indicatrix *RBDGL* indacatrix *ni f. K* 11 excultrixque *Cic. Reg. Gud. pr.* epultrixque *al. codd. Cic.* *Cic. Tuscul.* V 20, 58 uirgines regiae *K* 12 ut] et *L* tostriculae *Ll* habeo *D* 13 est *add. b* tonstrinx *R* eo femininum deminutiuum *G* 14 quomo a nutrix *R* quomodo a nutritor nutrix *r* eam *Rr* 15 furtunam *GK* proibemur *Rr* 16 uel inconcina *GLK* et aspera *K* 18 Inusitata quibus *G* in quibus *K* auctores usi *K* autores *D* 19 faciende *D* faciant *GL et ex* faciunt *corr. K* ut faux — dor *add. in litura minore et ad mg. d* *post* prex: chaus *al. m. add. in D* dor.causdico for. *add. G* caus dico for *LK* ditio *DH* 20 *faris *L* do debet esse dor *om. GLK add. k* *post* dor: faux dicio for dor *add. R, del. r* Faux Prex ditio. For dor *add. H* Faux. caus. ditio. for. dor. *B* 21 non *in mg. K* inueniantur *Dd* 22 recussamus *K* reccussamus *L*

p. 785. 86 P. p. 359—61 K.

Inconcinna vero vel turpia vel aspera prolatu videntur esse ‘metuturus’ vel ‘metuiturus’, ‘nutritrix’: quod quamvis secundum analogiam debuisset dici - in ‘tor’ enim terminantia masculina, quae ex verbis nascuntur, mutant ‘or’ in ‘rix’ et faciunt feminina, ut ‘doctor doctrix’, ‘victor victrix’. cum igitur masculinum sit ‘nutritor’, ex eo | secundum analogiam nascebatur ‘nutritrix’ -, euphoniae tamen causa concisio facta est mediae syllabae, sicut ‘bobus’ pro ‘bovibus’. nec non etiam in contextu diversarum dictionum hoc solet fieri, ut ‘cum nobis’ turpe est itaque ‘nobiscum’ praeposterum profertur.

Vnus ergo ex his plerumque quattuor modis invenitur, qui facit tam verba quam alias partes orationis esse defectivas. differentiae quoque causa multa solent vel taceri vel contra regulam proferri, ut ‘fas’ genetivum non habet; nam sive ‘fatis’ seu ‘faris’ vel ‘fassis’ dicamus, aliud potest significare. ‘coniunx’ ‘coniungis’ secundum analogiam debuit proferri, sed ne verbum putetur, absque n profertur ‘coniugis’. similiter accentus ‘poné’, ‘ergô’ differentiae causa in fine ponitur. ‘Venus Veneris’, cum omnia in ‘us’ correptam propria secundae sint, solum tertiae invenitur, ne, si ‘Veni’ dicamus, verbum esse putetur. ‘far farris’ solum in r desinens geminavit r, ne, si ‘faris’ dicamus, aliud monstret. similiter repugnantibus regulis solent quaedam taceri, ut τοῦ ‘ador’ genetivus in usu frequenti non invenitur, quia duae contrariae pugnant in eo regulae. cum enim sit neutrum, debet paenultima o genetivi corripi, ut ‘aequor aequŏris’, ‘marmor marmŏris’, sed cum habeat ‘adōro’ pae|nultimam producens, debet produci. unde et derivativum eius ‘adōrea’ o producit, cum ‘marmŏrea’, ‘aequŏrea’ o corripiant. ergo repugnantibus regulis mansit ‘ador’ in frequenti usu indeclinabile. in verbis quoque cum || omnia in ‘neo’ desinentia secundae coniugationis in ‘nui’ faciant praeteritum perfectum, ut

1 Inconcinna] *r* Inooncina *RGLK* 2 uel metuturus *Dd* quamuis *in litura k* debuiset *GK* 3 in or *RD* terminata *BDG* 4 femina *RH* ut *om. GLK* 5 ex eo *K* et ex eo *G* 6 nascebatur *add. g* nutri*trix(x) *H* 7 bubus *BH* 8 dicionum *Dd* solet solet *H* 10 facit** tam *H* 11 difectiuas *G* diffectatiuas *K* 12 multa] *r* mutata *R* 13 non habet *add. r* habent *D* seu] uel *L* fassis] *hg et in litura ni f. R* fasis *GKld* fais *H* fastis *r* significare potest *GLK* 14 coniux *H* coniugis *RrDH* debet *G* 15 coniungis *R* poné ergô] *sic Franc. Ritterus elem. gramm. Lat. p.* 56, *h. l. neglecto, scripsit apud Prisc. de acc.* § 8 ponê et ergô *B* pone ergo *rell.* 16 ponitur in fine *GLK* c̄ cum *K* 17 correptam] correptam feminina *GLK* propriam *Rr* proprie *G* 18 Veni] *b* uen* *B* faris *Rr* desinens *om. GL* disinens *add. g* 19 demonstret *H* 20 ut *add. b* τοy *Rr* το *GL* τ*(ω?) *K* ador cuius genitiuus *GL* fronti *Hh* 21 repugnant *B* in in eo *K* 23 uerbum adoro *BDHGLKr* 25 corripeant *Gg* corripiunt *L* reppugnantibus *ex* repugnantibus *effecit L* 26 cum omnia *in mg. K* in neo] *rdg om. R* in eo *BDGLK* 27 nui] *bd* ui *BDGLK* faciunt *L*

p. 786. 87 P. p. 361. 62 K.

'teneo tenui', 'moneo monui', differentiae causa 'maneo mansi' facit, ne 'manui' dativus 'manus' putetur, et 'neo nevi', ne, si 'nui' diceremus, a 'nuo' esse videatur, 'audeo ausus sum', quia 'hausi' ab 'haurio' fit, quamvis huic aspiretur. 'fac', 'dic', 'duc', 'fer' magis placuit per apocopam proferri differentiae causa, ne, si 'face', 'dice', 'duce', 'fere' diceremus, aliud significare putaremur, quamvis hoc non in omnibus consimilibus vel univocis soleat fieri. singula igitur verbis accidentia disserentes, quae in quibusque deficiant, prout animo occurrant, ostendemus.

DE SIGNIFICATIONE.

Significatio vel genus, quod Graeci affectum vocant verbi, in actu est II 7
proprie, ut dictum est, vel in passione, et omnia verba perfectam habentia declinationem et aequalem vel in o desinunt vel in 'or'.

Et in o quidem terminantia duas species habent, activam et neutralem.

Et activa quidem semper actum significat et facit ex se passivam absque duobus verbis, 'metuo' | et 'metuor', 'timeo' et 'timeor'; haec enim contrariis vocibus videntur habere significationes, quamvis etiam ad sensus pertinentia verba, si quis altius consideret, in activis vocibus passionem et in passivis actionem fieri inveniat, ut 'audio te', 'video te', 'tango te'; ostendo enim, pati me aliquid in ipso actu. cum enim dico 'audio te', ostendo, quod vocis tuae actum patiuntur aures meae; et e contrario 'audior a te' dico, cum vox mea agit aliquid in aures tuas. sed tamen quia nobis agentibus, id est sentientibus et aliquid facientibus, et oculi vident et aures audiunt et tactus corpori evenit, non irrationabiliter activorum et vocem et constructionem habuerunt.

Neutra vero appellaverunt, quae in o desinentia sicut activa non faciunt ex se passiva, quamvis varias habeant significationes, de quibus post docebimus.

1 diffaerentiae *R* manneo *Rr* facit *om. GL add. g* 2 nevi] *d* noui *D* neui *** si *K* ne *in litura r* 3 ausi *RrD* aurio *RrD* 4 aspiraretur *L* dic *del. r om. D* 5 si *om. R* dice *om. RBD* duce dice *H* duce fere dice *GL* 6 diceremus *add. g* putaremur] *b* ****remur *B* Quā *Rr* in *om. K* 7 accidentia uerbis *DGLK* discerentes *Rr* differentes *l* deferentes *in* deserentes *mut. K* 8 quae *om. G* q; *g* quibus *GL* deficiunt *G* occurrent *DH* 9 de signi *t* genere. *g* de diffinitione V. generū uerborum *L inscr. om. DG(HK?)* 10 affecton *H* effectum *GL* ΔΙΑΘΟΗCΙΝ id est effectum *Darmstad.*[b] *uerbi (&) *K* 11 proprie] *rh* propriae *RBDHK* 12 o defiunt *Hh* 13 act**um (iu) *H* 15 passiua *H* abque *R* 16 et timeo et *BH* Haenim *Rr* 17 uocibus uocibus *K* 18 concideret *R* considerat *G* 19 et passiuis *DHGLK* et passiuis uocibus actionem *B* accionem *D* 20 ostendi *Rr* audio *ex* audeo *corr. B* "te "audio *K* 22 cum] quod *in litura h* uox *in lit. b* 23 sencientibus *D* 24 inrationabiliter *B* 27 habeant uarias *DHGLK* postea *G* 28 decebimus *Dd*

p. 787 P. p. 362. 63 K.

8 In ‘or’ vero terminantia tres species habent: passivam, quae ex activis nascitur et semper passionem significat exceptis supra dictis, communem, quae una terminatione tam actionem quam passionem significat, deponentem, quae cum similem habeat communibus positionem in ‘or’ desinendi, tamen deponens vocatur, quasi simplex et absoluta, quod per se ponitur, vel quae deponit alteram significationem et unam per se tenet, quomodo positivus gradus dicitur, qui absolutus per se ponitur non egens alterius coniunctione. haec quoque tamen species [id est deponens] quomodo neutralis diversas habet significationes, de quibus latius in sequentibus tractabimus.

9 Activa igitur et pas|siva et communia certam et praefinitam habent significationem, neutra vero et deponentia variam.

Haec autem verba proprie activa vel recta vocantur, quae in o desinentia et assumpta r facientia ex se passiva, confestim cum dicuntur, possunt transire in quem fit actus et coniunguntur vel genetivo vel dativo vel accusativo casui, ut ‘abstineo irarum’ - Horatius carminum libro III:

Mox ubi lusit satis, abstineto,
Dixit, irarum -,

‘impero tibi’, ‘maledico tibi’, ‘invideo tibi’, ‘oro te’, ‘amo te’, ‘accuso te’.

Haec enim faciunt ex se passiva, quae ablativo casui cum praepositione ‘ab’ vel ‘a’ solent iungi, ut ‘abstineor a te’, ‘imperor a te’, ‘maledicor a te’, ‘invideor a te’, ‘oror a te’, ‘accusor a te’. possunt tamen passiva dativo etiam adiungi, ut ‘servor tibi’. et est quaerendum, cur activa ablativo per se non adiunguntur, et puto, quod ille casus proprius est passivorum. ideo autem dixi per se, quia cum alio casu sociata

4 possitionibus nem *K* 5 desinendi] *r* desinenti *RB* quas simplex *Hh* absaluta *Rr* quod] quae *BDLK et sic ni f. in litura H* qui *h* 6 uel quod deponit *BHL* 7 quia absolutus *h* obsolutus *Rr* 8 coniuntione *R* coniunctione*(m) *B* speties *R* 9 neutralis] *num* naturalis *R? at h. l. silentio meo ipse diffido* diuersas *om. LK* deuersas *in mg. add. k* 12 uaria *R* 13 De actiuis et passiuis uerbis *inscr. L* proprie] *r* propriae *RBD* 14 adsumpta *B* assumta *L* 15 actus] *g* ac**** *G* 16 ut abstenee *G* ut abstineto *RBDl* irarum *D post* irarum: Horatius — irarum *om. G* oratius *K* *Hor. carm.* III 27, 69 *sq.* 17 III] *lib.* XVIII § 192 IIII. *h. l. libri nisi quod* libro primo carminum *Wallrafianus* 18 Mox — irarum *add. g* lussit *K* abstineto] *l* abstineo *HLKg* 20 inuideo tibi *post* maledico tibi *sup. lin. add. l* 22 haenim *Rr* 23 absteneor *G* imperror *K* 24 inuidior *Dd* amor ate *post* oror a te *add. L* acusor *H* accussor *GLK* 25 etiam *om. G* . et *om. GL* est *om. K* querenda *H* 26 per se ablatiuo *B* per se non *H* abiuguntur *Dd* 27 dixit *Rr* casu *ex* causa *corr. H* sociata] *l* sotiato *R* sociato *BDGLK* sotiato *H*

p. 787. 88 P. p. 363. 64 K.

adiunguntur, ut ‘video solem oculis’, ‘prohibeo filium turpitudine’. accusativo quoque inveniuntur. passiva coniungi, sed figurate, ut ‘absciditur manum’, ‘frangitur pedem’, || ‘sanatur oculum’, ‘rumpitur aurem’. Virgilius in V:

intentaque brachia remis
Intenti expectant signum.

idem in III georgicon:

Pascuntur vero silvas et summa Lycaei.

Quae vero in o desinentia nihil ex his, quae propria esse activorum docuimus, habent, neutra proprie vocantur vel absoluta, ut est ‘vivo’, ‘ditesco’, ‘ferveo’, ‘sedeo’. haec enim non egent supra dictis easibus ad complendam sententiam, unde iuste | passivis quoque carent. inveniuntur tamen etiam quaedam verba, quae quamvis activam habeant significationem, passiva tamen non habent, quia nec in homines eorum actus transit, nec semper supra dictis egent necessario casibus, ut ‘prandeo’, ‘ceno’, ‘curro’, ‘ambulo’. eorum enim prolatione transgressionem fieri non est necesse ad aliquod rationabile animal, quae est sola causa, ob quam nascuntur verba passiva in prima et secunda persona; hae enim de se et ad se loquuntur, quod est suum animantium, quibus natura sermonem dedit. in tertia vero persona saepe passivum solet inveniri etiam ex huiuscemodi verbis, sed ad muta et carentia anima pertinens. dicimus enim ‘conditur holus’, ‘aratur terra’, ‘inseritur arbos’, ‘curritur spatium’, unde Terentius in adelphis:

†decurso iam spatio,

‘bibitur vinum’ - Iuvenalis in IIII:

1 iunguntur *BDGLK* turpedine *GLK* 2 figuratae *R* 3 auris *HhG* aures *BL* auris *K* *Verg. Aen.* V 136 *sq.* 5 bracchia *Med. Rom. Fr.* 6 exspectant *G Rom.* exspent *Fr.* *post* signum: Idem in II Miseros depascitur artus (Miseros *in lit.*) *add. B* idem in secundo miseros depascitur artus *Wallrafianus, v. Aen.* II 215: miseros morsu depascitur artus, *qui versus mox* (§ 24 *p.* 391, 23) *laudatur* 7 *Verg. georg.* III 314 8 syluas *R* siluae *Pal.* lycei *BH* licaei *D* liceae *GL* licetaei *K* 9 De neutrali significatione *inscr. L* nil *L* 10 proprie] propriae *RBD* ditisco *K* 11 Haenim *Rr* 12 De neutralibus actiuis *inscr. L* 13 tamen *om. DHGLK* habent *DGLK* 14 passiuam *HGKd* 15 semper *Rr* caeno *GL* ambulo ceno curro *K* 16 enim *add. g* transgresionem *GL* est] potest *GL* 17 aliquod] *dh* aliquid *RDHGLK* aliquid *B* rationale *R* sola est *B* 18 et in secunda *B* Haec *BDG* Hae*(c) *H* 19 locuntur *RH* loquntur *BK* 20 tercia *H* saep*e(a) *L* ex] in *L* 21 dins *H* conditor *Rr* 22 holus] *d* olus *RDHG* arator *Hh* arbor *L* spacium *D* *Terent. adelph.* V 4, 6 24 decurso iam spatio] *sic Prisc. etiam* § 13 *lib.* XI § 21 XVIII § 132 decurso spatio XVIII § 53 Prope iam excurso spatio *Bemb.* Prope iam excurso spacio *Bas.* Prope decurso spatio *Bentleius* spatio dixit bibitur *B* 25 unum *D* *Iuv. sat.* IIII 10, 25 *sq.*

p. 788. 89 P. p. 364. 65 K.

sed nulla aconita bibuntur

Fictilibus –,

'epotatur flumen' - idem in eodem:

epotaque flumina Medo

Prandente –,

'mendicatur panis' - idem in eodem:

Et mendicatus victa Carthagine panis –,

cum eorum primas personas natura prohibeat proprie dicere. quis enim dicit 'aror', 'inseror', 'curror', nisi poetica conformatio, id est *προσωποποιΐα*, inducatur? ergo proprie illa possunt habere primam et secundam passivorum personam, in quibus et fateri possunt eaedem personae quod in se fit, ut est 'amo te', consequitur, ut ille, ad quem dixi, con||fitendo id, quod a me audivit, dicat 'amor a te'.

III 11 Latius igitur tractemus de iis, quae videntur contra vocis formam significare, quod non solum in verbis, sed | in aliis etiam partibus orationis invenitur, ut si dicamus 'Athenae', 'Thebae' voce pluralia sunt, significatione singularia, et contra 'populus', 'plebs' voce singularia sunt, significatione pluralia, vel 'Philotium', 'Sophronium', 'Glycerium', 'Dorcium' voce neutra, significatione feminina. multa quoque alia huiuscemodi inveniuntur.

In verbis etiam sunt quaedam voce activa, quae ex se passiva non faciunt, quae generali nomine neutralia vocamus, quamvis diversas habent significationes: ex his enim quaedam vim habent activam, ut est 'facio te', 'calefacio te' (quamvis 'facitur' quoque a 'facio' pro 'fit' protulerunt auctores, ut Varro in cynico:

1 acconita *L* 3 potatur *DHG* *Iuv. sat.* IIII 10, 177 *sq.* 4 epotaque* flumina. mendicatur panis. medo prandente *H* 6 manducatur *L* *Iuv. sat.* IIII 10, 277 7 Et *om. GL* mendicatur *H* manducatus *L* chartagine *Rr* kartagine *DHGLK* 8 prohibebat *Rr* proprie] *r* propriae *RBD* 9 dicit *spscr. K* nisi si *D* conf*rmatio *L* confirmatio *Kk* confirmatio *B* *προσωποποιΐα*] π προσωπο**** *R* προσωποπεια *Hr* προσωποποπεια *D* προσαποπεcha *G* προcαποπecena *L* προσωποποπεchia *K* prosopeia *B* *προσωποποιίαν* 2 10 . Inducantur ergo *D* proprie] *rd* propriae *RBD* secundum *Rr* 11 personam passiuorum *L* personam pasiuorum *G* pateri *Dd* possunt] *in litura r* potest sunt *ni f. R* caedem] *rg* eadem *RG* eadem *D* 12 fit] sit *G* est *om. G* 13 a me audiuit *Hh* 14 his *libri* 16 athaene *RD* thaebae *D* 17 et econtra *GLK* populus *Rr* 18 et significatione *GLK* glicerium *D et ex corr. K* glygerium *G* gliggerium *L* dortium *Rr* dortium *BH* 19 neutra ****** feminina (neutra) *Rr* quoque alia] *in lit. et ad mg. b* alia *ni f. omiserat B* 22 quamvis] *d* quasuis *D* habeant *DH* habeat *B* 23 uim habent *add. g* 24 calefacio te *add. r* protullerunt *G* * 25 *Varro in cynico: sat.* XVIII *p.* 107 *Oehl.* cunico *LK* cunico sime hercule *G* Cynico sine Hercule purgante: Deorum *vel* Cynico: Diem hercule purgant *Ausonius Popma coniectanea rum in Varr. sat. p.* 618 *ed.* 1601

p. 789. 90 P. p. 365. 66 K.

Si me hercle pergunt et deorum cura non satisfacitur
Rei publicae . . .

Titinius in Quinto:

†consilium bonum gratia parvi faciatur.

'facessitur' quoque Cicero pro Cluentio: sed hoc polliceor omnibus, si cui forte hac lege negotium facessetur. bene igitur in plerisque compositis activum est: 'perficio' et 'perficior', 'conficio' et 'conficior', 'afficio' et 'afficior', 'efficio' et 'efficior'; sic paene omnia, quae cum praepositionibus componuntur; nam 'calefacio', 'tepefacio' et similia 'calefio' et 'tepefio' loco passivorum habent. 'fitur' etiam pro 'fit' dicebant. M. Cato censorius in Quintum Thermum: postquam diutius fitur. idem de Lucio Veturio: Graeco ritu fiebantur Saturnalia. similiter activam significationem habent 'officio tibi', 'noceo tibi'), quaedam vero ex eisdem neutralibus passivam, ut 'vapulo a te', 'fio a te', 'exulo a te', 'veneo a te', 'nubo tibi' - quamvis antiquissimi etiam activa significatione 'nubo te' dicebant, unde Plautus in Casina:

Libet Charinum quid agat scire novum nuptum —,

quaedam neutra, id est quae nec nos in alium extrinsecus nec alium in nos aliquid agere significant, ut est 'spiro', || 'vivo', 'ambulo', 'pergo', quae non egent aliqua coniunctione casus, cum absolutam et plenam per

1 me hercle] *Fleckeisenus, qui agnovit septenarios iambicos* mehercule *libri* pergunt] iuramentum purgant ****** (p***nt *i. e.* pergunt) *Rr* (iuramentum *videtur gloss. ad* mehercule *pertinens*) *Rr* purgant *BHdk* pergunt et] purgant, at *coni. Oehlerus* 2 r. p. *RL* *in mg.* ·i·. respublica *L* r̃. p̃ *G* reipublicae R. p *Dd* RP *H* rp̃. *K* ·R·p· *B* 3 tintinnius *H* *Titinii Quinti fr.* 6 *p.* 67 *Bth. p.* 128 *Neuk.* stúltitia cupídinis | Petúnt consilium, bóna bonórum grátia | Parui út faciatur, *Hermanni* (*opusc.* V 273) *vestigia fere secutus, nisi quod suo iure* quanta *ante* stultitia *om., Ribbeckius fr.* I *p.* 126; *cf.* § 31 *et Non. p.* 507, 16 Titinius Quinto: stultitia cupidinis petunt consilium, bona gratia ut parui faciatur in Quinto] *Putschius* in V *libri, om. edd. ante* α in Quto (*i. e.* in quinto) α 4 parua faciatur *B* 5 facessitur *Gg* Facescitur *D* uel c *Cic. pro Cluentio or.* 57, 158 6 hac] ac *R* negotium *om. D* facessetur *Gg* facescetur *D* facessetur *h* facessetur *K* facessitur *R et ante corr. ut videtur H* igitur] quoque *B* in plerumque *Dd* implerisque *RH* is 7 perficio *K* ut conficio et conficior *add. d* 9 propositionibus *D* praepossitionibus *K* 10 et tepefio *in lit. B* habentur *B* 11 marcus *GL* *M. Catonis in Quintum Thermum post censuram* (*sic Rufinian. de fig.* § 18 *cf. Fest. p.* 318ª, 17) *or. fr.: apud Meyerum l. l. or.* 37 *p.* 73 in Thermum *lib.* III § 8 X § 56 thermum *ex* thermium *ut videtur corr. K* 12 *Catonis de Lucio Veturio or. fr.: apud Meyerum l. l. or.* 28 *p.* 65 *cf. lib.* VI § 16 ueturio *K* fiebantur] *r* fiebant *RB* 13 De neutralibus quae significationem passiuam habent *inscr. L* 14 neutralibus uerbis *D* 16 etiam *om. L* 17 *Plautus in Casina v.* § 2 Casina] *bd* cassina *BD* 18 Charinum] *r* carimum *R* carinum *H* 19 De neutralibus uerbis iterum *inscr. L* Quaedam neutra *Hh* sunt id est *om.* *LK* nec tos *Rr* n aliam *ex corr. K* aliam *ex corr. K* 20 aliquid *add. r*

p. 790 P. p. 366. 67 K.

se prolata sententiam monstrent, quae et proprie neutra vocantur, sicut
13 supra dictum est. sunt alia in hac forma [id est in verbis], quae in o desinentia non faciunt ex se passiva, quae quamvis activam habeant significationem, tamen vel ad muta animalia vel ad carentia anima coniunguntur, sicut supra dictum est, ut est ‘percurro forum’, ‘prandeo piscem’, ‘ceno ovum’, quae est quando inveniuntur tertiam passivorum habentia personam, nec irrationabiliter, ut ante ostendimus: ‘curritur’ enim ‘spatium’ bene dicimus. unde Terentius in adelphis:

†decurso iam spatio

‘dixit. sunt quaedam ex eadem forma, quae passivam videntur habere significationem, sed quae non extrinsecus fit, quam Graeci *αὐτοπάθειαν* vocant, id est quae ex se in se ipsa fit intrinsecus passio, ut ‘rubeo’, ‘ferveo’, ‘caleo’, ‘tepeo’, ‘marceo’, ‘aegroto’, ‘titubo’, ‘vacillo’. itaque huiuscemodi verba non egent casu, quamvis auctores haec quoque inveniantur more activo vel passivo diversis casibus adiungentes, sed figurate, ut Virgilius in bucolico:

ardebat Alexin,

14 pro ‘amabat’. sunt alia verba, quae quamvis non ab activis proficiscentia | tamen passivam semper habent formam. et ex his quaedam eadem voce utrumque significant, id est actionem et passionem, ut est ‘osculor te’ et ‘osculor a te’, ‘criminor te’ et ‘criminor a te’. haec communia nominamus. alia vero, quae similiter eandem terminationem habentia nec ab activis nata unam dumtaxat habent significationem, sed non omnia eandem, haec deponentia vocamus, cum quaedam activam vim possident, ut ‘conspicor te’, ‘sequor te’, ‘praestolor te’ et ‘tibi’ - Terentius in eunucho:

Quem praestolare, Parmeno?

1 prolatam *RGLK* sentiam *Rr* setentiam *K* monstent *H* proprie] *rdh* propriae *RBDH* 3 habeant actiuam *K* habent *DH* 4 tamen et ad *L* animam *B* 5 ut est *om. H* caeno *RBL* 6 quae est] *om. GLK add. k* est *spscr. l* .Est *B* 7 inrationabiliter *B* spacium *D* 8 *Ter. adelph. v.* § 10 10 De neutralibus passiuis *inscr. L* quaedam *om. K* 11 *αὐτοπάθειαν*] *π* propriam passionem ·ΑΥΤΟΠΑΘΙΑ· *Hh* ΑΥΤΟΦΑΤΙΑΜ *G* ΑΥΤΟphathi *Ll* ΑΥΤΟΦΑΓΙΑΜ *K* autopathian *B* autophatiam *RD* autopathiam *r* ΥΔΙΟΠΑΤΙΑΝ *d* *ἀυτοπαθειαν* uel *ἰδιοπαθειαν 2* 12 intrinsecus fit *H* *post* ut: ardeo *m. rec. add. in K* ferveo] *add. d* ferbeo *K* 13 egreto *K* uel c nagillo *Kk* 14 inueniuntur *HK* 16 ut *om. K* *Verg. ecl.* 2, 1 (*deficit Rom.*) 17 alexim *Pal.* 18 De communibus *inscr. L* 19 et] ut *GLK* his quae eadem *L* quaedam eadem uoce *in litura b* 20 est et actionem et *BH* ut osculor *H* 21 et *om. GLK* creminor *G* et *om. GLK* creminor *G* De deponentibus actiuis *inscr. L* cōmnia *B* 22 eadem *Dd* 23 ab *in mg. add. L* tuntaxat *Kk* 24 * *L* cumdam *Rr* possident] *g* possedent *GK* 25 secor *B* p̄stulor *DG* et tibi] ut *in litura l* *Ter. eunuch.* V 5, 5 iunucho *K* iunocho *G* eunacho *L* 27 p̄**stolare *H* p̄stulare *G* parmieno *K*

p. 799. 91 P. p. 367. 68 K.

Cicero in I invectivarum: qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur –, ‘insidior tibi’. ex his multa antiqui tam activa quam passiva significatio||ne protulisse inveniuntur, et maxime ea, quae apud Graecos activa habentur et passiva: ‘auxilior te’ et ‘a te’, similiter ‘adminiculor’, ‘auguror’, ‘adhortor’, ‘apiscor’, ‘abominor’, ‘consequor’, ‘amplector’, ‘adorior’, ‘abutor’, ‘admiror’, ‘antestor’, ‘aggredior’, ‘aspernor’, ‘architector’, ‘assector’, ‘argumentor’, ‘reor’, ‘vereor’, ‘solor’, ‘arbitror’, ‘blandior’, ‘consolor’, ‘conspicor’, ‘comminiscor’, ‘complector’, ‘calumnior’, ‘carnificor’, ‘despicor’, ‘demolior’, ‘dominor’, ‘depeculor’, ‘delargior’, ‘ementior’, ‘exordior’, ‘experior’, ‘frustror’, ‘hortor’, ‘for faris fatur’, ‘meditor’, ‘obliviscor’, ‘metor’, ‘adulor’. haec plerique deponentia esse con||firmant ideo, quia frequens usus eorum significationis est activae; communia vero esse defendit cum natura ipsius sensus, tum veterum non improbanda auctoritas, a qua quae potuimus a diversis colligere libris exempla proferamus.

Lucilius:

a me auxiliatus siet

1 *Cic. in Catil. or.* I 9, 24 invectivarum] *b* uectiuarum *B* tibi *etiam lib.* XVIII § 146, *Arus. Mess. p.* 253 *Lind.* te *pars codd. Cic.* forum auleum *GL* forum v ri a.lium *Kk* pstularentur *G* praestol*arentur *H* praestolentur *v. l. ap. Cic.* 2 insidior i tibi *om. R* De dubitatiuis inter communia et deponentia *inscr. L* 3 maxeme *K* 4 habentur] *rh* habent *RH rell.* adminiculor] *r* amminiculor *RDHGL* et adminiculor *B* adulor amminiculor *d* 5 auguror adulor adhortor *B* adortor *DHr* ****tor *R* apiscor] adipiscor *rh et in litura l, αxβ Putschius* auspicor *B edd. ante α* (auspichor *3*) abominor] *r* abhominor *RBHGLKd* 6 admiror] § 16 miror *h. l. libri* miror testor antestor *l* *post* antestor (attestor *edd. ante α*): contestor detestor execror machinor polliceor dignor *in mg. add. l* exequor machinor consector contestor dignor detestor (dignior detector *3*) *edd. ante α* execror, machinor, polliceor, consector, contestor, dignor, detestor *α sqq.; in serie exemplorum infra* § 17 *inter exempla a litera a incipientia inter* antestor, *cui praecedit* testor, *et* aggredior *interponuntur* execror, machinor, polliceor, *et* reor, uereor (*al.* queror) solor, *quae catalogus hic post* argumentor *affert, in* § 18 consequor, *h. l. literae a insertum, in exemplis et in litera a* § 16 *et in litera c positum.* consector, contestor *suo loco interealantur inter* comminiscor *et* complector, dignor *et* detestor *itidem* § 19 *initio literae d inter* carnificor *et* despicor adgredior *BD* 7 assector] *r* adsector *RBDHK* a o 8 consulor *L* consulor *K* complector] amplector *D* 9 columnior *K* uel depeculor depeculior *G* depeculior *K* 10 dilargior *libri Krehliani v. eius ann. ad* § 19: *et* dilargior *Lindemanno quoque teste Heidelb.*, delargior *tamen H* expedior *D* frus- r r tor *Rr* hostor *Rr* 11 obliuiscor scrutor metor *B* adulor *in exemplorum serie cum* adhortor *coniunctum et post* auxilior *in ipso initio positum ante* adminiculor *collocant edd. ante α cum d Lips.* 2 *Krehlii* (*qui cf.* II 524 *sq.*), *ante* auguror *α sqq.; econtra post* metor: morigeror adipiscor assequor queror *add. edd. priores*, morigeror assequor queror *α sqq.*. 12 ideoque frequens *L* 13 est *spscr. r* diffendit *K* tam quam cum] quam *GL* quam *K* 14 tum] tam *GL* tam *K* inprobanda *B* qua*- i quae *H* 15 collegire *Gg* 16 De exemplis confirmantibus haec esse communia *ad mg. L* Lucilius] *k* Licillius *B* Lucillius *b* lucius *GLK* *Lucil. fr. inc.* 122 *Dous.* 121 *Gerl.* 17 siet] *L. Quicheratius in Corpeti ed. sat. Lucil. p.* 253 si est *libri; om. lib.* XI § 29

p. 791 P. p. 368 K.

passive, *βοηθηθείς*. Cassius similiter: adulatique erant ab amicis et adhortati, 'adulati' *κολακευθέντες*, 'adhortati' *προτραπέντες*. Varro: tribunicio auxilio admïniculati, *βοηθηθέντες*. Lucius Caesar: certaeque res augurantur, *οἰωνοσκοποῦνται*, cuius activum Virgilius in VII:

si quid veri mens augurat, opto;

Cicero tamen Verrinarum IIII: ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur. Gaius Fannius: haec apiscuntur, *ἐπιτυγχάνονται*. Fabius Maximus: amitti quam apisci. passive omnia sunt prolata. Verrius: saevitiaque eorum abominaretur ab omnibus passive

ω H .HOIC

1 passiuae *K* actiue *B* BOEΘEΘOEIC *Rr* BOHΘEIC *G* BO *Dd* casius *DGLK* *Cassius Severus ni f., hunc enim Cassii nomine laudat Prisc. lib.* VII § 55 *idemque significari videtur lib.* VIIII § 53 (*cf. Lindemannum ad Charisium p.* 70 *n.* 20 *ed. suae*); *inter Severi reliquias haec verba recepit Meyerus l. l. p.* 551, *cui tamen ipsi vere iudicare videntur Krausius hist. R. fragm. p.* 165 *et Weichertus de L. Vario et Cassio Parm. p.* 206 *Cassio Heminae ea tribuentes, hisque assentitur Rothius l. l. p.* 290 *sq. fr. Cass. Hem.* 20. *'Cassium' vero 'Eminam' pleno nomine et addito annalium libro sexies laudat Prisc.* (*v. ind.*), *ut sciens certe hunc eum afferendi morem ne hic quidem deseruerit: neque vero Cassii Severi exemplum ab hoc loco alienum est, nec ipsum dicendi genus a Cassii Severi aetate, quamvis participii 'adhortatus' usus passivi alterum exemplum non reperiatur* adulati q *L* adulatique — adhortati *ante* adulati *om. G* 2 adortati *R* adhor*ti *H* adulati *om. R spscr. r* adul*ati *L*

A I NΘ

KOΛΛKEYΘE**EC *Rr* KOΛKEYΘHNTEC *L* KOΛAKEIΘENTEC *K* KOΛAKEYΘENΘEC et *B* adhortati *προτραπέντες om. DHLK* ΠPOTPAΠENTEC.ut prius que passiue.uarro *B*

c b

3 *Varron. fr. inc. p.* 339 *ed. Bip.* tribunitio *Rr* tribunitio *DHGL* triunitio *K* adminiculati] *r* amminiculati *RDHGL* adminiculanti *B* adminiculatus *lib.* XI § 29

TE li

BOHΘHΘHNTEC *Rr* BOHΘHΘEIC *K* BONΘHΘEIC *GL* Lucius *Rr* Lucius Caesar] *in auguralibus sc. cf. lib.* VI § 86 4 certeque *RH* certe quae *BD* certae quae *G*

A ius

res *ex* rem *corr. B* OIWNOCKWΠ*ωYNT*I *Rr* OIWNOCKOΠO *K* cum *Rr* 5 Virgilius protulit in *GL* *Verg. Aen.* VII 273 7 *Cic. in Verr. or.* II II 6, 18 Verrinarum] *r* uarrinarium *R* uarrinarum *H* ipsius *GLK* iste *om. libri Cic. dett.* 8 provincia] *r* prouintia *RDH* perridicule] *sic etiam Cic. Lagom.* 42 *m. pr. et alii nonnulli ex melioribus* perridiculae *D* perridiculi *libri Cic. plerique* Gaius 9 Gannius Fannius *Dd* *pertinet hoc fragm. vel ad C. Fannii C. f. Strabonis cos. a. u.* 632 *orationem vel ad C. Fannii M. f. annales, quorum lib.* I *laudatur lib.* XIII § 12 *cf. Meyerum l. l. p.* 201 *Krausium p.* 174; *Fannii hist. fr.* (2) *p.* 312 *tacite inseruit Rothius* adipiscuntur *lh* EΠITYCXANONTAI *R* EΠITYΓXANONTAY *G* EΠITIXANONTAI *L* EΠYTYΓXANONTAI *K* fauius *BDHGLKr* Fabius — apisci *om. R add. r* 10 amiti *L* apisci] *add. g* adipisci *hk* *ad Q. Fabii Maximi Cunctatoris laudationem funebrem Q. filii hoc fragm. refert Meyerus l. l. p.* 5, *possit etiam ad Q. Fabii Maximi Allobrogici laudationem P. Scipionis Africani minoris* (*v. Meyerum l. l. p.* 250) *pertinere; inter Q. Fabii Maximi Serviliani annalium rell. exhibuit Krausius l. l. p.* 171 *et iterum sine ulla dubitationis nota Rothius l. l. fr. Fab.* 5 *p.* 309 passiuae *H* *Verrii Flacci fragm. v. ap. Odofr. Muellerum in Fest. praef. p.* XVI *n.* 1 11 abominaretur] *r* abhominaretur *RBGLK* ab ominibus *D* ab hominibus *BHGLK*

h i

1 Orblius *Rr* *pertinere haec videntur ad librum a Suet. de ill. gramm. c.* 9 *l.*, 'continentem querellas de iniuriis, quas professores neglegenter ab ambitione parentum acciperent', 'perialogos', *ut fertur, inscriptum. qui titulus cum aperte corruptus sit, varie temptatus est a vv. dd.* (*cf. quos l. Graefenhanius hist. phil.* II 234 *n.* 23 *et*

p. 791. 92 P. p. 368. 69 K.

dixit. Orbilius: quae vix ab hominibus consequi possunt, ἀνύεσθαι. Petronius:

animam nostro amplexam in pectore,

περιπλεχθεῖσαν. Lucilius:

Quin amplexetur qui velit, ego non si|nam me amplectier,

'amplexetur' περιπλεκέσθω. Cicero pro Roscio: quo uno maleficio scelera omnia conplexa esse videantur. Aurelius: ab his Gallos adortos, ex insidiis plurimos necatos, 'adortos' || ἐφορδευθέντας. Q. Hortensius: abusis iam omnibus locis, 'abusis' καταχρησθέντων. Varro: utile utamur potius, quam ab rege abutamur. Cannutius: turpe est propter venustatem vestimentorum admirari, ut propter turpissime vitam actam contemnere, 'admirari' θαυμάζεσθαι. Cicero pro Murena: publicis lite-

Osannus ed. suae p. 53); *equidem eum crediderim* 'Περιαλουργός' *fuisse, subtiliore quadam, non tamen inficeta eruditione ex Arist. Acharn. v.* 855 *sqq. haustum:* ὁ περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς | ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεί | πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας | τοῦ μηνὸς ἑκάστου, *ipsi Lysistrato cum professoribus nil praeterea commune esse libenter concedens* ominibus *D* 2 AYANYECTAI *Rr* ANTΘCΘAI *D* AHYECΘAI *B* ANYECE.| .u. petronius *G* *Petronii fr. t.* I *p.* 867 *ed. Burm. alt.* 3 in *om. lib.* XI § 29 4 ΠΕΡΙΠΑΕΧΘΕΙCAN *GLK* ΠΗΡΙΠΑΕΧΘΕΙCAN *R* ΠΕΡΙΤΙΑΕΧΘΕΙCAN *D* lucius *K* *Lucil. fr. inc.* 74 *Dous.* 73 *Gerl.* 5 qui *Rr* amplectetur *GLK* *post* amplexetur: qui uelit — amplexetur *om. G* 7 amplectetur *LK* ΠΕΡΙΠΛΕΚΗCΘωΝ *Rr* ΠΕΡΙΠΛΕΚΕCΤω *B* ΠΕΡΙΠΑΕΚΕCΕω *DLK* ΠΕΡΙΠΛΕΚΕCω *H* ΠΕΡΙΠΗΕΚΕCΕω *G* *Cic. pro Roscio Am. or.* 13, 37 *cf. lib.* XI § 29 pro Roscio] *k* pro scio *LK* proscio *G* maleficia *Cic. Helmstad.* 8 complexa *RBDK* amplexa *GL* Aurelius] *num* Aurelius Opilius? *historici cuiusdam mentio subesse potius videtur Osanno in ann. antig. Marb.* 1849, 25, 196, *at Aurelii* 'variae eruditionis voluminum' (*Suet. de ill. gr.* 6), *Musarum prae ceteris, argumentum certe multiplex et ne ab historia quidem alienum fuit* 9 gellos *k* ad*ortos (h) *L* adhortos *RB* ΘΦωΛΕΥΘΗΝΘΑC *Rr* ΕΦΟΛΕΥΘΕΝΤΑC *H* ΕΦΟΛΕΥΘΕΝΤΟC *D* ΕΦΔΕΥΘ*ΝΤΑC(Ε) *K* 10 Q.] *om. DH* Quintus *B* que *G* quae *dg* Q. Hortensis *ni f. in litura L* Cič ĩ hortensi* *l* hortensis *GK* *Q. Hortensii fr. inc. apud Meyerum l. l. p.* 378, *dubitantem num ex oratione aliqua an ex libro communium locorum excerptum sit* 11 ΚΑΤΑΧΡΗCΤΕΝΤωΝ *B* ΚΑΤΑΚΡΗCΘΕΝΤωΝ *D* ΚΑΘΑΚΡΕCΤΕΝ*ΤωΝ *R* ΚΑΤΑΧΡΕΘΕΝΤωΝ *G* ΚΑΤΑΚΡΝCΘΕΝΤωΝ *H* ΚΑΤΑΚΡΕCΘΕΝΤΑωΝ *K* *Varron. fr. inc. p.* 337 *ed. Bip., quod vel ad suasiones vel ad orationes Varronis pertineat* utile] *f.* ut illo quam] quae *B* a*(b) *K* 12 Canutius *GL, quae forma nominis et ipsa in lapidibus invenitur v. Murat.* 355, 2; Cannutius *ibid.* 1728, 6 Cannutiae *Grut.* 872, 4 *Murat.* 535, 5; 1395, 8; 1780, 16 canucius *D* C. Antoſius *Barthius advers.* IIII 5 *ad P. Cannuti Ciceronis aequalis* (*cf. Cic. Brut.* 56, 205 *et ll. Cluentianae ab Orellio in onomastico Tull.* II 128 *ll.*) *orr. praeeunte Falstero mem. obsc. p.* 37 *hunc l. iure suo rettulit Meyerus l. l. p.* 397; *cur vero orationibus Sulpicianis a Cannutio confictis* (*cf. Cic. Brut. l. l.*) *eum tribuerit haud perspicio* praeter *Dd* 13 ammirari *GL* ut] *L* non *K* et *edd. ante Putschium* uictam *GLK* actam] ** (ac *ni f.*) *L* contempnere *in loco mutilo mutare non ausus sum* condemnare *G* condemnari *L* contempnare *K* non contempnere *Lips.* 1. 2 *Krehlii, Krehlius* contemni *Putschius* non contemni *Meyerus, f.* non tempnere 14 ammirari *G* ΘAYMAZECTI *Rr* ΘAYMAZECTI *D* ΘAYMAZECTE *H* ZAIMAZECTI *GL* TAIMATECTI *K* *Cic. pro. Mur. or.* 9, 20 puplicis *G* lateris *GL*

p. 792 P. p. 369. 70 K.

ris testata sunt omnia, 'testata' passive, *μαρτυρηθέντα*. Aelius: inpubes libripens esse non potest neque antestari, *προδιαμαρτυρηθῆναι*. Cato in IIII originum: duo exules lege publica execrari, passive, *καταραθῆναι*. Sallustius in III historiarum: at Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat, 'machinata' passive dixit. Metellus Numidicus in oratione, qua apud populum G. Manlio tribuno plebis respondit: nam ut aliis plerumque obvenienti magistratu ob metum statuae polliceantur, passive, *ἐπαγγελθῶσιν*. 'reor' quoque et 've[reor' et 'solor'.

an ΘΥΡΗΘΝΤΑ

1 testata passiue *K* passiue *B* pasiuae *G* ΜΑΡ******** *Rr* ΜΑΡΤΥΡΗΤΕΝΤΑ *L* ΜΑΡΙΥΡΗΤΕΝΤΑ *G* ΜΑΡΙΥΡΝΕΕΝΤΑ *H* ΜΑΡΙCΡΕΤΕΝΤΑ *K* Aelius] *i. e. C. Aelius Gallus in libris de verborum, quae ad ius civile pertinent, significatione.* C. Aelius *Lachmannus ad Gaium* I 119 *et in Zeitschrift f. gesch. Rechtswissenschaft* XI *p.* 116 *sqq. et* Celius *certe h, quae manus cum olim mihi visa esset pr. m. vestigia presse sequi (v. Ien. A. L. Z.* 1844 *p.* 728), *libro iterum inspecto* C *literae similem quidem ductum in H exaratum fuisse etiamtunc agnovi, num ipsa* C *scripta fuerit, pro certo affirmare haud audeam.* melius *RDGLK Heidelb., quod pro* Aelius *posuit cod. Guelf. Quint. inst.* I 6, 36. M.'Liuius *B* Liuius *in D ascripsit Bongarsius*, manlius *Caroliruh.* 2. Laelius *Lipsienses Krehlii* M. Aelius *π* 2 inpubes] *ex corr. h* impubes *GLK* libri*-

s

pens(s) *H* libri peues *D* libri penisise non *G* non est neque *L* ΠΡΟΔΙΑΜΑΡ-

H E

ΤΥΡΗΤΕΝΑΙ *Rr* ΠΡΟΔΙΑΜΑΡΤΥΡΕΘΕΝΑΙ *GL* ΠΡΟΔΙΑΜΑΡΓΥΕΡΗΘΗΝΑΙ *K* ΠΡΟΔΙΑ.ΜΑΡΤΥΡΝΕΝΝΑΙ *H προ*ς*διαμαρτυρηθῆναι Salmasio praeeunte Lachmannus in actis l. p.* 117 *sq.* 3 *Caton. orig.* IIII *p.* 111 *Kr. fr.* 89 *p.* 282 *Roth. fr.* LXXXV *p.* 54 *Wr.* legem *L* publicam *L* puplicam *GK* lege publicati et execrati *Wagenerus, tacite respondens quaestioni Wolfianae ad or. de domo sua c.* 8 *propositae* execrari] *rd* exsectati *h* et execrassi *R* et execrari* *B* et exsecrari *HG* et execrari *DLK* execrati *3* 4 ΚΑ-

ΘΗC

ΤΑΡΑΘΗΕΝΑΙ *Rr* ΚΑΤΑΡΑΘΕΝΤΕC *DH* ΚΑΤΑΡΑΘΗΝΤΕC *GL* ΚΑΤΑΡΑΘΗΤΕC *K* ΚΑΤΑΠΡΑΘΕΝΤΗC *B favens aliquatenus coni. Wagenerianae Sall. hist.* III 38 *p.* 222 *Kr.* III] *Debrossius (fr.* III 114), *cuius tamen rationes iure suo impugnavit Kritzius de C. Sallustii Cr. fragmentis a C. Debrossio in ord. digestis p.* 42 *sq., Gerlachius in ed. Sal. a.* 1832 *p.* 223, 20 *cf. tamen eundem p.* 223 *ed. a.* 1852, *v. Kritzium et ad h. l. p.* 223 *et ad fr. lib.* II 48 *p.* 154 *sq.* II. *libri* ad *RBDH* 5 Lucullum] *rd* luculum *RDHGK* luculi *L* machinanta *H* *post* machinata: fames — machinata *om. B* 6 *de Q. Caecilii Metelli Numidici* or. qua apud populum G. Manlio trib. plebis respondit *v. Meyerum l. l. p.* 273 *sq., qui coll. Sall. Iug. c.* 73 *docuit or. hanc dictam esse adversus Manlium Mancinum tr. pl., quem tamen C. non Cn. nominare debebat ex consentientibus librorum Gell.* VII (VI) 11, 2 *et Prisciani testimoniis, quibus l. Sall. l. accedit Paris. z Gerl.* metellius *L* numedicus *GLK* aꝑ ill populum *G* 7 populos

B Manlio] *cum multis libris Sallustianis et Gellio ll. ll. cod. Prisc. bibl. Genof. Paris. saec.* XI *a Duebnero in Meyeri orr. R. fr. ed. Paris. p.* 205 *laudatus, edd. ante Krehlium omnes* manilio *libri Prisciani et mei et Krehliani omnes cum nonnullis Sallusti codd.* (mamilii, mallii *etc. al.*), *Krehlius 'non ignorans, Mamilio nomen fuisse isti tribuno plebis'* TR.P. *B* aliis] alius *unus Krehlii, ex quo libro* alias *laudat et probat Meyerus l. l. p.* 274 8 obuenienienti *H 'an* aduenienti?' *Meyerus* m̃g tractu *L*

E

9 passiuae *L* ΕΠΑΓΓΕΛΘΩΝCΙΝ *B* ΠΑΤΤΗΛΗΩCΙΝ *r* ΕΠΑΓΓΑΘΩCΙΝ *G* ΕΠΑΓΓΑΘΟCΙΝ *L* ΕΠΑΓΓΕΩCΙΝ *K* vereor] queror *RDH* quaeror *B. at* uereor *GLK h. l., libri omnes supra* § 15 *idque loco Afranii allato testatur Gell.* XV 13, 1 *et* 3; *exemplum certe eiusdem usus ad* queror *pertinens non novimus. cf. Struvium üb. die lat. Declination und Conjugation p.* 116 *sq., qui* reor quoque et queror et solor *pro insiticiis habet.* queror et uereor *h* *post* solor: passiue proferuntur *add. r*

p. 792 P. p. 370 K.

Cicero ad Nepotem: hoc restiterat etiam, ut a te fictis adgrederer donis, 'adgrederer' passive dixit, ἐνεδρευθῶ. in eodem: qui habet ultro appetitur, qui est pauper aspernatur, passive, ἐξουθενεῖται. Nepos: aedis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio, 'architectata' passive posuit, ἀρχιτεκτονευθεῖσα. Ennius:

adsectari se omnes cupiunt,

'adsectari' passive, ἀκολουθεῖσθαι. Alpheus philologus: Themistocles cum a formoso adsectaretur, passive, ἠκολουθεῖτο. Aufustius: omnia argumentata nomina, 'argumentata' passive, πιστωθέντα. Caelius: ex scriptis eorum, qui veri arbitrantur, passive, ὑπολαμβάνονται. Verrius: 18

Blanditusque labor molli curabitur arte,

'blanditus', κολακευθείς, passivam habet hic significationem. Asinius Pollio: sed cum ob ea quae speraveram dolebam, consolabar

1 Cicero *om. G* *Ciceronis ad Cornelium Nepotem epp. ex lib. inc. fr.* 1 *p.* 462 *Or.* restiterat] *l* resteterat *GL* restarat *d* factis *B* aggrederer *GLr* aggrediΔ Θ
rer *K* 2 aggrederer *GLr* aggredirer *K* ΕΝΕΔΡΕΥΤΩ *DH* ΕΝΗΔΡΗΥΤΩ *Rr* ΕΝΕΟΡΤΥΤΩ *K* ΕΝΕΔΡΤΥΤΩ *L* ΕΝΕΔΡΤΙΤΩ *G* *Ciceronis ad Cornelium Nepotem epp. fr.* 2 *l. l.* 3 pauper] asper *BDHGLK del. g* passiue *add. b* passiuae *DH* ΕΖΩΥΘΗΙΤ
ΝΗΥΘΑΙ *Rr* ΕΖΟΥΘΕΝΕΙΤΑΙ *K* ΕΞΕΙΘΕΝΕΙΤΑΙ *G* 4 *Cornelii Nepotis fr. exemplorum libris inseruit Rothius Aem. Prob. p.* 179 *fr.* 13 aedes *D* flamminio *BDHGK et in litura L* h ta arcitecta *Bb* 5 ermodoro *L* ermodro *G* hermedoro *b* sa a **lominio *Rr*
T T E
salamininio *B* solamino *G* architectata] *rb* architecta *RB* ΑΡΧΙΘΕΚΘΩΝΗΥΘΕΙCΑ *Rr* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΕΙΘΕΙCΑ *B* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΥΕΙCΑ *GL* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΥΕΙSΑ *K* ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΗΥΕΕΙCΑ *l* 6 Ennius] *inc. libr. rell.* IX *p.* 175 *Vahl.* 7 assectari *GLr* 8 adsecari *R* assectari *GLr* ΑΚΩΛΟΥΘΕΙCΘΑΙ *R* ΑΚΟΔΟΥΘΕΙCΘΑΑΙ *GL* ΑΚΟΛΟΥΘΕΙCΕΑΙ *H* ΑΚΑΛΥΘΕΙCΘΑΙ *K* ΑΚΟΛΟΙΘΕΙCΘΑΙ *B* Alpheus philologus] Ateius Philologus *recte, ut arbitror, Osannus anal. crit. p.* 66, *ipse quidem statim in alia omnia abiens* ΑΛpheus *K*
l h
philosogus *Rr* phisologus *B* temistocles *R* temistocles *D* temestocles *GLK* 9 assectaretur *RGL* *post* passiue: ἠκολουθεῖτο — passiue *om. R add. r* ΗΚΟs
ΛΟΥΘΗΙΤΟ *B* ΕΚΟΛΟΥΘΗΥΤΟ *r* ΕΚΟΛΟΡΕCΤΟ *G* ΕΚΟΛΟresto *L* ΕΚΟΛΟΝΕCΤΟ *K* Aufurtius *Dd* Aufaustius *L* Aufustius] *cf. Paulum Festi p.* 94, 16 *Falsterum mem. obsc. p.* 25 10 ΠΙCΤΟΘΕΝΤΑ *GL* ΠΙCΤΩΘΗΝΤΑ *R* ΠΥCΤΩΘΕΝΤΑ *B* ΠΙCΤΟΕΕΝΤΑ *K* 11 Coelius *BDHGLK* *Caelii Antipatri hist. fr. lib. inc. reliquiis post alios inseruit Krausius l. l. p.* 193, *libro primo iure suo Rothius l. l. p.* 314 *fr.* 3; *inter M. quidem Coelii Rufi fragm. inc. collocavit Meyerus l. l. p.* 469, *ut tamen ipse alteram sententiam praeferendam esse censeret* qui] q̃ *GL* veri] uereris *B* 12 ΥΠΟΛΑΜΑ ΠΟ
ΒΟΝΩΝΤΑΙ *R* ΥΘΟΛΑΜΒΑΝΟΝΤΑΙ *D* ΥΠΑΛΜΒΑΝΟΝΤΑΙ *G* ΑΠΑΛΒΑΝΟΝΤΑΥ *L* CΠΟΑΜΒΑΝΟΝΤΑΙ *K* *de Verrii Flacci versu cf. Od. Muelleri ad Fest. praefat. p.* XVI *n.* 1 14 ΚΟΛΑΕ
ΚΕΙΘΕΙC *B* ΚΟΛΑΚΕΥΘΙC *D* ΚΟΛΑΚΕΥΤΙC *Rr* ΚΟΛΑΚΕΥΘC *H* ΚΟΛΑΚΕΥΕC *GK* assinnius *G* Asinnius *DH* assinius *LK* *praeeunte Thorbeckio in comm. de C. Asinio Pollione* O
p. 80 *Polionis orationum fragm. inc. inseruit Meyerus l. l. p.* 495 15 pallio *Dd* spera*ueram *B* consulabar *GL* *post* consolabar: ob — consolabar *om. G* ab ea quae tonui (*sic*) *add. g*

p. 792. 91 (93) P. p. 370. 71 K.

ob ea quae timui, ‘consolabar’ passive protulit. Varro: paupertas enim haec tum non ita nutricata, ut nunc conspicatur, *θεωρεῖται*, passive dixit. Appius Caecus:

Amicum cum vides, obliscere miserias,
Inimicus sies commentus nec libens aeque,

‘commentus’ *σεσοφισμένος*. Varro: Vestales incesti conpertae ansa petuntur incognita, consecuta negleguntur, ‘consecuta’ pro ‘impe|trata’ passive ait. P. Aufidius: si quis alio vocitatur nomine tum cum lis contestatur, atque olim vocitabatur, ‘contestatur’, *μαρτυρεῖται*, passive posuit. La||berius:

Vxorem tuam et meam novercam a populo lapidibus
Consectari video,

‘consectari’ passive posuit, *διώκεσθαι*. Curio: eum tam invidiosa

1 ob] *dh* ab *DHKg* quetenui *Dd* tonui *LKg* consolabar *om. B* consulabar *L* *Varron. fragm. inc. p.* 337 *ed. Bip.; pertinet f. ad libros de vita populi Romani.* pauperis *B* 2 tam *K* conspiciatur *B* ΘΕΩΡΗΙΤΑΙ *R* ΘΕΩΡΙΤΑΙ *B* ΕCΤΟΡΙΤΑΙ *GLK* 3 apius *GLK* cecus *D* *Appi Caeci fragmentum ad ‘carmen’ a Cic. Tusc. disp.* IIII 2, 4 *laudatum recte retulerunt Niebuhrius hist. Rom.* I|I 367, *Saalius de Appio Claudio Caeco Colon.* 1842. 4. *p.* 25, *ad quod ‘sententiarum’ titulus a Festo p.* 317ª, 24 *servatus sine dubio pertinet* 4 obliscere] *Fleckeisenus* obliuiscere *libri* ‘*fort.* miseriai’ *Fleckeisenus* miserias ex inimicis; si est commentus, *imperativum in* to *latere censens in extremo vocabulo* (caeco *sc.*) *Duebnerus in Meyeri orr. R. fragm. ed. Paris. p.* 10 5 [inimicus] amicus *Niebuhrius l. l. obsequente Saalio* sies] *H* si es *rell., Niebuhrius* *post* commentus *vocc.* nec libens aeque commentus *om. libri Krehliani et mei praeter B; extant in edd. ante Krehlium* (aequae *β Putschius*) nec libens aequae cōmti’ *post* caeco *praebet Wallrafianus* 6 *σεσοφισμένος*] *scripsi.* caeco. ΦΙCΜΕΝΟC *B* ceco. *vel* caeco. *rell.* caeco *πεπλασμένος 2* graece *πεπλασμένος Saalius l. l.* *Varron. fr. inc. p.* 339 *ed. Bip.* incesti] *rb* incest* *B* incerti *RL* compertae *Ausonius Popma Varr. opp. p.* 443 *ed.* 1601 conpertas *H* conperatas *h* compertas *libri rell.* 7 consecutari ecleguntur *Rr* 8 pro] per *r* p̃ *Gg* P. Aufidius] *est aut Aufidius Tucca aut Aufidius Namusa, qui una laudantur a Pomponio digest.* I II 2, 44; *Tuccam significari putat Huschkius Zeitschrift f. gesch. Rechtswissenschaft* X 340. *ceterum in transcursu liceat annotare in l. Pomponiano, aliis etiam difficultatibus laborante, prava distinctione peccari, si vel* Gaius, Ateius Pacuvius, *vel* Gaius Ateius, Pacuvius, *vel* Gaius Ateius Pacuvius, Labeo Antistius, Labeonis Antistii pater *scribatur: distinguendum enim est* Gaius Ateius, Pacuvius Labeo Antistius, Labeonis Antistii pater; *de Pacuvio praenomine Mommsenium untertal. Dial. p.* 284 *sq. coll. inscr. regn. Neap. Lat.* 276. 389. 5567 *laudasse sufficit; ad ipsum vero hunc Pacuvium Labeonem sine dubio scripta erat Sinni Capitonis epistula prima, teste Gellio noct. Att.* V 21, 10, *ubi de nominis corruptela et alii cogitarunt et equidem olim* (*Sinnius Capito p.* 12 *n.* 14) *perperam cogitavi* alius *L* uocatur *G* 9 cum *om. G* lis] (*sive* stlis) *Huschkius l. l., qui de toto h. l. cf. ibidem p.* 339 *sqq.* hiis *in litura r* iis *DK* his *BHGL* 10 *μαρτυρεῖται*] ΜΑΡΤΥΡΗΕΤΑΙ *B om. rell.* *post* posuit: *συμμαρτυρεῖται 2. in edd. totum hoc exemplum Laberiano postponitur* *Laberii fragmentis h. l. inseruerunt Stephani fragm. vet. poet. Lat. p.* 144, *Zieglerus de mimis Rom. p.* 53, *qui h. l. ad Laberii Alexandream a Gellio noct. Att.* XVI 7, 13 *laudatam refert.* lauerius *libri* *Laberii fr. inc.* 6 *p.* 217 *Bth.* X *p.* 255 *Ribb. qui:* uxórem tuam ét meam | Nouércam a populo cónsectari lápidibus | Videó 11 et *om. B* 13 ΑΙΩΚΕCΤΑΙ *RD* ΑΙΟΚΕCΤΑΙ *GL* ΑΙΩΚΕCΤΑ *H* ΑΙΟΚΕCΤΑΙ *K* Curio] *scripsi.* Curio, cupio *Lips. uterque teste Krehlio, cuius fides tamen eo sublevatur, quod ‘Edd. Ven.’* (*i. e. 1 et Locatell. a.* 1496 *v. eius praef.* 1 *p.* XV) *et ipse* Curio *praebere dicit: nam 1 certe* Cicero. Cupio *et similiter edd. quotquot inspexi omnes et sic* (cicero *in mg. add. h, sup. lin. Caroliruh.*) *h Caroliruhensis alter.* cupio *H rell. addendus igi-*

p. 791 (93) P. p. 371 K.

fortuna conplecti, passive. Staberius de proportione: non esse positiones regulae, a quibus interdum analogia calumniatur, συκοφαντεῖται. Sisenna: vitam cum dolore et insigni cruciatu 19 carnificatus amisit, 'carnificatus' [id est] βασανισθείς [amisit]. Cicero in oeconomico: homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur, ἀξιοῦνται, passive. Horatius carminum libro I:

bellaque matribus
Detestata.

Quintus Pompeius: me miserum, quem illae feminae despicari ausae sunt. 'despicor' commune accipiebant. Curio pater: nusquam demolitur, nusquam exoneratur pecunia, 'demolitur' passive dixit. Terentius in Phormione:

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda,

μεμελετημένα, 'meditata' passive dixit. Nigidius: omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est,

tur hic locus videtur C. Scribonii Curionis C. f. C. n. reliquiis a Meyero l. l. p. 481 *sqq. collectis, demendus fragmentis Ciceronis (libr. inc. var. fr.* 6 *p.* 581 *Or.), astipulante ipso Orellio* 1 furtuna *GLK* complecti *RBDLK* Staberius] *est is Staberius Eros laudatus a Plinio n. h.* XXXV 58, 199, *Suet. de ill. gramm.* 13, *ubi perperam Staberius Hiera nominatur in plerisque edd., Frontone p.* 46 *Nieb., qua de re nimis dubitanter loquuntur Lerschius röm. Diorthosen p.* 10 *sq. (Mus. des rhein.-westph. Schulmänner-Vereins* III 1845, *p.* 236 *sq.) et Graefenhanius hist. phil.* II 233 Staberius *Lerschius l. l.* stauerius *libri* proportione] *d cf. G. I. Vossium de analogia* III 6 *p.* 750 *Eckst. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 157 porportione *R* portione *DGLKr* portione de portione *H* 2 positionis *GLr* . calumpniatur *R*

3 CYKWΦANTEITAI *Rr* CYKOΦANTITAI *B* CYKOΦANΦEITAI *D* CYKOΦANEEITAI *H* CIKOΦAEEITA *K* CIKOΦAEEITA *GL* *L. Cornelii Sisennae historiar. fr. inc. v. Krausium l. l. p.* 316 *Rothium l. l. fr.* 20 *p.* 377 4 amissit *LK* id est] id *L* Id est carnificatus *B* BACANICTEIC *R* BACANICEEIC *H* BACANYCOEIC *K* amisit *om. HK* amissit *L* *Cic. oeconomici fr.* 2 *p.* 472 *Or.* 5 eoconomico *B* oiconomico *H* aequonomico *GL*

numero] *d* numerum *D* 6 dignatur *Dd* AZYOYNTAI *Rr* AZIOYNTAI *GL* ATIOYNTAI *K* Horatius] *d* Oratius *D* *Hor. carm.* I 1, 24 *sq.* 9 detestata sunt *d* 10 *Q. Pompeius aut cos. a.* 141 *a. C. (v. Meyerum l. l. p.* 198 *sq.) aut Q. Pompeius Rufus cos. a.* 88 *(v. Meyerum p.* 337 *sq.)* pōpeius *H* me miserum] *b* miserum *B* miserumq. mille *GL* misserumq. mille *K* ille *RD* femine *R* 11 Curio pater] *C. Scribonius C. f. Curio, cos. a.* 76 *a. C. v. Meyerum l. l. p.* 347 *sqq. ibique inc. or. fragm. p.* 353 12 demollitur *K* numquam *r* exhonoratur *B*

13 *Terent. Phorm.* II 1, 18 formione *D* formine *H* 14 metata *K* sunt mihi *BK* incommoda mea *H* 15 MEMEAHTEMENA *DH* MHMHAHMHNA *Rr* MEMEAETEMENA *B* MEMEANTEMENAI *G* MHMEAHTEX*NAI(E) *L* MEMEANTEMENA *K* *P. Nigidii Figuli fragm. ad eius de animalibus libros probabili coniectura rettulit Rutgersius var. lect.* III XVI *p.* 273, *de quibus conferendus est Montigny quaestt. in C. Plinii Secundi nat. hist. de animalibus libros Bonn.* 1844 *p.* 37 *sq., docens multa Nigidium ex libris Aristoteliis de animalibus in usum suum transtulisse, quod me fugit de iisdem libris olim disputantem in libello de P. Nigidii Figuli studiis atque operibus p.* 42 *sq.*

Nigidius] *h* Ni***ius *H* 16 quidam *Rr* quicquam *L* ferrum *Rr* est *om. L*

ut cicurari et dominari possit, δεσπόζεσθαι, passive 'dominari'. | Lucius Caelius: ubi senatus intellexit populum depeculari, ἀποσυλοῦσθαι. Gaius Gracchus: aerarium delargitur Romano populo, 'delargitur' passive protulit. Gaius Memmius: quam stulte conficta, quam aperte sunt ementita, ἐψευσμένα. Cicero in M. Antonium libro II: quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat, 'ementitis' ψευσθείσιν. Visellius: bonae res per illos a raro initio exorsae ad summum pervenerunt, 'exorsae' id est 'initae'. Nigidius: experienda ratio. Asinius: cuius experta virtus bello Germaniae traducta ad custodiam Illyrici est, 'experta' passive. Accius:

multa inventa expertaque ex hoc sunt bona.

Fenestella: frustratus igitur a spe, devictus in castra se recepit, 'frustratus' ματαιωθείς. Laberius:

XV 81 Figura quoque accidit verbo, quomodo nomini. alia enim verborum sunt simplicia, ut ‘cupio’, ‘taceo’, alia composita, ut ‘concupio’, ‘conticeo’, alia decomposita, id est a compositis derivata, ut ‘concupisco’, ‘conticesco’. Cicero in oratore: divino aliquo animi motu maiora concupiscam. inveniuntur tamen quaedam verba etiam ex tribus partibus composita, ut ‘perterrefacio’. sunt alia, quae in compositione mutant coniugationes, ut ‘do das’, ‘reddo reddis’, ‘prodo prodis’; ‘facio facis’, ‘amplifico amplificas’; ‘pello pellis’, ‘compello compellis’ et ‘compellas’,

1 bacho *GK* bachor *GK* bacharis *RG* ris *K* limpha limphor limpharis *libri* 2 plaeraque *R* omnia *om. B* 3 profeteor *L* profesor *G* 4 scripo *K* 5 profesionum *G* uerbialia *et sic semper B* 7 ex] et *K* ipsis *Dd* habent] inī (*i. e.* inter, *pro* hn̄t) *D* 8 poctar *hic, non in ipso versu, K* Ennius] *inter sat. lib.* III (*Scipionis*) *reliquias Th. Hugio auctore posuit Vahlenius fr.* II *p.* 155 10 si *add. Vahlenius, om. libri* 11 omnia] Nomina *GL* Nomina *Kk* inponuntur *B* nomina *h. l. om. GLK in mg. al. m. add. in K* 12 perficiunt] perficiuntur *ex* p**ficiuntur *corr. B* proficiuntur *d* 13 curro] curror *B* cursu *D* curro — consultor *om. R* consulator *G* 14 dignitatum *DGrb post* inueniuntur *sqq. usque ad* inueniuntur *om. R add. r* ut *add. b* ut imperator ductor *add. k* 17 perendiae *D* 20 DE FIGVRIS *B* Incipit de figura. *D* de figura uerborum. *GL* 21 itaque *K* alia* enim (e) *R* 22 *post* composita: ut — decomposita *om. G add. g* contigeo *g* 24 *Cic. orat.* 13, 41 animi *ex* animo *corr. LK* 25 concupiscam] *h. l. libri mei omnes praeter novicium cod. H scriptorem et Heidelbergensis teste Lind.* concupiscat *Lips. 2 Krehlii et H, qui hoc etiam loco ei est ‘veterrimus cod. Luth.’ et sic § 72 omnes cum ipso Cicerone* 26 compositionem *R* 27 coiugationes *G* prodo prodis] *r* pro reddo pro reddis *R*

p. 829, 30 P. p. 418, 19 K.

'appello appellis' et 'appellas'. sed in his (id est a 'pello' compositis) significatio cum coniugatione variatur, et fortassis, quomodo 'mando mandis' et 'mandas', 'dico dicis' et 'dicas', sic etiam 'pello pellis' et 'pellas' dictum est, sed nunc in usu simplex non est, quomodo nec 'fendo' nec 'spicio' nec 'perio' nec 'fragor', ex quibus composita sunt multa, ut 'offendo', 'defendo', 'aspicio', 'respicio', 'suspicio', 'di||spicio', 'aperio', 'reperio', 'comperio', 'cooperio', 'suffragor', 'refragor'.

Inveniuntur quaedam, quae saepe non solum coniugationem, sed etiam 82 genus vel | significationem verbi permutant in compositione, ut 'sperno spernis' activum, 'aspernor aspernaris' deponens; 'sentio' neutrum, 'assentior' deponens, in quo coniugatio mansit - dicitur tamen et 'assentio' -; 'sedeo sedes' neutrum, 'insidior insidiaris' deponens - 'obsideo' vero et 'assideo' activa sunt, faciunt enim 'obsideor' et 'assideor', unde Sallustius in IIII historiarum: Amisumque adsideri sine proeliis audiebat -; 'eo' et 'facio' neutrum, 'adeo', 'transeo', 'ineo', 'praetereo', 'subeo', 'circumeo', 'perficio', 'reficio', 'afficio', 'conficio' activa, faciunt enim 'adeor', 'transeor', 'praetereor', 'ineor', 'subeor' - Iuvenalis in V:

quod si subeuntur prospera castra –,

'circumeor' - Cicero pro Cornelio: circumitis rostris eicerentur lapidibus homines –, 'conficior', 'perficior', 'afficior'. nec non ex neutris quaedam in compositione fiunt deponentia: 'facio' neutrum, 'versificor versificaris', 'gratificor gratificaris' deponentia - Cicero pro Cornelio in I: num alicui gratificabatur aut homini aut ordini? –, in quibus etiam coniugatio est mutata, sicut in 'amplifico amplificas', 'aedifico aedificas', 'laetifico laetificas' - Lucanus in III:

1 apello apellis et apellas *D* et *om. B* id est a pello] *r* idē appello *R* Idest appello *B* a pello *ex* pello *corr. K, ex* appello *L* 2 singnificatio *D* mando mandis et mando mandas *B* 4 nunc *om. GLK* non est simplex *B* fendo] *r* fundo *R* 6 deffendo *G* suspici* *L* suscipio *r* despicio *B* 7 repperio *BLK* cooperio] *om. RD add. r* et cooperio *Bd* sufragor *D* 8 saepe quae *L* sepe non *G* sepae *R* sepae *r* 9 singnificationem *D* sperno spernis *Dd* 10 sententio *Dd* adsentio *B* 11 adsentio *B* 12 neutrum sedes *DGLK* 13 assideo] *k* adsideo *B* absideo *GLK* actiua sunt *om. L* obsideor et assideor] absideor et obsideor *K* assideor] adsideor *B* absideor *GL* unde *om. B* unde et *GLK* *Sall. hist.* IIII 1 *p.* 302 *Kr.* 14 Amisumque] *K, Dousa* Amisumque *libri rell.* assideri *RL* absideri *GK* proelis *K* praeliis *GL* proelis *D* 15 praetereo ineo *B* 16 circueo *GLK* reficio afficio] efficio afficio *et in mg. add.* reficio *B* conficio *ex* conspicio *corr. K* actiua sunt. faciunt *G* 17 ineor praetereor *GLK* Inuenalis *D* *Iuv. sat.* V 16, 2 *cf.* § 31 19 propera *Rr* 20 circueor *GLK* *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 36 *p.* 451 *Or.* cornilio *GK* circuitis *GLK* eicerent *r* 21 omines *D* 22 fatio *D* neuterum *K* 23 *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 34 *p.* 451 *Or.* 24 cornilio *G* cornilio *K* num *ex* n*m (a?) *corr. B* gratificabatu *Rr* omini *D* *ordini (h) *D* 26 ediffico edificas *D* letifico *D* letificas *RD* *Luc. Phars.* III 48 *sq.*

p. 830. 31 P. p. 419. 20 K.

non illum gloria pulsi
Laetificat Magni -;

83 'sentio assentio' et 'assentior', 'assentor assentaris'; 'aspicio aspicis', 'conspicor conspicaris' - Sallustius in Iugurthino -, 'suspicor suspicaris'; 'sterno sternis' activum, 'consternor consternaris' deponens - Sallustius in I historiarum: equi sine rectoribus exterriti aut saucii consternantur -; 'medeor mederis', 'remedior remediaris' teste Capro. a 'fero' quoque activo et anomalo 'vociferor vociferaris', quod est primae coniugationis | deponens. 'plecto' activum, 'amplector' deponens. 'fio' passivam significationem habet, quamvis sit neutrum, 'suffio' ex eo compositum activam. unde Virgilius:

At suffire thymo cerasquĕ recidere inanes
Quis dubitet?

In verbis compositis est quando Graeci extrinsecus faciunt declinationem ad similitudinem simplicium, ut est 'ἐνέπω ἤνεπον', 'καμμύω ἐκάμμυον', 'κάθημαι || ἐκαθήμην', 'ἐνοχλῶ ἠνώχλουν'; est tamen quando et intrinsecus declinant, ut 'καταγράφω κατέγραφον', 'περιγράφω περιέγραφον', 'ἀναγινώσκω ἀνεγίνωσκον'; apud Romanos vero semper intrinsecus fit declinatio, id est in ipsa iunctura sequentis verbi vel post eam: 'conficio confeci', 'abigo abegi', 'incipio incepi', 'subeo subii', 'confringo con-

2 letificat *D* 3 Sententio et adsententio et adsentior adsentor adsentaris *D* adsentio et adsentior. adsentor. adsentaris. *B* assentio et assentior. iris et assentior assentor. aris. *K* apicio *Rr* 4 saluš in iugurthino *K del. k* *Sallust. Iug.* 49, 4 cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur (conspicatur *etiam Donat. ad Ter. eun.* II 3, 92 conspicitur *libri Sall.*) *cf. Bondamus var. lect.* p. 315 iugurtino *R* eugurthino *G* et suspicor *K* supicaris *R* 5 costernaris *Rr* *Sall. hist.* I 98 *p.* 116 *Kr.* 6 istoriarum *D* 7 remedio remedior *Dd* testo *D* Capro] *affert h. l. Osannus de Capro p.* 16 9 amplector] amplecto *R* complector *G* 10 singnificationem *D* sit *om. K* suffiçio *Rr* 11 actiuum *B* *Verg. georg.* IIII 241 *sq. cf. lib.* IIII § 17 12 sufficere *Rr* suffir&himo *B* thimum *Rr* thimo *GLK* thymmo *D* ceransque *D* coerasque *GLK* recedere *k* 13 dubitat *RB* 14 In verbis] *in mg. r* ****** *R* declinationem faciunt *G* 15 est *om. G* *ΝΕΠΟ (e) *B* ΕΝΕΤΩ *D* ΕΝΗΤΩ *G et* Ε *eraso L* ΕΝΤΩ *K* ΕΝΕΠΤΟΝ *B* ΕΝΕΠΤΩΝ *RK* ΕΝΕΤΟΝ *D* ΕΝΗΤΩΝ *GL* καμμύω ἐκάμμυον] *scripsi cf. Phrynichi ecl. p.* 339 *cum ann. Lobeckii* ΚΑΜΜΙΩΕ. ΚΑΜΜΥΟΝ *B* ΚΑΜΜΙΩ ΕΚΑΜΜΙΩΝ *R* ΕΚΑΜΜΥΩ. ΕΚΑΚΑΜΜΥΩΟΝ *D* ΚΑΝΜΥΩ ΕΚΑΜΜΥ *GK* ΚΑΝΜΥΩ ΕΚΑΝΜΥ *L* κάμνω ἔκαμνον 2 16 ΚΑΘΕΜΑΙ. ΕΚΑΘΗΜΕΝ. *R* ΚΑΘΗΝΜΑΙ ΕΚΑΘΗΜΗΝ *G* ΚΑΘΗΜCΑ ΕΚΑΘΗΝΗΝ *L* ΚΑΘΗΜ ΑΙΕ ΚΑΘΝΜΕΝΝ *K* ΤΗΜΑΙ. ΕΚΑΘΗΜΗΝ. *D* ΕΝΟΧΑΟ ΕΝΟΧΛΩΥΝ *B* ΕΝΟΧΑΩ. ΕΝΟΧΛΟΙΝ *D* ΕΝΟΧΑΩ ΕΝΟΧΑΟΥΝ *GK* ΗΝΟΧΑΩ ΕΝΟΧΑΟΥΝ *L* ΕΝΩΧΛΩ ΕΝΚΑΩΟΥΝ *R* 17 ΚΑΤΕΓΡΑΦΩ ΚΑΤΑΓΡΑΦΩΝ ΠΕΡΙΕΓΡΑΦΟ ΠΕΡΙΑΓΡΑΦΩ ΑΝΑΓΝΟCΚΩ. ΑΝΑΓΙCΝΟCΚΩΝ. *Rr* ΚΑΤΕΤΡΑΦΩ. ΚΑΤΑΤΡΑΦΟΝ. ΠΕΡΙΕΤΡΑΦΟΝ. ΑΝΑΤΙΝΩCΚΩ. ΑΝΕΤΙΝΩCΚΑΟΝ. *D* ΚΑΤΑΓΡΑΦΩ ΚΑΤΗΓΡΑΦΩΝ (ΚΑΤΑΓΡΑΦΩΝ *L*) ΕΠΙΓΡΑΦΩ ΕΠΙΕΓΡΑΦΩΝ. ΑΝΑΓΙΝΟCΚΩ ΑΝΗΓΙΝΟCΚΩΝ. (ΑΝΕΓΙΝΟCΚΩΝ *L*) *GL* ΚΑΤΑΓΡΑΦΩ ΚΑΤΗΓΡΑΦΟΝ ΕΠΙΕΓΡΑΦΩ ΕΠΙΕΓΡΑΦΟΝ ΑΝΑΓΙΝΟCΟ ΑΝΑΓΙΝΟCΚΟΝ. *K* ΚΑΤΕΓΡΑΦΩΝ *B* ΠΕΡΙΕΓΡΑΦΩΝ ΑΝΑΓΙΝΟCΚΩ *B* 18 uero *in ras. B* semper intrinsecus semper *K* 19 declinacio *D* 20 incaepi *L*

p. 831. 32 P. p. 420. 21 K.

fregi', 'maledico maledixi', 'exigo exegi'. et illud quoque sciendum, quod 84
principalem literam, quamcumque habuerit positio verbi, in suo loco servamus per omnem declinationem, ut 'amo amavi', 'erro erravi', 'ineo inii', 'oro oravi', 'uro ussi', 'haereo haesi', 'haurio hausi', 'bibo bibi', 'cedo cessi', 'domo domui', 'flo flavi', 'gigno genui', 'laedo laesi', 'mico micui', 'narro narravi', 'paro paravi', 'rapio rapui', 'seco secui', 'terreo terrui', 'veto vetui'. excipiuntur 'ago egi' et 'eo ii' vel 'ivi', quae principalem literam positionis suae mutaverunt.

Quaeritur in compositis verbis, cur, cum saepe in praesenti corrupta sit aliqua pars compositionis, in praeterito integra invenitur, ut 'perficio perfeci', 'efficio effeci', 'iniicio inieci', 'pergo perrexi', 'exigo exegi', 'confringo confregi', cum in nominibus tota declinatio per omnes casus nominativi figuras solet apud nos servare, ex quibuscumque modis sunt compositae, ut 'indoctus' per omnes casus ex duobus integris est, 'efficax' per omnes casus ex duobus corruptis. similiter in omnibus compositis 85
nominibus hoc invenitur. excipitur 'alteruter alterutrius', quod cum in nominativo ex duobus sit integris, in genetivo non est, nam 'alteriusutrius' esset, qui tamen genetivus vetustissimis fuit in usu, sicut de nominativo tractantes ostendimus; 'tantundem tantidem' praeterea, quod cum in nominativo sit ex duobus corruptis, in genetivo ex integro est et corrupto, sicut et 'quicquam cuiusquam' et 'idem eiusdem'. euphoniae tamen causa haec fieri manifestum est, quomodo et 'quendam' et 'quandam', in quibus m, quae terminalis est accusativi casus utriusque generis, in n est conversa.

Apparet ergo ex hoc, quod com||positio huiuscemodi verborum, quae non eosdem modos compositionum per omnia servant tempora, per singula separatim fit. nam cum soleat plerumque compositio a correptam vel in e correptam vel in i convertere per quaecumque tempora, ut 'hăbeo inhibeo, hăbebam inhibebam, hăbui inhibui, hăbueram inhibueram, hăbebo inhibebo'; 'ăgo exigo, ăgebam exigebam, ăgam exigam'; 'făcio inficio, făciebam inficiebam, făciam inficiam'; 'iăcio iniicio, iăciebam

2 lyteram *G* posicio *D* seruauimus *Rr* 3 declinacionem *D* iniui *BD* 4 usi *LK* hereo heresi *D* haurio] aurio *B* hario *G* ausi *B* cedo cessi] *l* caedo caesi *G* caedo c***** (ecidi?) *L* 5 cesi *K* 6 rapo *Rr* 7 principalem litteralem posicionis *D* 8 positionis suae litteram *L* lyteram *G* 10 conposicionis *D* 11 iniicio] *r* initio *R* inieicio inieciọ *K* 12 nominibus *ex* omnibus *corr. D* toto *Rr* declinacio *D* 13 sint *BDGLKr* 15 corruptis est. *K* 17 integris sit *G* 18 esset] *d* esse *D* uetustissimi^{s} *Rr* 21 cuiusquam. Ab eo quod est isdem et est ab is et demum. et idem *B* causa tamen *GLK* 22 hoc *DL* 23 conuersa est *B* 25 compositio] *r* cum positio *R* 26 eo_sdem *ex corr. r* eo idem *ni f. R* compositionum] *r* compositionem *R* 28 conuertere .ẹ. per *K* *post* tempora: eam id est a breuem in uerbis uertit in i uel in e *BDr* eam id est a breuem inuenitur in uerbis uertit in i uel in e *GK* *post* inhibeo: prohibeo *add. R, quod unc. incl. et* glosa *spscr. not. r* 29 inibebam *D* inhibui *add. r* 31 iaceo *D* iacebam *G*

p. 832. 33 P. p. 421. 22 K.

iniiciebam, iăciam iniiciam'; 'frăngo infringo, frăngebam infringebam, frăngam infringam'; 'tăngo contingo, tăngebam contingebam, tăngam contingam'; 'ărceo coĕrceo'; 'spărgo respĕrgo'; 'părco depĕrco' - ideo enim dixi 'plerumque', quia est ubi servatur a integra, ut 'paro reparo comparo', 'maneo remaneo', 'caneo incaneo incanui', unde Virgilius in II georgicon:

malos gessere valentes;
Castaneae fagus, | ornusque incanuit albo
Flore piri,

'mano permano', 'narro enarro', 'aro exaro' -: frequentius tamen ea servant a, quae primae vel secundae coniugationis sunt, ut 'cano recino', eius frequentativum cum sit primae, servat a, 'canto decanto' - Lucanus in V:

Decantatque tribus et vana versat in urna _,

['labor perlabor'] 'vado invado', 'candeo excandeo', 'palleo expalleo', 'ar-
86 deo exardeo', 'areo exareo'. inveniuntur pauca in supra dictis coniugationibus mutantia a: 'damno damnas, condemno [condemnas]'; 'arceo arces, coerceo [coerces]'; 'amico amicas, inimico [inimicas]'; 'habeo inhibeo', 'sacro consecro'. in tertiae vero et quartae coniugationis verbis multa invenis mutantia a: 'tango contingo', 'frango perfringo', 'ago exigo', 'iacio iniicio', 'facio inficio', 'gradior ingredior', 'scando conscendo', 'fateor confiteor', 'paciscor depeciscor', 'fatiscor defetiscor', 'salio insilio', 'patior perpetior', 'pario reperio' - veteres enim et 'pario' quarta coniugatione declinabant _, 'parţior impertio' et 'impertior', 'cado incido', 'fallo refello'. inveniuntur tamen in his quoque coniugationibus quaedam, quae servant a in compositione, ut 'nascor renascor', || 'pàsco depasco', 'labor elabor', 'arguo coarguo' ['lacero dilacero'], 'largior dilargior'. in praeterito vero

1 iniiciebam *l* inieciebam *L* 2 infringam *ex* infrangam *corr. K* 3 coherceo *B* deperco] *r ex* deperio *ni f. corr. K, ex iterato* respergo *B* deparco *R* 4 enim] autem *B* seruatur aut integra *L* comparo reparo *K* 5 caneo *om. RL* incanui *om. D* *Verg. georg.* II 70 *sqq.* (*sic etiam Fr.*; *deficit Pal. Rom.*) 8 Castaneae] *r et ex corr. k* castanaeae *R* fagos *Med. et Serv. ad h. l.* ulmusque *RB* ulmusque *D* 9 pyri *K* 10 aro] *r* et aro *RBDK* 11 reccino *B* 12 *Luc. Phars.* V 394 15 labor perlabor] *del. r* labor perlabor *Gg* labo perlabo *L f.* lauo perlauo uado inuado *GgL* uado inuado *K. de* uadare *et* inuadare *cf. Forcellinii lex. s. vv.* 17 a ut damno *B* damno damnas *Rr* dampno. as condempno *K* condemno, p *m. pr. spscr., R* condempno condempnas *D* condemnas] *sic R om. GLK* 18 coercio *G* coerces] *d om. DGLK* 19 et in quartae *GLK* 20 tango intingo *K* iaceo *D* 21 iniicio] *d* iniceo *D* confeteor *L* 22 depaciscor *D* depiciscor *BGLk* dipiciscor *K* defitiscor *BGk* deficiscor *L* difitiscor *K* 23 repperio *D* repperio *BLK* 24 partio *Kk* fallo* refello* (r-r) *L* 25 is *R* quaedam] *r* quae dant *R* 26 depascor *GK* 27 lacero dilacero *erasum in R* lacero delacero *Dd* lacesso delacesso *GLK* delargior *DK* pteriti *Dd* vero] quoque *G*

p. 833. 34 P. p. 422. 23 K.

perfecto et plusquamperfecto cum simplex verbum e longam habeat, non potest compositio eam commutare, ut 'ēgi exēgi, ēgeram exēgeram'; 'fēci infēci, fēceram infēceram'; 'iēci iniēci, 'iēceram iniēceram', quae sine dubio a simplicibus suis componuntur; nam non possumus dicere, quod i brevis, quae est in praesenti tempore, convertitur in e longam in praeterito: hoc enim in nullo invenimus fieri verbo.

Id autem, id est quod per singula tempora fit compositio, participio- 87
rum quoque diversae figurationes saepe tam praesentis quam praeteriti temporis ostendunt, ut 'effringens effractus', 'cogens coactus', 'subigens subactus', 'exigens exactus'. haec enim omnia cum in praesenti extremam partem [id est dictionem] corruptam habeant, | in praeterito integram habent. cur, nisi quod separatas habeant compositiones per singula tempora? non est enim dubium, quod interrogati, unde componitur 'effractus', ab 'ex' praepositione et 'fractus' participio respondebimus, et 'subactus' a 'sub' et 'actus', et 'exactus' ab 'ex' et 'actus', et de omnibus similibus.

Anomala quoque verborum id possunt ostendere, quae sine dubio per singula tempora sive etiam personas componuntur, ut 'prosum prodes prodest, prosumus prodestis prosunt, proderam, profui'. per totam enim declinationem ubicumque a vocali incipit hoc verbum, interponitur iuncturae compositionis d; similiter 'aufero abstuli' in praesenti pro 'ab' 'au', in praeterito 'abs' habuit. idque ita esse confirmat Apollonius, summus artis auctor grammaticae, docens in I de verbo, immobilem figurationis iuncturam manere, et separatim confirmans, componi τὸ 'καταγράφω' καὶ 'κατέγραφον', 'ἐπιγράφω' καὶ 'ἐπέγραφον' et his similia, quaecumque intus habent declinationem, hoc est post praepositionem, quod apud nos semper fit in omnibus compositis verbis.

Sciendum tamen, quod in nominibus quoque apud nos iunctura com- XVI 88
positionis solet mo||veri tunc, quando ex duobus nominativis componuntur vel ex nominativo et obliquo vel indeclinabili aliqua dictione. possumus

1 habeat] *r* habebat *R* habet *D* habent *G* 2 compositio cam cõp̃otare *K* 3 ingeceram *Rr* quae] *r* quam *R* dubi o *Dd* 4 a *om. GLK* 5 praeterito perfecto *L* 7 ''compositio'' fit *G* 9 subigo *G* 11 id est dictionem *G* id est dictionem & *D* habeat. N *Rr* 15 de omnibus *ex* de nominibus *corr. K* 18 siue etiam *in litura k* proest d *Dd* 20 incipiunt *Dd* uerbum *** (sed) *B* iuncturae compositionis iuncture d *R* d iuncturae compositionis *GL* 22 praeterio *R* appollonius *RGLK* *Apollon. de verbo: cf. Graefenhanium Gesch. d. Philol.* III 113. 131 summis v *Dd* 23 autor *BD* grammaticae auctor *GLK* in primo libro de *B* inmobilem *B* 24 iunturam *R* componi τὸ] componit,o *G* componit ΟΚΑΤΑΓΡΑΦΑ *L* τὸ] T o *Rr* ΘΟ *D* o *K* 25 ΚΑΤΕΓΡΑΦΟΝ *Kk* ΚΑΤΕΓΡΑΦΩΝ *B* ΚΑΤΕΥΡΑΦΟΝ *L* ΚΑΤΕΥΓΡΑΦΩΝ *Rr* ΕΠΙΓΡΑΦΑ *L* ΕΠΕΓΡΑΦΩΝ *R* ΕΠΙΓΡΑΦΩΝ *B* ΕΠΙΕΓΡΑΦΟΝ *K* ΕΠΕΙΓΡΑΦΟΝ *G* ΕΠΕΙΓΡΑΦΩΝ *L* 28 in omnibus quoque *RG* 30 uel et indeclinabili *Lg* indeclinabili aliquid adiectione *B*

p. 834. 35 P. p. 423. 24 K.

tamen, quod illi de verbis intrinsecus habentibus declinationem dicunt, nos quoque etiam de nominibus huiuscemodi dicere, quod per singulos casus fit compositio eorum, ut ‘respublica reipublicae’, ‘respublica’ quidem ex duobus nominativis, ‘reipublicae’ vero ex duobus genetivis vel dativis; similiter ‘iusiurandum iurisiurandi’, ‘virillustris viriillustris’, ‘magisterequitum magistriequitum’, ‘tribunusplebis tribuniplebis’, ‘quisque cuiusque’, quae composita esse ostendit accentus. quod autem non est nominativorum proprium, sed etiam obliquo|rum casuum, per se componi, ostendunt nomina vel pronomina, quae per obliquos componi inveniuntur solos, ut ‘istiusmodi’, ‘huiusmodi’, ‘cuiusmodi’.

Illud autem sciendum, quod etiam in nominibus et in pronominibus compositis apud Latinos extrema pars potest immobilis manere, quod apud Graecos non reperitur, ut ‘tribunusplebis’, ‘praefectusurbis’, ‘cuiusmodi’, ‘idem’, verbum autem vel participium nec apud Graecos ullum compositum nec apud nos extremam partem servat immobilem, ideoque semper in compositione extremam partem sibi defendit ipsum verbum et participium, quippe quod ex eo nascitur.

89 Componuntur autem verba vel cum nominibus, ut ‘amplum amplifico’, ex quo participium ‘amplificans’, ‘signum significo significans’; vel cum altero verbo: ‘calefacio calefaciens’; vel cum adverbio: ‘maledico maledicens’, ‘satisfacio satisfaciens’; vel cum praepositione: ‘indico indicens’, ‘perduco perducens’, ‘abstraho abstrahens’, ‘subrideo subridens’. ideo autem praepositiones compositae quidem cum verbo inveniuntur, numquam autem separatae per appositionem, quia verba per omnes personas in omni tempore nominativi casus vim habent, cui soli possunt coniungi: ‘facio ego’, ‘facis tu’, ‘facit ille’, similiter per omnia tempora. ergo cum casus nominativus numquam || per appositionem assumit praepositiones, sed in sola compositione, ut ‘impius’, ‘perfidus’, verba quoque in compositione dumtaxat has possunt asciscere; nec imperativa tamen verba secundae per-

2 quod singulos *K* 3 res puplica rei puplicae *K* respuplica quidem ex duobus nominatiuis *in mg. add. K* quidem] *r* quibus *R* 4 reipuplicae *K* 5 uir illustris *Dd* uirinlustris uiri inlustris *B* 6 magistriequitum] magist equitum *Rr* magistri aequitum *B* 7 Quo *Rr* est solum nominatiuorum *K* 10 cuiusmodi uel cuimodi *B* 11 quod et in *BDLK* 12 compositis] *r* composit**** *R* inmobilis *B* 13 reperitur] *d* repperitur *BDLK* ut] et *G* utribusplebis *Rr* 14 iidem *R* . idem uerbum *L* nec apud Graecos ullum compositum] *Lips. 1 Krehlii* nec aput grecos *ullum (n) compositum *m. rec. in H* nec apud graecos (grecos *D*) ullos compositum *BDGLK et in litura R* nec apud illos compositum *Erl. 2 Krehlii, Krehlius* 18 amplico *K* 20 "uerbo 'altero *G* ut calefacio *r post* calefacio: calere facio *add. BD*, calefacere *add. GLK* calefacens *G* 22 surrideo surridens *G* 25 habet *Rr* coiugai *Kk* 26 similiter] *r* similia *R* cum *om. D* 27 apositionem *D* adsumit *B* assūmit *D* 29 as *D** adsciscere *BLd* adscire *D*

p. 835. 36 P. p. 424. 25 K.

sonae, quae vocativum asciscunt, ut 'scribe Virgili', 'lege Terenti', possunt in appositione habere praepositionem, quia nec vocativus hoc habet. par- 90
ticipia vero quas quidem praepositiones habent per nominativum, vel a verbis habent, ex quibus derivantur per compositionem, ut 'exigo exigens', vel ad | imitationem verbi per se compositas, ut 'exegi exactus'. possunt tamen per appositionem assumere praepositiones ad imitationem nominum, quia casus quoque obliquos habent, sicut nomina, sed non possunt participia componi, nisi per nominativum casum, quippe cum sint cognata verbis, quae vim nominativi possident, ut supra dictum est. ergo 'doctificus', id est 'doctum faciens', in vim nominum transtulit participia, sicut 'iusiurandum iurisiurandi', 'iurisconsultus', 'iurisperitus', 'senatusdecretum', 'senatusconsultum', 'plebisscitum', 'praefectusurbis', 'praefectusfabrum'.

Et sciendum, quod participia sine verbis esse non possunt. si qua igitur videantur sine verbis formam habere participiorum, nomina sunt dicenda et carent temporali significatione: 'paenulatus', 'togatus', 'scutatus', 'galeatus', 'hastatus', 'palliatus', 'caligatus' et his similia.

Sunt tamen quaedam huiuscemodi, quae et nomina et participia esse 91
possunt: nomina quidem cum ipsum habitum significant, non passionem nec tempus, ut 'armatus' ab armis habendis, ὁ ὁπλίτης, nomen est; cum vero a verbo 'armor' passivo nascitur et praeteritum tempus significat 'armatus', ὁπλισθείς, sine dubio participium est. ex omni autem fere habitu huiuscemodi nomina inveniuntur apud Latinos, ut a capillo intonso 'capillatus', a coma 'comatus', a cirro 'cirratus', ab auribus 'auritus', a naso 'nasutus', a tunica 'tunicatus', a lacerna 'lacernatus', a purpura 'purpuratus', a brachiis brachiatus', a || pallio 'palliatus', a praetexta 'praetextatus'; a trabea 'trabeatus', a manicis 'manicatus', a paludamento 'paludatus', a

1 adsciscunt *BD* 2 appositionem *Rr* uocatiuus casus hoc *RBDGK* 3 per] *r* pro *R* 4 compositionem exigo *K* 5 emitationem *K* composita sunt ut *rec. m. in H, edd.* Possumus *BD* 6 tamen] *r* tamen etiam *RDGk* adsumere *B* assūmere *D* emitationem *G* emi*tionem *K* 7 quoque per obliquos *r* 8 casus *B* 10 doctū *ex* doctus *corr. B* nominis *r* 11 iurisconsultus] *r* consultū *R* senatusdecretum senatusconsultum] *r* senatus*****tum (decre *ni f.*) *R* 12 plebiscitum *GL* ꝑfectus urbis *B* ꝑfectus urbis *b* ꝑfectus fabrum *B* ꝑfectus fabrum *b* 14 formam] formam formam *L* formam rei puplicae *K* 15 ut. paenulatus *d* ut penulatus *l* 17 esse non possunt *Rr* 18 quidem] *r* quadam *R* 19 ooπaιτhc *GK* ooπaιτec *L* oπλιτhc *D* ωπaιτhc *Rr* 20 passiuum *r* 21 oπaιcθeιc *GLK* oπaιceeιc *D* oπλιcθehc *B* oπaιcthιc *Rr* 22 nomina *post* inueniuntur *in mg. add. k* 23 c***ro c**ratus *Rr* nasso nassutus *K* 24 tonica tonicatus *DGK* puratus *Rr* 25 bracchiis bracchiatus *R cf. Wagneri orthogr. Vergil. p.* 419 *Lachmanni in Lucret. comm. p.* 371 braciis brachiatus *G* brachis brachiatus *K* braccis braccatus *Zwicc.* 2 *Krchlii, Krehlius, Lindemannus coni. ms. f. recte cf. lib.* XI § 22 pellio pelliatus *Rr* palleo palleatus *B* 26 a trabea trabeatus] *rd* a taberna tabernatus *RBGLK et ni f. in litura D* manichis *Rr* pa||udatus *Rr*

p. 836. 37 P. p. 425—27 K.

stola 'stolatus', a lorica 'loricatus', a pictura 'picturatus', a scuto 'scutatus', a tabula 'tabulatus', a pilo 'pilatus', a gladio 'gladiatus' - ex quo 'gladiator' -, a stella 'stellatus', a pelle 'pellitus', a dentibus 'den|tatus', a barba 'barbatus', a pluma 'plumatus', a balano 'balanatus', a gemma
92 'gemmatus', a rostro 'rostratus', a ferro 'ferratus'. ex aliis quoque nominibus inveniuntur, sed non adeo multa, ut a Cerere 'cerritus', a lympha 'lymphatus' et 'lymphaticus'. nec incongruum vel absonum mihi videtur, posse verba quoque ex his ipsis ad similitudinem eorum, quibus usa est auctoritas, proferre. quid enim impedit, nos quoque aliquid copiae ad opulentiam Latinae conferre eloquentiae et ad imitationem 'armo' et 'armor armatus' dicere 'tunico' et 'tunicor tunicatus', ut 'roboro' et 'roboror roboratus' et ut 'aero' et 'aeror aeratus', 'ferro ferror ferratus', 'plumbo plumbor plumbatus' et ut 'vestio' et 'vestior vestitus', 'togo' et 'togor togatus'? si enim auctoribus timiditas obstitisset, ut nullis novis uterentur dictionibus ipsa natura et significatione rerum exigente, perpetuis Latinitas angustiis damnata mansisset.

DE CONIVGATIONIBVS.

XVII 93 Coniugatio est consequens verborum declinatio, cuius regula apud Graecos quidem tam consonantibus quam vocalibus comprehenditur. consonantibus quidem in his verbis, quae *βαρύτονα* appellant, hoc est ante finem habentia accentum, vocalibus vero in circumflexis, apud nos vero in solis vocalibus secundae personae ad imitationem circumflexorum. sunt igitur coniugationes quattuor apud Latinos, cum apud Graecos decem sint. 'coniugatio' autem nominatur vel propter coniugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleraeque apud Graecos coniugationes regulam sumunt, | vel quod una eademque ratione declinationis plurima coniungantur verba, quod magis ad Latinorum nominationem aptius est.

Per ordinem igitur vocalium locum singulae obtinent apud || nos. cum enim omnia verba, quae aequali regula declinantur, in o vel in 'or' desi-

1 pictoratus *B* 2 pilatus *ex* pilotus *corr. B* 4 a balanano *G* 5 rostris *GLK* 6 ut *om. GL* cerrere *K* ceritus *Rr* limpha *BDGLK* 7 limphatus *RBDLK* limphaticus *BDL* 9 *f.* proferri 10 conferre Latinae *L* aeloquentiae *D* imitationem] *g* emitationem *GK* armo] *r* arma *R* armo et] *b* armo* *B* 11 armatus *om. K* tonico et tonicor tonicatus *GLK* et tunicor et tunicatus *D* et ut *BDGLKr* roburo et roburor roburatus *GL* 12 ferro et ferror *B* 13 blumbo blumbor blumbatus *K* et ut vestio] *r* et uestio *RD* togo togor *L* togo et togor togatus *add. d* 14 autoribus *D* obstitisset] *r* opstitisset *R* obstetisset *GL* 16 angustis *K* dampnata *rd* 17 incipit de coniugatione *D* 18 apu *Rr* 19 quidem *om. G* 20 BAPITONA *R* BAPΓITONA *GL* BAPITONA *K* appellant] *om. D* uocant *d* hoc est] *r* id est *R* 21 accentum. Et uocalibus in *L* accentum et uocalibus in *GK* circum flexis *K* circunflexis *GL* 22 imitationem *ex* emitationem *corr. K* emitationem *G* circunflexorum *GL* 23 decem] *d* decim *DG* 24 nominatur *add. g* 25 pleraque *RrD* 26 uel *add. d* eademquae *Rr* coniugantur *D* 28 Per ordinem — apud nos *om. R, add. ni f., non enim satis distincte enotavi, r* optinent *BDGK*

p. 837 P. p. 427. 28 K.

nant, in o quidem terminantia, si primae sint coniugationis, in ‘as’ efferunt secundam personam, ut ‘oro oras’, ‘sto stas’; sin secundae, in ‘es’, ut ‘moneo mones’, ‘haereo haeres’; sin tertiae, in ‘is’ correptam, ut ‘cupio cupĭs’, ‘curro currĭs’; sin quartae, in ‘is’ productam, ut ‘munio munīs’, ‘esurio esurīs’. in ‘or’ vero verba primae coniugationis in ‘aris’ fa- 94
ciunt secundam personam, ut ‘amor amaris’, ‘criminor criminaris’, ‘luctor luctaris’; secundae in ‘ēris’ producta paenultima, ut ‘doceor docēris’, ‘reor rēris’; tertiae in ‘ĕris’ paenultima correpta, ut ‘legor legĕris’, ‘sequor sequĕris’; quartae in ‘iris’, ut ‘munior muniris’, ‘molior moliris’, ‘audior audiris’.

Inveniuntur tamen quaedam verba, quae ex eadem positione primae personae ad diversas proficiscuntur coniugationes vel variae causa significationis, ut ‘fundo’, quod ad fusionem attinet, ‘fundis’, quod ad fundamentum, ‘fundas’; ‘mando’ ad mandatum ‘mandas’, ad dentes ‘mandis’; ‘dico’ ad dicationem ‘dĭcas’, paenultima tamen correpta, ‘dico’ vero ad dictionem paenultima producta ‘dīcis’; ‘volo’ ad volatum ‘volas’, ad voluntatem ‘vis’; ‘lego’ quoque paenultima producta ‘lēgas’, correpta ‘lĕgis’; ‘compello’ et ‘appello’ ad pulsionem ‘compellis’ et ‘appellis’, ad compellationem vero et appellationem ‘compellas’ et ‘appellas’; ‘sero seras | seravi’, ‘sero seris sevi’ et ‘serui’. sunt alia, quae, quamvis eandem signi- 95
ficationem servent, diversae tamen sunt coniugationis in usu, ut ‘denso densas’ et ‘denseo denses’; ‘strideo strides’ et ‘strido stridis’; ‘ferveo ferves’ et ‘fervo fervis’; ‘cieo cies, cio cis’; ‘dureo dures’, unde ‘duresco’, ‘duro duras’ - Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra.

Virgilius in VIII:

striduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

idem in eodem:

Fervere Leucatēn auroque effulgere fluctus.

1 sunt *D* efferunt *add. d* 2 es] aes *D* ēs ut ut *K* 3 haereses *Rr* 4 munio] munui *B* 5 essurio essuris *LK* 6 creminor creminaris *LK* 7 eris] aeris *Dr* 9 iris penultima producta ut *B* munior *ex* munio *corr. K* 10 audieris (e *adraso*) *B* 11 positione uerbi primae *GL* positione ***** prime (uerba) *B* positione uerbi prima* ad (e) *L* 12 ad diversas] *r* aduersas *R* proficiscuntur] *l* proficiscitur *L* uel *om. D* uel uiriae *Rr* 13 ad confusionem *G* fundis et fundo quod *R* 14 mand**atum *L* 15 vero] *r* enim *R* uero adictionem *L* 18 apello *Dd* appello adpulsionem *L* apellis *Dd* appellis compellationem *GLK* 22 denseo denses] *r* densse odenses *R* strido] *ex corr. b* strid* *B* 23 cies et cio *BG* duresco et duro *GLK* 24 *Luc. Phars.* VI 623 III. *GL* IIII *K* VIII *D* 25 ferali *K* 26 *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 27 tridentque *Med.* striduntque (*praeced.* gemitus) *Pal.* 28 chalibum *RB* calibum *D* calibum *GLK* anelat *D* hanelat *r* hahelant *R* 29 *Verg. Aen.* VIII 677 30 leuaten *Rr* leocaten *GLK* efulgere *G*

p. 837. 38 P. p. 428 K.

idem in I Aeneidos:

Fervet opus redolentque thymo fragrantia mella.

idem in X:

Postremi addensent acies. ||

idem in I georgicon:

et Iuppiter umidus Austris
Denset, erant quae rara modo, et quae densa relaxat.

Lucanus in IIII:

Densaturque globus, quantum pede prima relato
Adstringit gyros acies –,

'tueor tueris' et 'tuor tueris' - Statius in I Achilleidos:

Namque modo infensos utero mihi contuor enses.

Lucretius in VI:

dilutaque contra
Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror –,

'oleo oles' et 'olo olis' - Afranius in fratriis:

Non potest, quin illa stacta longeque et cunctis olat.

Plautus in mustellaria:

Non omnes possunt olĕre unguenta exotica,

nam nisi corripias paenultimam, iambus stare non potest. Terentius in adelphis:

olet unguenta de meo –,

96 'excello excellis' et 'excelleo excelles' - Lucretius in I:

*1 *Verg. Aen.* I 436 2 timo *G* thimo *BLK* flagrantia *GLK Rom. Fr.* (r *in litura Rom.*) flagrantia *Med.* fragl***** *Pal.* 3 *Verg. Aen.* X 432 4 Idem ; postremo addensent acies. idem in primo geor, in X geor & iuppiter *Gg* Postremo *K* Extremi *lib.* VIIII § 43 *cum Verg.* addensent] *etiam lib.* VIIII *l. l. cum Pal. pr. m.* addensen *Rr* addensant *Verg. Med. Rom. et Pal. ex corr.* 5 *Verg. georg.* I 418 *sq.* (*deficit Pal.*) 6 iupiter *L* eupiter *K* umidus] *D cum Rom.* humidus *RBGL* uuidus *Med.* 7 denset *etiam Med. m. pr. Rom.* dense*t (n) *L* densat *Med. m. alt.* rara] rasa *G* et *om. L* 9 *Lucan. Phars.* IIII 780 *sq.* IIII] *B* (?) *Krehlius* II 530. 573 *cf. Cortium ad Luc. l. l.* VIIII *RDGK* nono *L* 10 Denseturque *v. l. ap. Luc.* pede *om. G* primo *K* 11 asstringit *R* astringit *Darmst.*[b] adstrinxit *B* adstrinxit *D* astrinxit *GLK* constrinxit *Voss. A, al.* constrixit *Voss. B* constringit *al. codd. Luc.* giros *LK* 12 tueoris *D* et tueor *R* *Stat. Achill.* I 131 in I in *Rr* achileidos *K* 13 infensos *ex* infensus *ni f. corr. L* mihi infestos utero modo *edd. Statii* ensis *K* 14 *Lucret.* VI 929 *sq.* (929. 934) 16 cum tuimur *G* contuimur *BDKr* *tuimur (c̃?) *L* tangit *K* amaror] *Lucretius* amaro *B* amara *rell.* 17 olio *R* affranius *GLK* *Afran. fratriar. fr.* 6 *p.* 174 *Both.* 215 *Neuk.* XII *p.* 159 *Ribb.* in] a *D* fratris *libri Noniani* 147, 1 fratribus *libri Prisc. cf. Bothium l. l. p.* 173 *Neukirchium p.* 213 18 quin] qui in *B* illa stacta] *Nonius* illa est acta *RBDG* illa acta *LK* longueque *L* et multis *Nonius* olit *GLK* 19 *Plaut. mostell.* I 1, 41 (*v.* 42) 20 omnes *om. L* ungenta *GLK* exeotica *B* 21 *Ter. adelph.* I 2, 37 22 andria *B* 23 olet] *r Terentius cf. lib.* VIIII § 43 XVIII § 243 olent *RB rell.* ungenta *GK.* demeo *in litura R* 24 excelleo] *r* excello *R* *Lucret.* I 27

p. 838 P. p. 428. 29 K.

Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.

Cicero in I epistularum ad filium: quare effice et elabora, ut excelleas –, 'fulgeo fulges' et 'fulgo fulgis'. Lucanus in X:

Fulget gemma toris et iaspide fulva supellex.

Virgilius in VIII: |

auroque effulgere fluctus –,

'sono sonas' et 'sonis' - Ennius in XI annalium:

Tum clipei resonunt et ferri stridit acumen.

Lucretius:

Caligare oculos, sonere auris –,

'uno unas', 'unio unis'.

De singularum igitur coniugationum regulis latius mox tractabimus. sciendum tamen, quod videmur in praeterito perfecto plerumque barytona quoque Graecorum imitari in commutatione consonantium teste Didymo, qui ostendens omnia, quae habent in arte Graeci, habere etiam Latinos, exemplis hoc approbat.

Nam cum primam coniugationem dicunt *βαρυτόνων*, quae tres cognatas habet consonantes, id est *β π φ*, pro qua nos ph scribimus in plerisque, et in omnibus huius coniugationis verbis per *ψ* declinant *ἀόριστον*, hoc est praeteritum infinitum spatio temporis, utrum paulo ante an multo sit perfectum, ut *κρύβω ἔκρυψα*, *λείπω ἔλειψα*, *ἀλείφω ἤλειψα*, nos quoque in praeterito perfecto, quod pro *παρακειμένου*, id est paulo ante perfecto, et pro *ἀορίστου* teste Probo habemus - nam 'amavi' *'πεφίληκα' καὶ* 97

1 ornatum *Prisc. hic et lib.* X § 36 *cum correctore oblongi* oralatum *Lucr. oblong. pr. m. et quadratus* 2 *Cic. in* I *epp. ad filium: fr.* 1 *p.* 467 *Or.* aepistolarum *K* 3 *Luc. Phars.* X 122 4 fulcit *Voss. A et al. codd. Luc.* gemmatoris *K* thoros *Voss. A* toros *al. codd. Luc.* suppellex *D* suppellex *BGLK* suppelles *corr. in* su⋆pellex, *spscr.* i. e. thoros fulcit *Voss. B* 5 *Verg. Aen.* VIII 677 7 et sono sonis *L* *Enn. ann.* XI 1 *E. S. fr.* VI *p.* 54. LXXI *Vahl.* 8 Tunc *lib.* VIII § 38 *libri* clepei *LK* resonunt et] *codd. libri* VIII *l. l.* resonunt aes *K* resonantaes. *Rr* resonant aes *BGL* resonant. ae^{s}. (ae *ex* ac *ni f. corr.*) *D* stridet *in* stridit *corr. D* 9 *Lucr.* III 156 11 unio *Kk* 12 latius *om. L* tractabimus *ex* tractauimus *corr. B* 13 uidetur *D* plerumque *add. d* ΒΑΡΙΤΩΝΑ *B* baritona *G* baritona *L* barithona *K* 14 emitari *G* imittari *K* dydimo *RG* didimo *K* *Didymi de Latinitate* (*cf. lib.* I § 20) *fr.* 3 *p.* 347 *Schmidt.* 16 hoc *eras. in L* adprobat *B* 17 *βαρυτόνων*] *r* ΒΑΡΥΤΟΝ⋆Ν *L* ΒΑΡΙΤΟΝΩΝ *BDK* ΒΑΡΥΘΩΝΩΝ *R* ΒΑΡΓΙΤΟΝΩΝ *G* 18 ph *add. d* 19 et cum in *d* eius *G* uer^{bis} *Rr* declinabant *G* ΑΟΡΙCΤΩΝ *RK* ΑΟΡΙCΤΟΝ *D* 21 ΚΡΥΒΟ *BG* ΚΡΥΨ ΕΙΚΡΥΨΑ ΛΙΒΩ ΕΛΛΙΨΑΝΤΩΕ ΛΛΙΒΩ ΕΜΨΑ *Rr* ΚΡΙΒΩ ΕΚΙΨΑ ΛΙΠΟ ΕΛΙΨΑ⋆ ΕΛΙΦΟ ΑΕΛΙΨΑ *L* ΚΡ⋆ΒΩ ΕΚΡΙΨΑ ΛΥΠΩ ΕΛΥΨΑ ΑΕΛΥΦΩ ΑΕΛΥΨΑ *K* *λείπω ἔλειψα ἀλείφω ἤλειψα*] *sic, nisi quod λεῖπω et ἤλειψα scripsit,* 2 ΛΥΠΟ ΕΛΥΨΑ, ΑΕΛΥΦΟ ΑΕΛΥΨΑ *G* ΛΙΒΩ ΕΛΙΨΑ ΛΙΠΩ ΕΛΙΨΑ *D* ΛΙΒΟ ΕΛΙΨΑ ΛΙΡΩ ΕΛΙΨΑ ΓΡΑΦΟ ΕΓΡΑΨΑ *B* 22 quod] quem *RBD* pro *om. D* ΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝΩΥ *R* ΠΑΡΑΚΑΙΜΕΝΟΥ *DL* ΚΑΡΑ ΚΑΙ ΜΕΝΟΥ *GK* ΠΑΡΑΚΙΜΕΝΟΥ *l* 23 ΑΟΡΙCΤΟΥ *D* Probo] *Berytio? cf. ann. ad lib.* V § 45 ΕΦΙΛΕΚΑ & *D* *πεφίληκα* & *ἐφίλησα* 2 ΠΕΦΙΛΕΚΑΙΤΑΦΙΛΕΙCΑ *R* ΠΕΦΙΛΕΚΑ ET ΕΦΙΛΕΙΚΑ uel ΕΦΙΛΗΚΑ (ΦΙΛΗ *ex corr. in lit.*) *B* ΠΕΦΙΔΕ ΚΑΙ ΤΕΦΙΑΝCΑ *G*

p. 838. 39 P. p. 429. 30 K.

'ἐφίλησα' significat, similiter 'feci πεποίηκα' καὶ 'ἐποίη||σα', 'vidi ἑώρακα' καὶ 'εἶδον', et sic omnia cetera –, cum in praesenti in 'bo' vel in 'po' desinat verbum, plerumque in 'psi' facimus praeteritum perfectum in tertia coniugatione, ut 'scribo scripsi', 'nubo nupsi', 'scalpo scalpsi', 'repo repsi'; nam pro ψ Graeca duplici in principio syllabarum posita Romani 'ps' solent scribere.

In secunda autem coniugatione βαρυτόνων Graeci, quae γ vel κ vel χ habet, per ξ efferunt praeteritum infinitum, ut λέγω ἔλεξα, λήγω ἔληξα, εἴκω εἶξα, ἄγχω ἦγξα. nos quoque in 'go' vel in 'co' desinentibus idem frequenter facimus in praeteritis perfectis, id est per x declinamus hoc
98 tempus, ut 'rego rexi', 'pingo pinxi', 'duco duxi', 'dico dixi'. nam in 'pho', 'cho', 'tho' nullum terminat Latinum verbum. itaque 'triumpho' Graecum est ἀπὸ τοῦ 'θριαμβεύω'; sed translatio fuit aspirationis a prima ad postremam syllabam, quomodo 'κύθρα χύτρα', quod est Ionicum, 'ἐνθαῦτα' pro 'ἐνταῦθα', ad cuius imitationem Latini pro 'θρίαμβος' 'triumphus' per transmutationem aspirationis protulerunt; ideo tamen b in p conversa est, quia b aspirari non potest.

Tertiam quoque illorum imitamur coniugationem, quam per δ τ θ efferunt, ut ᾄδω ᾖσα, ἀνύτω ἤνυσα, πλήθω ἔπλησα, nos 'ardeo arsi', 'laedo laesi', 'ludo lusi', 'concutio concussi'.

ΠΕΦΙΚΑΙ ΠΕΦΙΑΗΥCΑ *K* ΠΕΦΙΛΕΚΑ et ⁎ΕΦΙΕCΑ *in litura l* 1 feci⁎(t) *L* fecit. ΠΙΕΠΟΙΝ. ΚΑΙ ΕΠΟΝ ΠΟΝCΑ. *G* fecit. ΠΙΕΠΟΙΗΚΑΙΕΠΟΗΠΟΗCΑ *K* *πεποίηκα*] ΕΠΟΙΗCΙ *D* *πεποίηκα καὶ ἐποίησα*] *in litura l* ΠΕΠΟΥΕΚΑ ΚΕΠΟΙΗCΑ *B* ΠΕΠΩΙΝΚΑ ΤΕ ΠΩΝCΑ *Rr* ΕΩΡΑΚΑ ΚΕΙΔΟΝ *B* ΕΩΡΑΚΑΚΑ ΚΙΕΙΔΟΝ *Rr* ΕΩΑΡΑ ΚΑΙ ΚΕΙΔΟΝ *G* ΕΩΡΑΚΑΚΕΙΔΟΝ *K* ΕΟΡΑΚΑ ΚΑΙ ΕΙΔΟΝ *in litura l* 2 ΕΙΔΟΝ *D* et *om. K* cetera. Nos quoq; cum *B* uel po *L* et in po *K* 4 reppo repsi *L* 7 ΒΑΡΙΤΩΝΟΝ *R* ΒΑΡΥΤΟΝΟΝ *B* ΒΑΡΥΤΟΝΩΝ *K* ΒΑΡΓΙΤΟΝΩΝ *G* bar⁎⁎tonon *L* quae *spscr. K* Γ. Κ̄. Χ. *GLK* g uel c uel h *RB* g uel c uel ch *D* 8 ξ] x *RBD* ΛΕΓΩ ΕΛΕΞΑ ΛΙΓΩ (ΛΙΤΩ *r*) ΕΛΙΞΑ *RBD* ΛΕΓΩ ΕΛΕΞΑ *K* ΛΕΓΟ ΕΛΕΞΑ *L* ΛΗΓΟ ΕΛΗΞΑ *G* 9 ΕΙΚΟ *GL* ΑΙΧΩ *r* εἴκω εἶξα] *om. D* εἴκω — ἦγξα] ΑΙΓΩ ΕΞΑ ΑΧΙΞΩ ΕΙΧΙΞΑΑΧΩ (*in mg. add.* ΕΙΞΩ) *in litura k* ΑΓΧΟ ΑΓΞΑ *GL* ΑΓΧΩ. ΕΖΑ *D* ΕΓΞΑ *RB* vel in co] *b* uel co *BGK* 10 in praeteritis] *b* i⁎praeteritis (m?) *B* 11 pinguo *L* dico dixi *om. R* in *add. r* 12 terminatur *G* 13 ΑΠΩ ΤΩΝΥ ΤRΙΑΜΒΕΥΩ *Rr* ΤΩΝΥ *B* ΘΡΙΑΜΒΕΙΩ *D* ΘΡΙΑΜΒΕΙΩC *G* ΘΡΕΙΑΜΒΕΙΟC *L* 14 quomodo ΚΥΘΡΑΜΒΕΥΩ. quod est ionicum. ΕΤ ΕΝΘΑΥΤΑ ΠΡΟ ΕΝΤΑΥΘΑ. Ad *B* ΚΥΘΡΑ *K* ΚΙΤΡΑ *L* ΚΑΤΡΑ *Rr* ΧΙΤΡΑ *G* Χ⁎⁎ΡΑ *L* ΧΙΡΑ *K* iolicum *K* ἐνθαῦτα] *k* ΕΝ⁎ΑΥΤΑ *K* ΕΝΘΑΙΤΑ *GL* ΕΝΤΑΙΤΑ *Rr* 15 PRO *D* ΕΝΘΑΥΤΑ *R* ΕΝΘΑΙΘΑ *G* ΕΝΤΑΙΘΑ *L* ΕΝΤΑΘΑ *K* pro *add. k* ΟΡΙΑΜΒΩC *RB* 16 tamen] autem *B* 18 quoque eorum *GL* imitamur] *g* emitamur *G* quam] que *B* per Δ. Θ. ⁎. *K* per d. t. th *RBD* per d. t. uel th *r* 19 ᾄδω ᾖσα] uel ΟΡΟ ΙΑΩ *k* ΝCΑ *Rr* ΕCΑ *L* ΑΝΥΤΟ *BDG* ΑΝΙΤΩ ΗΝΙCΑ *L* ΕΝΥCΑ *BK* ΕΝΙCΑ *D* ΕΝΥCΑ ΠΑΕΤΩ ΠΛΑΝCΑ *Rr* ΠΛΗΘΩ ΕΠΑΗCΑ *D* ΠΑΝΘΩ ΕΠΑΝCΑ *GLK* 20 concusi *L*

p. 839. 40 P. p. 430. 31 K.

Ad quartae quoque imitationem, quae per ζ vel duplicatam σ profertur et praeteritum per σ facit, ut φράζω ἔφράσα, πλάσσω ἔπλασα, nos quoque 'pitisso pitissavi', 'patrisso patrissavi', 'musso mussavi'.

Quinta per liquidas apud illos profertur easque servat in omni praeterito, ut τίλλω ἔτιλα, νέμω ἔνειμα, τείνω ἔτεινα, σπείρω ἔσπειρα. nos 99
quoque in plerisque servamus liquidas, non tamen in omnibus, ut 'caelo caelavi', 'doleo dolui', 'volo volui', 'domo domui', 'timeo timui', 'emo emi', 'tono tonui', 'teneo tenui', 'cano cecini', 'aro aravi', 'terreo terrui'. ideo autem diximus 'in plerisque', quia inveniuntur et m et n et r in praesenti, quae in praeterito perfecto vel abiciuntur vel mutantur, ut 'rumpo rupi', 'premo pressi', 'sterno stravi', 'temno tempsi', 'tero trivi', 'uro ussi'.

Sextam coniugationem dicunt, quae per ω puram || effertur, ut ἱππεύω, πλέω, βασιλεύω, qualia sunt apud nos omnia secundae et quartae coniugationis verba, quippe in 'eo' vel in 'io' desinentia. inveniuntur tamen etiam primae et tertiae coniugationis, non solum e vel i antecedentibus, sed et aliis vocalibus, ut 'inchoo inchoas', 'mutuo mutuas', 'meo meas', 'hio hias'. tertia tamen a vel e ante aspirationem invenitur habere | paenultimas, ut 'traho traxi', 'veho vexi', i vero vel u puras sine aspiratione, ut 'facio facis', 'ruo ruis'.

Sed de omnibus formis praeteriti perfecti quattuor coniugationum et generalibus regulis ad omnem verbi declinationem pertinentibus latius in sequenti libro disseremus. nunc de personis tractemus, quas ideo cum XVIII 100
numero in extrema parte accidentium posuimus, quod non omni verbo, quomodo supra dicta accidentia, adhaerent, sibi autem semper sociantur in verbo et in omnibus quae declinari possunt partibus; nam in adverbio

1 ζ] ξ *G* σ] s *RBDK* 2 praeteritiṭum *K* σ] s *RBD* φραζο *BL* ε φρα*ca *Rr* παασσω *K* παασσο *RGL* επαασσα *R* επλασα *G* επαασα *LK* nos — pitissaui *in litura k* 3 pitisso] *r* petisso *RGL* pytisso *B* petissaui *GL* pytissaui *B* patrissaui γογ. γγζω. musso *B* muso musaui *L* masso massaui *g* 5 ut —. nos *om. D in mg. add. d* τίλλω] α τιαλω *GL* **αλω (ιτ?) *R* παλω *BKr* παλω uel τινω *d* επιλα *B* επαλα *Kd* ειταλα νεμω *R* ειτα, ανεαλω *r* ενεια.λαν ενεμα *K* τείνω ἔτεινα] α τινω ετινα *B* τινο ετινα *G* γινω εγινα *Rd* τινω εντινα *r* τινο ετινα (τινο *ex* τινω *factum*) *K* πινο επινα *L* σπειρο *ex* σπειρω *factum* *K* σιτει,ρω *r* πειρω *d* εσπιρα *R* σπειρα *B* ευπειρα *L* 6 celo *B* 7 celaui *BD* 8 caneo *Rr* cecini] *d* cenici *D* aro arui *L* tereo *D* terui *RrD* 9 inueniuntur in m *B* 10 uel *in litura B* abicitur *BD* abiicitur *GLK* mutatur *BDL* motatur *GK* 11 praemo *RB* pressi siuo siui sterno *B* tempno *RBK* temsi *D* uro ussi tero triui *B* treui *D* us*i (s) *L* usi *RK* 12 ω] *r* ο *RGL* ut *om. GL* ιπευω *Rr* ιπειω *GL* επειω *K* 13 πλέω] *add. d* πλειω *G* βασιλευω *D* βασιιλεγω *G* βασιω ειω *L* βασιο ειω (ο *ex* ω *mut.*) *K* apud nos *om. L* 14 quippe uel in *G* in io uel in eo *L*. eo] ο *D* 16 motuo motuas *G* 17 inueniuntur *Rr* 18 puras *in mg. add. K* 19 ruo ruis facio facis. *L* 22 diseremus *K* 23 in *add. r* 24 accedentia *K* 25 et in omnibus] quomodo supradicta *Rr*

p. 840. 41 P. p. 431. 32 K.

possunt et numeri sine personis et personae sine numeris inveniri: numeri, ut 'quinquies', 'decies', personae, ut 'meatim', 'tuatim'; quamvis enim a singulari pronomine derivantur, indifferenter tamen tam singulari quam plurali numero verborum coniunguntur, ut 'meatim dicis' et 'meatim dicitis'. sed in adverbio species quaedam invenitur haec habens divisa, in verbo vero et nomine et pronomine et participio omnes voces vel singulares habent numeros vel plurales et personas simul cum numero vel finitas vel infinitas. nomen tamen et participium in omni casu tertiae sunt personae absque vocativo, qui solus ad secundam profertur personam.

DE PERSONIS.

101 Sunt igitur personae verborum tres. prima est, quae de se loquitur vel sola vel cum aliis, ut 'dico dicimus', secunda, ad quam loquitur, de ipsa vel sola vel cum aliis, ut 'dicis dicitis', tertia, de qua extra se et illam, ad quam dirigit sermo||nem, posita loquitur prima, ut 'dicit dicunt'. et prima quidem et secunda verborum personae finitae sunt, praesentes enim demonstrantur, tertia vero infinita est itaque eget plerumque pronomine, ut definiatur. et prima quidem et secunda persona verborum pronominibus iungi possunt solis, tertia vero etiam nominibus, quae per se tertiae sunt personae, absque vocativo casu, quod ante diximus, ut 'lego ego', 'legis tu', 'legit ille' vel 'legit Cicero'. nam si dicam 'lego Cicero', soloecismus est, nisi addidero pronomen, dicens 'lego ego Cicero' vel 'legis tu Cicero', exceptis illis verbis, quae sunt substantiae vel vocandi, ut 'Priscianus sum, Priscianus vocor, Priscianus nominor, Priscianus nuncupor'. et prima quidem potest sibi et secundam et tertiam coniungere, ut 'ego et tu facimus, ego et ille facimus', secunda vero non potest coniungere sibi nisi tertiam, ut 'tu et ille facitis', tertia vero nec primam nec secundam, sed alteram tertiam, ut 'iste et ille faciunt'. et prima quidem potest etiam secunda et tertia absentibus per se loqui, ut saepissime apud comicos videmus induci personas, quae ipsae ad se loquantur, ut Simo in Andria:

Non dubium est, quin uxorem nolit filius.

secunda vero vel tertia sine prima non potest esse; potest tamen prima et

1 *in vocc.* numeri sine *desinit lacuna cod. H* personae sinae *H* 3 diriuentur *Br* deriuentur *b* indeferenter *G* indefferenter *K* tamen *om. BDGLK spscr. H* tam] tum *G* 4 et *om. H* 5 quaedam species *B* deuisa *L* 6 uoces tam singulares h̄t *L* 7 personasimul *B* 9 saecundam *D* 10 INCIPIT DE PERSONIS. *D una linea vacua in H* 11 quae de ipsa loquitur *D* 13 extra] *r* intra *R* 14 derigit *G* ut dici dicunt *B* 15 quidem *om. L* persona *D* 16 *post* tertia uero *sqq.* — tertia uero *om. R add. r* 18 etiã *b* et*** *B* per se *r* 19 personae sunt *GL* abque *Rr* 20 dicam] *d* dico *D* 21 solocismus *L* uel *add. r* 23 p̄scianus *h. l. quater GLK* 25 uero *add. r* adiungere *L* 26 nec primam *Rr* 27 primam quidem *Rr* 30 *Ter. Andr.* I 2, 1 31 dubiumst *Bas.* 32 saecunda *K* esse non potest *GL*

p. 841. 42 P. p. 432. 33 K.

secunda sine tertia, et prima et tertia sine secunda inveniri. est enim ubi ipsa prima persona ad se quasi ad secundam loquitur personam, sed figurate, ut Dido in IIII Virgilii:

Infelix Dido! nunc te facta impia tangunt?
Tunc decuit, cum sceptra dabas.

Et quoniam sunt quaedam verba, in quibus naturaliter vel omnes vel 102
quaedam deficiunt personae, de his breviter dicamus. in imperativis prima persona singularis non potest esse, quod naturaliter imperans ab eo, cui imperat, dividitur; cum ergo prima persona est, quae loquitur, ipsa sibi imperare non potest. unde hic modus et vocativum casum asciscit, qui in secunda tantum persona invenitur, ut 'doce grammatice'; nam tertiae quoque personae imperantes internuntia utimur || secunda persona, ut 'grammatice legat discipulus tuus'. ergo si absit secunda persona, non possumus imperare tertiae, nisi figurate ad nosmet ipsos loquentes quasi ad secundam personam. itaque quae Latini in plurali numero imperativa primae personae accipiunt, haec Graeci ὑποθετικά vocant, id est suppositiva sive hortativa. dicunt enim, quod superior debet | ostendi qui imperat eo cui imperat, hic autem suam quoque coniungens personam, similem se sociumque in hac ipsa re, de qua imperat, ostendit futurum illis, quibus imperat, ut 'pugnemus', 'legamus', quasi ad socios videtur hoc modo uti; itaque melius illis visum est hanc personam numeri pluralis separare ab imperativis. sciendum tamen, quod frequentissime iste modus 103
pro optativo ponitur vel deprecativo, ut:

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso,

et apud Terentium:

Fac amabo.

ergo si ad deos, qui omnibus superiores sunt, imperativo utimur modo, cur non etiam ad socios vel ad eiusdem naturae quoscumque homines, quamvis maiores nobis vel similes, per connumerationem nostri quoque, quae fit in prima persona plurali, hoc modo [id est imperativo] utamur?

1 secunda persona sine *K* 2 quasi] *r* que *R* 3 *Verg. Aen.* IIII 596 *sq.* IIII. uirgilii libro *GL* ·IIII· Virgilii *Kk* IIII aeneidos uirgilii *B* 4 facta *H* fata *R* 5 Tum *Verg. Med.* 7 dicamus] disseremus *GL* diseremus *K* 8 cuimperat *Hh* 9 dividitur] *h* diuidatur *H* quae loquitur *add. r* 10 unde et hic *H* modus *in mg. add. K* modus uocatiuum *G* modus de uocatiuum *H* adsciscit *B* qui ** in *H* 11 grammatice *B* grammattice *K* 12 imperantes personae *B* internuntia] *r* internuncia *R* grammattic*e (a) *K* 14 imperere *H* figuratae *G* figuratae *H* 15 plurali *ex* plurale *ni f. corr. H* 16 ὑποθετικά] *r* YPOTETIKA *R* id est] id *L* 17 hortatiua *H* 18 coniugens *RD* *post* personam *in mg.* per omnia *add. b* psimilem *D* 19 illis quis imipera *Rr* 21 uisum est hanc *Rr* numeris *B* 22 frequentissime *B* 23 aptatiuo *Rr* depraecatiuo *RBH* *Verg. Aen.* I 8 24 mussa *G* causa (*sic*) mihi *B* causas *om. G* laedo *L* 25 aput *H* *Ter. eun.* III 3, 28 *post* Terentium: in *add. RBHGL* in eunucho *r* in andria *h* in II. *K* 27 ad eos *L* modo utimur *B*

p. 842. 43 P. p. 433. 34 K.

Infinita quoque et impersonalia et gerundia vel supina carent personis naturaliter. praeterea in nominationibus, id est *ὀνοματοποιΐαις*, sive nominum seu verborum novis conformationibus, non omnes declinationis motus sunt quaerendi, ut 'tinniat' - Persius:

Ne qua subaerato mendosum tinniat auro _,

'taratantara' - Ennius:

At tuba terribili sonitu taratantara dixit _,

104 ut etiam apud Graecos *σίζε ὀφθαλμός, ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀιστοί, φλοῖσβος.*

'Pluit' et 'tonat' et 'fulminat' et multa similia, quae ad homines non pertinent, proprie quidem ad tertiam dicuntur personam, possunt tamen etiam in prima inveniri persona et secunda per poetarum *προσωποποιΐας*, id est conformationes, vel per responsa dei et per apostrophas, quasi ad ipsum Iovem praesentem, et sunt quasi propria || verborum, quae ad solum Iovem pertinent.

Reperiuntur tamen et alia verba, quae in usu deficiunt personis, ut 'cedo', 'sodes', 'salve', 'furis', 'ave', 'infit', 'foret'. quamvis et infio et furo apud Varronem inveniuntur et 'forem' apud Terentium in hecyra:

Nam si utrumvis horum, mulier, umquam | tibi visus forem.

'fore' quoque dicitur, ex quo 'confore' Terentius in Andria compositum protulit:

et id spero confore.

1 anceps est ut unius. *R* 2 ut *om. GLK* menilaus *L* dia Camilla] *Verg. Aen.* XI 657 *cf. lib.* II § 46; *sic d* dica illa *D* 4 perfectum] praeteritum *K* uel naturae *Rr* 5 . Natura *in mg. add. K* . Natura est ut *B* rauci *Rr* 6 ausi *Rr* praemo *H* praemo praessi *Rr* premo pressi *B* 7 ussu *Rr* percussio *D* uel l uel n uel r uel p *Lk* uel n uel l uel r uel p *GK* l *add. r* 8 tergeo ter.geo.si *H* 10 urgeo *H* ursi *Rr* fartio *Rr* 11 rautio *Rr* sartio *Rr* habent sillabas *h* 12 si] *r om. RDH del. l* habeant *HGLK* ante o *in ras. B* 13 missi *D* mi*si(s) *L* enim i uocalem *B* habeant *HL* minuit *H* (*h*?)

14 una syllaba *H* concutio concusi* *K* 15 quarte *D* quia *Dd* 19 positiones *B* sunt longe positione *K* longuae sunt *G* 20 ab eo] abeo *r* habeo *RD* 21 ex quo nomine quod *B* 22 quod habeo *RrD* diriuatur uel nascitur *K* 23 **debeat (de) *L* 24 a] ex *GLK* . 25 uerius *om. GK* 28 positas easdem posita *Rr* habeant *K* et uel natura *B* 29 positionem *Rr* productas habent *K* .

p. 858. 59 P. p. 449. 50 K.

ᶜlĕgo lēgi', ᶜdefēndo defēndi', ᶜfŏdio fōdi', ᶜfŭgio fūgi', ᶜvĕnio vēni'. excipiuntur | quae in praesenti paenultimam i habent correptam eamque servant in praeterito quoque paenultimam. ea enim non producitur in praeterito per hanc formam, etiamsi in praesenti positione fit longa, ut ᶜbĭbo bĭbi', ᶜfīndo fĭdi', ᶜscīndo scĭdi'. et sciendum, quod in his quoque in ᶜeo' vel in ᶜio' desinentia verba una syllaba minuuntur in praeterito, ut ᶜsedeo sēdi', ᶜfoveo fōvi', ᶜmoveo mōvi', ᶜpaveo pāvi', ᶜprandeo prāndi', ᶜvenio vēni', ᶜreperio rēppĕri', quod notandum est, quod antepaenultimam, non paenultimam produxit positione; alia vero pares habent syllabas cum praesenti, ut ᶜiuvo iūvi', ᶜlego lēgi', ᶜfrango frēgi', ᶜdefendo defēndi', ᶜago ēgi'.

Repetunt consonantes primae quidem coniugationis duo monosyllaba: ᶜdo dĕdi', ᶜsto stĕti', et ex his composita: ᶜreddo || reddĭdi', ᶜresto restĭti'; habent autem paenultimas breves. secundae vero in principio repetunt quaedam et habent paenultimas positione longas, sicut in praesenti antepaenultimas, ut ᶜtōndeo totōndi', ᶜmōrdeo momōrdi', ᶜspondeo spopōndi', ᶜpēndeo pepēndi'. tertiae autem quaedam in principio repetunt, quaedam in fine: in principio repetentia, si in praesenti paenultimam brevem habuerint, in praeterito quoque corripiunt eam: ᶜcădo cecĭdi', ᶜcăno cecĭni', ᶜparĭo pepĕri'. sin longa sit in praesenti, paenultima naturaliter in praeterito quoque producitur, ut ᶜcaēdo cecīdi', ᶜpēdo pepēdi'. sin positione sit in praesenti paenultima longa, est quando servatur in praeterito, est quando abiecta consonante corripitur; servatur in his: ᶜpōsco popōsci', ᶜpārco pepērci', ᶜfāllo fefēlli', ᶜtēndo tetēndi', ᶜpēndo pepēndi', ᶜcūrro cucūrri'; abiecta consonante corripitur in his: ᶜdīsco didĭci', ᶜpĕllo pepŭli', ᶜtāngo tetĭgi', ᶜpāngo pepĭgi', ᶜpūngo pupŭgi', ᶜtūndo tutŭdi'. et attendendum, quod omnia ea, quae geminant principalem, servant non solum consonantem, verum etiam vocalem primae syllabae praesentis temporis tam in prima quam in secunda syllaba, nisi si a sit; ea enim in e con-

1 fodeo *K* fodio fodi] foueo foui *D* fodio fodi foueo foui *H* foueo foui fodio fodi *B* 2 quae] *d* quoque *D* eamque] *r* eamquae *R* 4 etsi *R?* praesenti sit positione longa *G* sit *BDHLK* 7 moui *add. r* 8 repperi *K* non penultimam (*sic*) *add. d* 9 *post* positione *in H interposita sunt duo folia, quae continent verba ab* a ferueo § 42 *usque ad* ualidior usus § 50 10 diffendo diffendi *K* 11 Reppetunt *L* 12 do *add. r* et *add. rd* redo redidi *Rr* resti^ti *Dd* resteti *k* 13 repetunt in principio *G* reppetunt *L* 15 totondi] *b* totond* *B* 16 pendo *R* reppetunt *L* 17 in fine: in principio repetentia] *d* et habent penultimas positione *ad praecedens* quaedam in principio repetunt *revertens D del. d* reppetentia *L* 18 caneo *Rr* 19 peperi *K* pepiri *G* si^n *Rr* Si *D* 20 cedo *RD* cecidi *DG* cedi *Rr* cicidi *LK* pepidi *B* 21 est q̃n* seruatur *K* 22 servatur] *d* seruate *D* 23 tendeo *RrD.* tetendi *ex* tetendo *corr. H* pendeo *Rr* pendo pependi *Hh* 24 didi*ci (d) *L* 25 panguo *K* pepigi *ex* pepegi *ni f. corr. K* adtendendum *B* adtendum *Rr* adtendentem *Dd* 26 principalem syllabam *L* 28 si *om. DGLK* si*(t) *H* sit .a. *GL* conuertitur — disco *add. r*

p. 859. 60 P. p. 450. 51 K.

vertitur, ut ‘posco poposci’, ‘tendo tetendi’, ‘pendo pependi’, ‘curro cucurri’, ‘disco didici’, ‘pungo pupugi’; excipitur ‘pello pepuli’. ea vero in e mutatur, ut ‘fallo fefelli’, ‘parco pe|perci’, ‘tango tetigi’, ‘pango pepigi’, ‘cano cecini’, ‘cado cecidi’. et vide, quod, si paenultima longa sit, ea quoque servat e, ut ‘parco peperci’, ‘fallo fefĕlli’, sin brevis, in i convertitur: ‘tetĭgi, pepĭgi, cecĭdi, cecĭni’.

31 In hac enim coniugatione (id est tertia) etiam in fine fit repetitio eiusdem syllabae ubique paenultima correpta: ‘vendo vendĭdi’, ‘credo credĭdi’, ‘reddo reddĭdi’. et sciendum, quod una syllaba abundat praeteritum, in quo fit repetitio principalis vel finalis, tam in prima quam in tertia coniugatione, nisi si i sit ante o, ut ‘do dedi’, ‘sto steti’, ‘resto restiti’, ‘curro cucurri’, ‘parco peperci’, ‘cano cecini’, ‘caedo ce||cidi’; ‘pario’ vero, quia i habuit ante o, pares habuit syllabas tam in praesenti quam in praeterito perfecto: ‘pario peperi’.

DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE CONIVGATIONIS.

VI 32 Quoniam igitur de generalibus praeteriti perfecti temporis verborum formis collectim docuimus, nunc separatim per singulas coniugationes de variis eiusdem temporis speciebus, cuius difficillima est tractatio omnium verbi quaestionum, disserere conemur.

Primae coniugationis verba a secunda persona indicativi modi, quae in ‘as’ desinit, tam in activa quam in neutrali significatione abiecta s et addita ‘vi’ faciunt praeteritum perfectum, ut ‘amo amas amavi’, ‘oro oras oravi’, ‘accuso accusas accusavi’, ‘meo meas meavi’, ‘hio hias hiavi’, ‘flo flas flavi’, ‘no nas navi’. excipiuntur haec, quae in ‘ui’ divisas faciunt praeteritum subtracta a: ‘domo domas domui’, ‘crepo crepas crepui’, ‘frico fricas fricui’, ‘mico micas micui’, ‘seco secas secui’, ‘sono sonas sonui’, ‘tono tonas tonui’, ‘veto vetas vetui’. ‘plico plicas plicui’ vel ‘pli-

1 pendo pependi *Hh* 2 pu*pugi *K* pupugi. tundo. tutudi. Excipitur *B* 3 mutantur *D* ut *om. K* *post* peperci: uel in i *add. h* pepigi *ex* pepegi *corr. H* 4 pario peperi *post* cecidi *add. d* quod *add. b* penultima praeteriti *Hd* 6 ut tango. tetigi. pango. pepigi. cado. cecidi. cano. cecini. *B* cecini cecidi *K* 7 hac eadem *Rr* enim *eras. in B* reppetitio *G* reppititio *L* 9 reddodi *K* scyllaba *H* habundat *RBD* 10 reppetitio *L* 11 si *om. G* resteti *K*. 12 cedo *RB* cado *D* cicidi *GLK* 14 peri *R* pepiri *H* 15 DE PRAETERITO PRIMAE CONIVGATIONIS *r et post* conemur *lin.* 19 *D* huc usque de praeterito perfecto tractauimus. Incipit tractare (tracta re *L*) de coniugationibus. *GL* Huc usque de praeterito perfecto tractauimus. incipit de coniugatione *K* VSQVE HVC DE PRAETERITO PERFECTO *sq. totius lin. litura H inscr. om. R* 16 temporibus *Rr* 17 singulas *ex* singulos *corr. H* 18 dificillima *G* tratatio *R* 20 uerba secunda *GK* 21 hactiua *Rr* 22 *ui(a?) *H* amas *Rr* oro — meavi] *om. R add. r, post* meaui: propino proinas (*sic*) propinaui. Iuuenal. I. hiscere tamquam habeas tria nomina quando propinat (*Iuv. sat.* I 5, 127) *al. m. add. in R* 23 flo flas flaui hio hias hiaui *B* 24 haec qua *Rr*

p. 860. 61 P. p. 451. 52 K.

cavi', quod maxime ex compositis dinoscitur. nam cum praepositione magis per 'ui' divisas, cum nomine vero compositum per 'avi' terminat perfectum, ut 'implico implicui', 'applico applicui', 'explico explicui', 'replico replicui', 'complico complicui'; 'duplico' vero 'duplicavi', 'triplico triplicavi', 'multiplico multiplicavi'. invenitur tamen etiam cum praepositione in 'avi' faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuvius:

Qua te adpli|cavisti tam aerumnis obruta.

Cicero rhetoricon II: quod in itinere tam familiariter se adplicaverit. Varro de poetis libro I: deinde ad Siculos se adplicavit. 'cubo' quoque 'cubui' facit, a quo composita tam primae 33
quam tertiae coniugationis inveniuntur, eundem tamen habent perfectum: 'incubo incubas incubui' et 'incumbo' adiecta m 'incumbis incubui'. 'nexo' quoque 'nexas' vel 'nexis', ut Probo placet, 'nexui'. Virgilius tamen in V:

Nexantem nodis seque in sua membra plicantem,

secun||dum primam protulit coniugationem. Livius vero in Odissia:

Nexebant multa inter se flexu nodorum
Dubio.

Accius in Deiphobo:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.

1 maxime in compositis *BD* 2 compositiuum *R* 3 applic*ui(a) *H* replico replicui explico explicui *GK* repplico replicui explico explicui *L* 5 mulplicaui *H* Inueniuntur *H* 6 raro in *G* pacubius *GLK* *Pacuv. fr. fab. inc.* 28 *p.* 152 *Both.* VII *p.* 103 *Ribb.* 7 Qua] *B et sic ex uno Krehlii codice Ribbeckius l. l.* quae *β ex corr. cum reliquis omnibus* adplicuisti *Hh* applicauisti *RBDGLK* tam] *ms. G. I. Vossii, edd. ante π, Vossius castig. et not. p.* 118 tamen *mei omnes* obruta *ex* obrutis *corr. B* orruta *GL* abruta *K* 8 *Cic. de inv.* II 13, 43 rethoricon *DGL* in *Cicero, om. libri Prisc.* itenere *GLK* se tamen familiariter *Cicero* applicauerit *RBHGK* applicaueris *L* applicarit *Victorinus p.* 131 *Or.* 9 Varro de poetis libro I] *p.* 260 *ed. Bip.; Plautum significari, qui* 'dicitur' 'ad exemplar Siculi properare Epicharmi' (*Hor. epp.* II 1, 57 *sq.*) *perspexit Bergkius de rell. com. Att. ant. p.* 148. *Varronem in primo hoc libro de Plauto egisse docet Gellius* I 24, 3 *cf. Ritschelium mus. phil.* VI 515 se ******* applicauit *H* applicauit *RBGLK* 10 prima *Rr* 11 quam tertiae *ex corr. h* 12 adiecta] *b* abiecta *B* 13 nexas *ex corr. r* *Prob. de cathol. verb. p.* 1487 *P.* 142 *L.* *Verg. Aen.* V 279 15 Nexantem] *sic. etiam Rom.* Nixantem *Pal. Ver. Gud.* Nixantem *Med.* Nexantem nodos *Verg. codd. dett.* no*is *Ll* m̄bra *D* 16 Livius] *b* lauius *B* Livius in Odissia] *Hermannus elem. doctr. metr. p.* 622 *haec refert ad Hom. Od.* IIII 678, *ad Od.* VIIII 264 *sq. Duentzerus de versu Sat. p.* 45 odysia *GLK* odyssia *D* 17 Nexebant] *d* nexabant *DLr cum codd. lib.* X § 48 *et Diomede lib.* I *p.* 366 *P, ubi* nectabant *Monac.* necxabant *Paris. B* se] *sic et Prisc. infra l. l. et Diomedes* se**(se *ni f.*) *B* sese *G* nodorum eripimus dubio *K* 19 *Att. Deiphobi fr.* 1 *p.* 196 *Both. Deiphobi* (*i. e. Antenoridarum, v. p.* 247. 319 *sq.*) *fr.* III *p.* 128 *Ribb.* deiphoebo *G* deipoebo *L* deipho *K* 20 ferrum] *l* ferr*m *L* cripimus *Rr* omnibus] *sic codd. etiam lib.* X § 48, *ubi* omnes *solus Erl.* 1 *Krehlii* manibus *Ribbeckius* manicis *Erl.* 1 *lib.* X *l. l.*

p. 861 P. p. 452. 53 K.

'necto' tamen eius est primitivum; nam quomodo a participio 'amplexus', quod ex verbo nascitur 'amplector', fit verbum frequentativum 'amplexor amplexaris', sic a participio 'nexus', quod nascitur a verbo 'necto', fit frequentativum 'nexo nexas'. unde manifestum, quod rationabilius hoc secundum primam coniugationem protulit Virgilius. a 'necto' tamen similiter 'nexui' protulerunt plerique, quidam tamen etiam 'nexi', 'necto nexi' dicentes et 'nexus', ut 'flecto flexi' et 'flexus'. Virgilius in V:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Lucilius in V:

hic solus vigilavit, opinor,

Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

34 supra dictis addunt quidam 'neco necavi' vel 'necui', sicut et Probus et Charisius et Diomedes, ideo quod participium praeteriti passivum et 'necatus' a 'necavi' et 'nectus' a 'necui' facit. Horatius in I epistularum:

Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Livius ab urbe condita XXI: fame, frigore, illuvie, squalore enecti. Cicero Tusculanarum I:

enectus siti

Tantalus.

sed proprie 'necatus' ferro, 'nectus' vero alia vi peremptus dicitur. Ennius:

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

---

1 est *om. K* amplexus quod nascitur a uerbo necto *D* ex uerbo *et vocc. post* nascitur: amplector — nexus, quod nascitur *in mg. add. d* 2 ex] a *K* amplexor] amplector *H* 3 necto] neco *in* neto *corr. R* 4 manifestum * quod (÷?) *G* manifestum est quod *H* 5 secundam *H* primam] .i. *sup. lin. K* coiugationem *Rr* necto q̃q *Gg* nexui similiter *B* 6 quidam *om. GL* necto nexi *om. R* 7 ut flexo *GL* fluxus *Rr* *Verg. Aen.* V 425 V aeneidos *R* 8 inexuit *B* intexuit *Med.* 9 *Lucil. sat.* V 7 *Dous.* 8 *Gerl.* lucilius satirarum (satyrarum *Paris. AB*) curarum retia (recia *Paris. B*) nectit *codd. Diomedis p.* 366 *P.* 10 uigelauit *K* 11 mi] *Dousa* mihi *libri etiam lib.* X § 48 nexit] *k* *exit *K* 12 Probus] necui *hodie certe nec in arte* II 3 (*de cath. verb.*), 9 *p.* 1485 *P. nec in arte min.* § 772 *p.* 395 *anal. Vind. reperitur cf. ann. ad lib.* V § 45 13 carisius *R* *Charisius p.* 215 *P.* 145 *L.* diomides *LK* *Diomedes* I *p.* 362 *P.* Ideoque participium *K* praeteritum *Rr* 14 necatus] *r* necas *R* nectus] necatus *K* orã *K* *Hor. epp.* I 7 87 in ** primo *L* in. epistolarum *H* aepistolarum *K* 16 spem merita *L* arando *in litura d* 17 Liuius — Tantalus *in mg. add. d* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 40, 9 condita lib. XXI. *B* illuuiae *L* 18 enecti *Rr* *tragoediae inc. fragm. ap. Cic. Tuscul.* I 5, 10 (*trag. fr. inc.* LIX *p.* 214 *Ribb. cf. Fleckeisenum in Iahnii ann.* LXVI 207) Tusculanarum I. *om. G* I] *Krehlius* II. *B* V *RHLK* V *d* 19 enectus siti] *sic Ciceronis cod. Reg.* siti enectus *libri Cic. rell.* 20 tantulus *BH* Tantulus *Fleckeisenus l. l. post* Tantalus: quare necatus et quare nectus (nectus sit *B*) *add. BDHGLK* 21 propriae *Rr* fero *R* peremtus *D* 22 *Enn. ann.* XVI 19 *E. S. ann. inc. sed.*

p. 861. 62 P. p. 453 K.

Excipiuntur praeterea haec quattuor: ‘sto steti’, ‘do dedi’, ‘iuvo iuvi’, ‘lavo lavi’, quod antiqui tertiae quoque coniugationis declinatione proferunt, ‘lavo lavis lavit’. Plautus in Pseudulo:

Gestas tabellas † . eas lacrimis lavis.

Virgilius in X:

lavit inproba taeter

Ora cruor.

idem in III:

fluidum lavit inde cruorem.

a ‘do’ quoque composita et a monosyllabis praepositionibus tertiae sunt coniugationis, ut ‘addo addis’, ‘reddo reddis’, ‘trado tradis’, ‘prodo prodis’. nam ‘circumdo’ ‘circumdas’ facit, quia ‘circum’ et disyllabum est et magis adverbium. et hoc solum verbum primae coniugationis a paenultimam in praesenti et in praeterito imperfecto et futuro et infinito et participio praeteriti corripit: ‘dănus dătis dăris dătur dăbam dăbo dăre dătus dăturus’ et quae ex hoc solent fieri, ut ‘dăbamini’. ‘da’ enim ubique ante finem corripitur in hoc verbo simplici, ut ‘dăturus dătum dătu dător’. Virgilius in I Aeneidos:

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dăbant laeti.

in eodem:

Adsit laetitiae Bacchus dător et bona luno.

in eodem:

O passi graviora, dăbit deus his quoque finem.

idem in eodem:

Si dătur Italiam sociis et rege recepto.

idem in VI:

Cui dătus haerebam custos cursusque regebam.

idem in III:

Et pater Anchises dăre fatis vela iubebat.

fr. LXXXV *p.* 80 *Vahl.* 2 ‘quoque ‘tertiae *H* declinatione] *h* declinationis *H* 3 ut lauo *GL* *Plaut. Pseud.* I 1, 8 (*v.* 10) psedulo *L* psedolo *G* sedulo *H* seudolo *h* 4 tabellas tecum eas *Plautus* lauis *in* lauit *mut. D* lauit *Br et in litura h* 5 *Verg. Aen.* X 727 *sq. cf. lib.* VIII § 36 6 inproba* *D* improba *RBGL* teter *RBDGLK* 8 *Verg. Aen.* III 663 9 fluuidum *BDHGL cum Med. Pal. Fr. m. alt.* 11 coniugationis] *b* coniugationi* *B* ut *om. G* 12 Nam a circundo circundas facis *G* cirdo as *K* 14 praesenti et in *om. GLK* et in futuro *LK* et infinito *add. r* praeteriti temporis *BD* praeteriti et futuri *H* 15 datis daris daris *Ll* 16 hoc *ex* his *corr. K* ut *om. GLK* dabimini *D* ubi$^{q.}$ ante *Rr* 17 daturus *om. D* datu datum *D* dator] *r* dator ut *R rell.* *Verg. Aen.* I 34 *sq.* 20 uela *ex* uila *corr. H* laeti *ex corr. H* 21 in eodem — luno *om. H* In eodem. si datur italiam adsit *Dd* *Verg. Aen.* I 734 22 Adsit] assit *RGLK* atsit *Med.* bachus *GLK* baccus *D* 23 *Verg. Aen.* I 199 24 pasi *GLK* dabit *ex* dauit *corr. B* 25 Idem *ex corr. K* *Verg. Aen.* I 553 26 datur] *k* d**atur (ic) *D* dator *LK* Italiam *in lit. B* 27 *Verg. Aen.* VI 350 28 haherebam *Rr* regebam] gerebam *Pal.* 29 *Verg. Aen.* III 9 30 vela] *h* uale *H* iubebat *ex* iuueuat *corr. B* iuuebat *K Med.*

p. 862 P. p. 453. 54 K.

Persius:

Quin | dămus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalae lippa propago?

VII 36 a 'sto' quoque composita servant duplicationem praeteriti, ut 'resto restiti', 'consto constiti', 'prosto prostiti'. Ovidius tamen 'abstit' pro 'abstitit' protulit in XI metamorphoseon:

Alcyonae lacrimas et quae pars admonet abstit.

et 'absisto' enim et 'absto' 'abstiti' facit.

Supinum vel participiale in 'um' desinens omnia primae coniugationis verba, quae in 'avi' praeteritum terminant, 'vi' in 'tum' convertentia faciunt, ut 'amavi amatum', 'oravi oratum', 'flavi flatum'. quae vero in 'ui' divisas desinunt, si c ante o habuerint, mutant 'ui' in 'tum', ut 'frico fricui frictum', unde Iuvenalis in II:

si prurit frictus ocelli
Angulus.

similiter 'sĕco secui sectum'. sic ergo 'necui nectum' fecit. Ovidius in IIII metamorphoseon:

Nec tu iam poteras enectum pondere terrae
Tollere, Nympha, caput.

'mico' quoque 'micui mictum' debet facere. sed dubitationis causa, quia 'mingo' quoque 'mictum' facit, in usu non invenitur, quamvis ab eo verbo compositum 'dimico' 'dimicavi' facit et 'dimicatus' - Livius in †XXXIII: iusta quoque acie et cōllatis signis dimicatum, quidam auctores sunt _, quamquam 'emico' 'emicui' faciat. Lucanus libro I:

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Emicuit.

1 *Pers. sat.* 2, 71 *sq.* 2 id] hic *B* superius *H* de] *k* d* *K* 3 possint *D* magni *om. Pers. Montep. pr.* magna *Pers. Vat.* Messalae] *codd. Persiani plerique* messale *libri* Messala *Pers. Vat.* Messallae *libri aliquot Pers. dett.* lyppa *D* 4 quoque** (q̃q) *L* resteti *K* 5 prosto prostiti consto constiti *B* consteti *K* prosteti *K* 6 *Ovid. metam.* XI 473 7 Alcyonae] *sic Ovidii 'S. Marci veterrimus et unus Mediceus cum uno Vossiano'* alcyone *RGLK* altione *DH* alcione *B* Halcyones (Alcyones, Alciones) *pars libr. Ovid.* ammonet *L* abstit] *sic etiam pars libror. Ovid.* absit, abstat, astit, astat, abstet, obstat, obstet, obsit *alii* 8 abstiti] abstitit *RBD* 9 "Supinum — desinens. "Omnia — conuertentia faciunt. Vt *Hh* Sopinum quoque uel *K* participale *Lr* parcipiale *G* 12 frigo frigui *D* 13 Iuuenal** (is) *B* *Iuv. sat.* II 6, 578 *sq.* U. *K* 14 purit *Iuv. Pith. m. pr.* ocelli* *B* occelli *GL* 16 ergo neco necui *GLK* *Ovid. metam.* IIII 243 *sq.* 18 enectum *D; in multiplices corruptiones abit pars libr. Ovid.* pondera *K* 19 Nympha] *Ovidius* nimpha *libri* capud *RrD* 20 quia] *k* quod *K* 21 mingno *Dd* habeo *RrD* 22 demico demicaui *GL* dimicavi] *b* dimicui *B* demicatus *GL* *Liv. ab u. c. lib. ...* XXXIII] *numerus corruptus; locum indagare non potui.* XX *corr. Heidelb. in marg. teste Lindemanno* 23 luxta *B* acie] *k* a**ae *K* demicatum *G* quidam auctores sunt] *om. K eras. in H del. d* quidam auctores sunt usi *B* quidam auctores sunt usi in compositione rationabiliter dimicaui *R* 24 facit *r* *Luc. Phars.* I 151. 153 in lib I *B* 25 expsum *G* fulmen | Aetheris impulsi sonitu mundique fragore | Emicuit. *Lucanus*

p. 862. 63 P. p. 454. 55 K.

'plico' etiam et 'plicatum' et 'plicitum' facit, quia et 'plicavi' et 'plicui'. 37 ex eo igitur composita paenultimam a vel i habent in supino: || 'duplicavi duplicatum', 'explicui explicitum', | 'implicui' vel 'implicavi', quod in raro usu est, 'implicitum' et 'implicatum'. unde Lucanus in III:

Implicitas magno Caesar torpore cohortes,

Cicero vero in Pisonem: quid avaritiae, quae criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? in eodem: familiaritate implicatus. Sallustius in IIII historiarum: implicatae rates ministeria prohibebant.

Alia vero in 'ui' divisas praeteritum desinentia 'ui' in 'itum' convertunt in supino paenultima correpta: 'domui domĭtum', 'cubui cubĭtum', 'sonui sonĭtum', 'tonui tonĭtum' (Horatius tamen in epodo 'intonata' protulit secundum analogiam pro 'intonita':

Non me Lucrina iuverint conchylia
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiemps ad hoc vertat mare),

'vetui vetĭtum', 'crepui crepĭtum' ['accubui accubĭtum']. Statius in I Achilleidos:

quem quisque sacrasset
Accubitu genioque locum.

haec tamen ipsa et secundum tertiam vetustissimi protulisse inveniuntur 38 coniugationem, ut Ennius in XI annali:

2 penultimam *b* penultima *B* 3 explicui explicitum] *r* explicaui explicatum *R* implacaui uel a inplicaui quod in raro usu est *Hh* 4 *Luc. Phars.* III 432 5 implicitas *Kk* magnos *K* terrore *aliquot libri Luc.* coortes *GLK* 6 *Cic. in Pis. or.* 35, 86 uero *om. K* Pisonem] *π* in ·II· pisone *B* pisone (pissone *G* pissone *L*) *rell.* in criminibus *H* in creminibus *GLK* 7 implicata] *DKr et codd. Barberiniani n.* 1666 *sup. lin. pr. m. et* 1667 *teste Garatonio ad Cic. l. l. cum libris Cic.* implicita *RBHGL et Barberin. n.* 1666 *in lin. Cic. in Pis. or.* 29, 70 8 *Sall. hist.* IIII 30 *p.* 333 *Kr.* IIII] *r* III. *R* implicatae *RHL* inplicitae *D* implicitae *GK* Implicite *B* 12 *ad* sonitum *in mg.:* Horatius tamen in libro ·I· sermonum ponit sonaturum. Ingenium cui sit. cui mens diuinior. atque os Magna sonaturum des nominis huius honorem (*Hor. serm.* I 4, 43 *sq. cf. lib.* XI § 34) *add. b* oratius *K* *Horat. epod.* 2, 49 *sqq.* in *add. r* aepodo *D* intonata] *b* Intona *B* a tonaui *sup. lin. add. h* 14 Non] *r* nam *R* Non me] nomine *GL* concilia *R* conchilia *BGL* concilia *K* 15 magisue ronibus *L* magis uer omnibus *K* *ue rombus *b* uero.CYAKIO umbus *B* rombus *HGr* rembis *R* scaris *R* scarissi quos *K* *16 eo⌣is *Rr* eo*is *D* 17 iems *Rr* hiems *HGLK* ueritat *Ll* mare ueritat *K* *are *G* 18 accubui accubitum *om. RBDH add. h* *Stat. Achill.* I 109 *sq.* 19 achileidos *B* achileidos *K* 20 quemuis que sacras sed *R* quem qui se sacrasse et *r* quisque] *h* quisse *D* quique *H* quisse *K* quis se *L* quise *B* quis *G* sacrarat *Lips.* 1 *Krehlii cum edd. Statii* sacrauit *cum gloss.* elegit *Heidelberg.*, *sacrasse *Dresd.* 2 *Krehlii* 21 genioque] *r* genio quoque *R* genioque *Kk* , locus *v. l. ap. Statium* 22 protulisse uetustissimi *G* 23 Ennius in XI annali] *v.* 1 *E. S fr.* VI *Vahl. cf. lib.* VIII § 96

p. 863. 64 P. p. 455. 56 K.

Tunc clipei resonunt et ferri stridit acumen.

idem in XIIII:

Litora lata sonunt.

Accius in Clytaemnestra:

sed valvae resonunt regiae.

Lucretius:

Caligare oculos, sonere aures.

'steti' vero 'stātum' supinum paenultima producta debet facere, unde Lucanus in II:

Constātura fides superum,

cum 'dătum' et 'dătus', sicut superius ostendimus, corripiant a paenultimam. est tamen in hoc quoque notandum, quod nomina ab | eo derivata a paenultimam corripiunt vel antepaenultimam, ut 'stātus stăta stătum stăbilis'. Lucanus in X:

quorum stăta tempora flatus.

idem in V:

Quam non e stăbili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

composita ab eo varie vetustissimi protulerunt, 'asto astitum' et 'astatum', 'praesto praestitum' et 'praestatum'. Aemilius Porcina orator in oratione, uti lex Aemilia abrogetur: tempore adstiturum atque petiturum me esse. Brutus in epistulis: occiso Gaio Caesare, postquam mare transierat, praestatum est.

V vero longam ante 'tum' unum habet: || 'iūtum' et ab eo composi-

1 Tum *lib.* VIII *l. l.* clepei *GLK* stridẹnt *D* 2 *Enn. annal.* XIII 8 *E. S.* XIV IV *p.* 57. LXXIII *Vahl.* XIIII] *libri mei praeter L, π* VIII. *L* XIII *libri Krehliani ut vid. plerique cum edd. rell.* 4 attius *K* *Att. Clytaemn. fr.* 1 *p.* 194 *Both. Clytaemn.* (*s. Aegisthi, v. p.* 298 *coll. Düntzero ad Liv. Andr. fr.* I *p.* 25) *fr.* I *p.* 117 *Ribb.* clytemnestra *R et ni f. H* clitemnestra *BD* dytemnestra *GLK* clytēmestra *h* 5 sed valvae] sualde *K* ualde *RBDG* ual⋆de *L* roso-nunt rigiae *K* 6 *Lucr.* III 156 7 calicare *GK* sonere] *d* sonare *RDL* so⋆-nare *K* aures] aures regiae *libri* regiae *e versu Attii irrepsisse vidit Lachmannus ad Lucr. l. l.* auris *codd. Lucr.* 8 seti *Hh* stat.tum *Rr* *Lucan. Phars.* II 17 11 corripiat *RDH* corripit *r* corripiunt *K* 12 nomina *ex* omnia *corr. K* ab eo] *in mg. add. K* habeo *RrD* diriuatiua *G* 14 *Luc. Phars.* X 240 *cf. lib.* IIII § 13 15 temporas *Rr* 16 *Luc. Phars.* V 250 *sq. cf. lib.* IIII § 26 17 e *inseruit h om. H rell.* sed culmine sed culmine cuncta *K* culmina *G* cunta *Rr* 18 dispiceret *DGK* 19 uariae *Rr* uariae *K* assto asstitum et as-statum *Rr* adsto adstitum et statum *Bb* 20 Aemilius] *ex corr. h* Emilius *GK* *M. Aemilii Lepidi Porcinae or., uti lex Aemilia abrogetur: v. Meyerum orr. R. fr. p.* 195 orator] orat' (*i. e.* oratur) *GLK* 21 'aemilia 'lex *H* emilia *DK* eme-lea *G* arrogetur *G* adtiturum *B* astiturum *RHGK* adque *D* 22 me esse] *'forte* ne abessem' *Falsterus memor. obsc. p.* 11 *M. Iunius Brutus in epp.: v. Meyeri ann. ad inscr. Bruti Cic. p.* 11 *ed. suae, Drumannum hist. R.* IIII *p.* 40 aepistolis *K* Gaio] *om. GLK* g̃. *DH* 23 post quem *D* trasierat *B* 24 longam] *d* longum *D* et habeo *D*

p. 864 P. p. 456. 57 K.

tum ‘adiūtum’. ‘au’ quoque unum: ‘lautum’, quamvis vetustissimi etiam ‘lavatum’ solebant dicere. unde Terentius in eunucho:

Abeunt lavatum, perstrepunt,

pro ‘lautum’, et Ovidius in III fastorum:

Silvia Vestalis - quid enim vetat inde moveri? -
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

‘potum’ quoque pro ‘potatum’. Virgilius in bucolico: 39

Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum.

Terentius autem in Phormione perfecte protulit:

Nam potaturus †apud me est.

Virgilius in bucolico:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

idem in georgicon IIII:

Quoque modo potis gauderent intiba †fibris.

Lucanus in V:

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturae te, Nile, grues.

Sciendum autem, quod in ‘um’ desinens supinum accepto verbo infinito, | quod est ‘ire’, facit infinitum futuri, ut ‘oratum ire’, ‘domitum ire’, ‘lautum ire’ vel ‘lavatum ire’, ‘statum ire’. frequenter tamen antiquissimi neutro participio futuri addebant ‘esse’ et infinitum futuri significabant, ‘oraturúm esse’ pro ‘oratum ire’ dicentes et ‘facturum esse’ pro ‘factum ire’. Cato in V originum: illi polliciti sese facturum omnia, per ellipsin ‘esse’ pro ‘factum ire’, quod Graeci dicunt *ποιήσειν*, quod est infinitum futuri. Lucilius in XVII ad Penelopam conversus:

2 *Ter. eunuch.* III 5, 52 iunucho *K* 3 habeunt *RD* labatum *B* 4 pro lau⋆tum *K* et *om. G* *Ovid. fast.* III 11 *sq.* IIII. *Kr* 5 Siluia] *sic etiam Ovid. fere omnes cum Petav. et Vrsiniano* Ilia *Arundelianus et gloss. Gotting.* moneri *G* 6 petebant *K* petabat *D* 7 *Verg. ecl.* 9, 24 8 egyptityre *D* tytere *RGK* 9 *Ter. Phorm.* V 5, 9 autem *om. G* protulat *Rr* 10 est apud (aput *Bemb.*) me *Terentius* 11 *Verg. ecl.* 7, 11 12 venient] *d* ueniunt *D cum Verg. Leid.* 13 *Verg. georg.* IIII 120 *cf. lib.* XI § 17 in l. georgicon *B* III⋆ (I) *R* I *DGLK* 14 potis] positis *Verg. Longob.* intiba] *etiam Med. Pal. Fr.* (*deficit Rom.*) intuba *L* fibris] *libri hic et lib.* XI *l. l. et Longob. Verg., quod ortum est ex georg. lib.* I *versu* 120, *cuius* Strymoniae grues *versu Lucaniano inciderint in scholastici memoriam.* riuis *ex Vergilio corr. h* 15 *Luc. Phars.* V 711 *sq.* 16 strimona *HGLKr cum Voss. utroque: sic igitur f. Prisciani archetypus* strimonia *R* relictum *L* relinqunt *Voss. B* 17 nilae graues *K* 19 infiniti futurum *B* *post* futuri: ut oratum — futuri *om. D add. d* dominum *K* 20 lautum uel *K* uel *om. L* statum ire *om. L* 21 esse *om. G* infiniti futurum *B* 23 factum] *bh* facturum *B* factu⋆ *H* *Caton. origg. lib.* V *fr. p.* 116 *Kr. fr.* 104 *p.* 286 *Rth. fr.* LXXXVII *p.* 55 *Wr.* V. de originum *GLK* 24 ellipsin] *g* ellipsim *R* ellimsin *G* elypsin *D* eclipsin *H* esse facturum pro *B* ποιησειν *RHGK* 25 lucillius *GL* *Lucil. sat.* XVII 4 *Dous. Gerl.* XVII *ex* XIIII *corr. L* paenelopam *R* penelopam *D* conuersus ait *DG*

p. 864. 65 P. p. 457. 58 K.

Nupturum te nupta negas, quod vivere Vlixen
Speras.

in hoc quoque subaudiendum est 'esse', id est 'nupturum esse' pro 'nuptum ire', *γαμηθήσεσθαι*. Sulla in vicesimo primo rerum suarum: ad summam perniciem rempublicam perventurum esse, pro 'perventum ire', *ἐλεύσεσθαι*.

DE PRAETERITO PERFECTO SECVNDAE CONIVGATIONIS.

VIII 40 Secunda coniugatio in 'eo' desinit. et ea terminatio propria est secundae coniugationis, exceptis paucis primae coniugationis: 'meo meas', 'beo beas', 'laqueo laqueas', 'nauseo nauseas', 'enucleo enucleas', 'creo creas', 'screo screas', 'calceo calceas', quod alii 'calcio calcias', et quartae duobus: 'eo is', 'queo quis' et quae ex eis componuntur, ut 'adeo, redeo, pereo, veneo, nequeo'. in 'eo' i antece||dente unum invenitur, 'cieo'. unde Virgilius in I:

Bella cient primaque vetant consistere terra.

idem in VI:

Aere ciere viros Martemque accendere cantu.

invenitur tamen hoc idem etiam in 'io' | desinens quartae coniugationis. unde Statius in IIII Thebaidos:

suus excit in arma
Antiquam Tiryntha deus.

Lucanus in II:

Nunc urbes excite feras, date gentibus arma.

Lucretius:

1 nupturam *Gerlachius!* te nuptam *RBGK* ulixen* *H* 4 ГАМНΘНСЕТАІ *RD* ГАМНΘНСЕΘАІ *r* ГАМNЕNСЕΘАІ *GL* ГАМНΘНСЕОАІ *H* ГАМNЕNСЕΘАІС | ylla Sylla *K* sylla *DHLrb* silla *G* syllaba *RB* *L. Cornelii Sullae rerum suarum lib.* XXI *fr. p.* 291 *Kr. fr.* 18 *p.* 338 *Rth.* uigesimo primo *D* uicensimo primo *L* 5 rēppublica *Rr* rempuplicam *GK* 6 perventum] *ex* peruenturum *corr. ni f. H* peruenturum *K* peruenturum *B* ire ut ЕУСЕСЕАІ *in litura H* *ἐλεύσεσθαι*] *r om. K* ЕΛЕУСЕСТАІ *R* ЕΛЕІСЕСΘАІ *D* 7 De preterito perfecto secundę coniugationis *1* de p̄terito secundae coniugationis. *D et in lacuna ab L relicta l* DE SECVNDA CONIVGATIONE. *RK* SPECIES PRAETERITI PERFECTI SECVNDAE CONIVGATIONIS. *B* Incipit de secunda coniugatī *G inscr. om. H* 8 proprie *D* 9 pacis *B* 10 enucleo *ex* enucleas *corr. H* ******* enucleo enucleas (enucleo) *L* creo creas *om. DHG add. d, in mg. post* screas *add. K* 12 duabus *Rr* ex his *BDHGLK* 13 ueneo *Rr* ueneo uenum eo *BHGLK* cieo id est uoco *HGLKb* cieo *** uoco *B* 14 *Verg. Aen.* I 541 16 *Verg. Aen.* VI 165 17 uiros *in mg. K* accedere *Rr* accidere *K* cantum *K* 18 in*io(h) *D* 19 Statius] *bh et in litura d* terentius *RBH* terrentius *GLK* *Stat. Theb.* IIII 146 in IIII Thebaidos *om. G* IIII] *1* III. *RBDHL*.U. *K* tebaidos *LK* 21 tyrrinta *Rr* tyrinta *DHGLK* tyrintha *B* 22 *Luc. Phars.* II 47 *sq.* date gentibus iras | Nunc urbes excite feras, coniuret in arma (armis *pars codd.*) | (Mundus *etc.*) II. liū. *K* 23 dat *GL et in litura K* gentilibus *B* 24 *Lucr.* V 211 Terraique solum subigentes cimus ad ortus. *idem versus extat ibidem* I 212, *sed Priscianum ad lib.* V *spectasse docet* aurarum; *ita enim ibi pergit Lucretius:* Sponte sua nequeant liquidas existere in auras. *aliter Lachmannus ad Lucr.*

p. 865 P. p. 458. 59 K.

aurarum cimus ad ortus.

Livius in CXVIII: adversus interfectores Gai Caesaris ultoribus manum conparans concibat. praeteritum eius tam in ‘vi’ quam in ‘ii’ desinit, ‘civi’ vel ‘cii’. Lucanus in VII:

quantas in proelia numquam
Concivere manus.

Virgilius in V:

Famaque finitimos et clari nomen Acestae
Excierat.

Observandum autem in omnibus est verbis, quod, si minuat praesentis syllabas praeteritum, necessario paenultimam producit, sive producta sive correpta sit in praesenti, nisi syncopam patiatur, ut ‘cieo cīvi’ et per syncopam ‘cĭi’, ‘rideo rīsi’, ‘faveo fāvi’, ‘augeo auxi’, ‘moveo mōvi’, ‘sedeo sēdi’, ‘facio fēci’, ‘fugio fūgi’, ‘fodio fōdi’, ‘venio vēni’. ergo ‘liqueo licŭi’ et ‘langueo langŭi’ pares habent in praeterito et in praesenti syllabas, corripiunt enim paenultimas praeteriti, idque usus comprobat. Ovidius in VI metamorphoseon: 41

Inposito fratri moribunda relangŭit ore.

idem in IIII:

nectare corpus
Delicŭit.

idem in VII:

Delicŭit stagnumque suo de nomine fecit.

V loco consonantis ante ‘eo’ habentia ‘eo’ in i conversa faciunt praeteritum et producunt paenultimam necessario secundum praemonstratam

V 211: ‘*Priscianus p.* 865 Lucretius aurarum cimus ad ortus. *sic ille librarii errore deceptus*, aurarum, *cum is grammaticus quem exscribit dedisset* Lucretius de natura rerum’. terrai *pro* aurarum *scribi iusserat G. I. Vossius de arte gramm.* V 35 *p.* 870 *bis ed. Eckstein.* 1 ad ortus] *r* adhortus *RB* 2 Libius *K* Lucanus in VXVIIo *Lips.* 1 *Krehlii Liv. ab u. c. lib.* CXVIII *fr. t.* XIIII *p.* 795 *sq. Drkb. ed Stuttg. p.* XIII *fr.* 49 *Wssb.* CXIIX *Vossius de arte gramm. l. l. et in ed. a.* 1635 *tom.* III *p.* 124 *et in opp. t.* II (*Amstelod.* 1695 *fol.*) *p.* 318. XCVIII *cod. Prisc.* (?) *a C. Barthio ad Stat. Theb.* IIII 146 *l.* XVIII *rell. codd. omnes cum* ‘*vetustissimo*’ *Barthii et ms. Vossii.* CXVII *Barthius et sic Vossii ed. Ecksteiniana* g̃. *DHGL* .g. *K* ultores manuum cperans ccibat *alter cod. Barthianus* (?) 3 comparans *RDGLK* 4 civi] uel ciui *BDH* ut ciui *GLKrb* *Lucan. Phars.* VII 361 *sq.* VI. *RH* VIII. *r* 5 praelia *G* 6 exciuere *codd. Lucani et sic duo* ‘*eximia*’ *mss. Prisciani a Cortio inspecta* 7 *Verg. Aen.* V 106 *sq.* 8 aceste *R* a*ceste (c) *G* aceste *D* accestae *L* achestae *K* acaestae *Med.* 9 excierat] *sic etiam Pal. ex corr.* exierat *Pal. m. pr. Rom.* 11 producit peneultimam *G* 12 sit] fit *K* praesenti nisi] *b* praesenti **nisi *B* *post* syncopam: patiatur — syncopam *om. R add. r* paciatur *D* 14 fodio foui *Bb* fodi *spscr. r* 15 li*cui *B* langeo *GLK* 16 Coripiunt *R* *Ovid. metam.* VI 291 18 Inposito *ex* Inposita *corr. B* Imposito *RHGL* moribundo *GLK* relangit *L* 19 idem *om. GL* *Ovid. metam.* IIII 252 *sq. cf.* § 55 .UII. *K* 20 nectare *om. H add. h* 21 Delicuit] *h Lips.* 1 *Erl.* 2 *Krehlii et sic R* § 55; deliguit *H* dilicuit *cett.* 22 *Ovid. metam.* VII 381 23 Delicuit] *H* dilicuit *cett.* delituit *v. l. ap. Ovidium* 24 ante e habentia *GLK* conuertentia *HGLK*

p. 865. 66 P. p. 459. 60 K.

regulam, ut ‘moveo mōvi’, ‘foveo fōvi’, ‘faveo fāvi’. inveniuntur autem auctores, qui, quomodo in praeterito primae coniugationis in ‘vi’ syllabam terminante faciunt in secunda tam singulari quam plurali et in tertia plurali in ‘unt’ desinente persona paenultimae syncopam syllabae, sic etiam in secunda coniugatione, quando praeteritum in ‘vi’ desinit, ut Virgilius in IIII:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

pro ‘admoverunt’. Horatius in sermonum I:

Hunc hominem velles si tradere, dispeream, ni
Summosses omnes. ||

42 ‘conīveo’, quod etiam ‘conivo’ secundum tertiam protulerunt veteres, praeteritum tam in ‘vi’ quam ‘xi’ habuit. Ninnius Crassus in XXIIII Iliados:

nam non conivi oculos ego deinde sopore.

Turpilius vero in paraterusa:

Dum ego conixi somno, hic sibi prospexit vigilans virginem.

‘ferveo’ quoque etiam ‘fervo’ invenitur, ab utroque tamen praeteritum ‘fervi’ dicitur. Terentius in adelphis:

1 foueo foui *om. L* faueo faui *add. r* 2 ″coniugationis ″primae *K* 4 in runt *b* penultimae *r* penultimam *R* 5 praeteritum] *r* praeteritur *R* *Verg. Aen.* IIII 367 7 hyrcaneaeque *B* hyrcaneq. *GL* hircaneque *K* ammorunt *GL* ad*morunt *K* ubera *ex corr.* (*ex* libera?) *B* tygres *R* tigris *BDHGLK* 8 ammouerunt *GLK* oratius *GLK* *Hor. serm.* I 9, 47 *sq.* in sermonum I pro summouisses *om. G* 9 hominum *Rr* si uelles *v. l. ap. Hor.* 10 summosses *Ll* summóses summos omnes *K* submosses omnis *libri Horat.* 11 Coniuneo *Rr* coniuo **(.r. m?) *B* conibo *K* 12 quam in xi *BDGrh* ninius *H* nimius *K* Ninnius Crassus in XXIIII Iliados] *v. Non. p.* 475, 14 *coll. Scioppio suspect. lect.* V 1, *Vossio de arte gramm.* V 24 *p.* 830 *Eckst., Huschkio de C. Annio Cimbro p.* 9 *sq., Bernhardio in hist. lit. Rom. p.* 406 *ed. alt.* Cneius Mattius *Ios. Scaliger coniect. ad. Varr. de l. L.* VII § 95 *t.* II *p.* 236 *ed. Bipont., Gisb. Cuperus observ.* III 6 *cf. etiam lib.* X § 10 crasus *GLK* XXIIII] *Scaliger l. l. coll. Hom. Il.* XXIIII 637 *οὐ γάρ πω μύσαν ὅσσε ὑπὸ βλεφάροισιν ἐμοῖσιν.* XXIII *libri* 13 Iliados] *r* aliados *R* yliados *GLK* *Matii Iliadis fragmentis, quamvis dubitans* (*v. p.* 569) *h. l. inseruit Wernsdorfius poet. Lat. min.* IIII 572 *fr.* 10 14 egeo *Rr* 15 Turpi*lius(l) *B* Turpullius *GLK* *Turpilii paraterusae fr.* 6 *p.* 89 *Both.* VI *p.* 36 *Grautoff.* V *p.* 91 *Ribb.* paraterusa] *r* paraturusa *R* paterusa *G* 16 sompno *K* somno hic sibi somno hic sibi *Rr* sibi *om. G* 18 ferueo — ferbesco *p.* 479, 22] *eo ordine, quem secutus sum quique a Prisciani more haud abhorret, totum hunc locum exhibent libri, nisi quod post versum Calvinum in HGK, post Terentianum in D, post Persianum in L inseritur sententia:* quaeritur — dominatio (*v. ann. ad p.* 480, 17), *nota scil. marginalis, quae ubique nexum sententiarum intercidit. uncis, in mg. addens:* aspice librum istum quando de figuris particī narrat, *haec inclusit g, nota* XP *ad initium et ad finem appicta d, quae praeterea, sicuti bhk aliis signis appictis ordinem quendam sententiarum constituere conata est, quo exempla ad vocc.* coniueo *et* ferueo *pertinentia inter se coniungerentur, sequentibus edd. inde ab α: ita scilicet, ut post versum Turpilianum singulae sententiae sese exciperent hoc modo:* Caluus — largior, ferueo — adulescentiam, a ferueo — ferbesco, nec solum — olis, a strideo *etc.* (nec solum — fulgis, a strideo — fluctus, denseo — olis, a denso *etc. b*) etiam] et *b* fervo] *d* ferueo *D* utro$^{q\cdot}$ *Hh* tamen] *b* tam *B* 19 *Ter. adelph.* I 2, 72 in adelphis *om. G*

p. 866 P. p. 460 K.

Sperabam iam defervisse adulescentiam.

nec solum ea diversarum coniugationum inveniuntur verba, sed multa praeterea, ut ‘strideo strides’ et ‘strido stridis’, ‘fulgeo fulges’ et ‘fulgo fulgis’, ‘denseo denses’ et ‘denso densas’, ‘oleo oles’ et ‘olo olis’. Calvus ‘conivere’ infinitum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit: 43

Cum gravis ingenti conivĕre pupula somno.

Persius vero secundae protulit:

Vae, nisi conives! oleum artocreasque popello
Largior.

a ‘ferveo’ Virgilius in I:

Fervet opus redolentque thymo fragrantia mella.

idem in VIII a ‘fervo’:

Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.

Lucilius:

fervit nunc, fervet ad annum.

Terentius in adelphis:

†Cum maxime fervit, tam placidum quasi ovem reddo.

unde ‘fervesco’. dicitur tamen etiam per b ‘ferbeo’, ex quo ‘ferbui’. Horatius in I sermonum:

Velatumque stola, mea cum conferbuit ira.

unde et ‘ferbesco’. a ‘strideo’ Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra,

a ‘stride’ Virgilius in VIII:

striduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

1 iam *del. RK* adolescentiam *R* aduliscentiam *DHGL* adoliscentiam *K* 2 coniugatione *D* 3 fugo *Hh* 4 *C. Licinii Calvi fr.* 11 *ap. Lachmannum Catull. p.* 82, *fr.* XIII *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 144 5 prenultima *B* 7 ingenti] *om. L* urgenti *Nic. Heinsius* popula *GLK* sompno *K* 8 *Pers. sat.* 6, 50 *sq.* vero] *om. L* uero et *G* 9 Ve *D* uenisi *R* uaenisi uenisse *GLK* conlues *Montepess. pr. Vat. Pers.* oleum] oleuo *GLK* artocreas quae *H* arto creasque *L* orto creasque *K* 10 largiar *Montepess. pr. Vat.* 11 *Verg. Aen.* I 436 *cf. lib.* VIII § 95 12 thymmo *D* thimo *BLK* tymo *r* fraglantia *R* flagrantia *DHGLK* 13 *Verg. Aen.* VIII 677 a fervo] *om. K* a feruo feruere. feruere *b* 14 leocaten *GLK* efulgere *K* fluctis *R* 15 *Lucil. sat. lib.* VIIII *fr.* 14 *Dous.* 10 *Gerl., libro nono assignatum a Nonio p.* 502 *extr., plenius:* Feruit aqua et feruet: feruit nunc, feruet ad annum *laudatum a Quintil. inst. or.* I 6, 8 *cf. Struvium lat. Decl. u. Conj. p.* 189 *sq. Lachmannum ad Lucr.* II 44 16 fervit] *r* feruet *RHGLK* feruet *G* feruit *r* ad *add. r* 17 *Ter. adelph.* IIII 1, 18 Cum feruit maxume (*Bemb.* feruet maxime *Bas.*) tam placidum quam ouem reddo *libri Terent., unde vel* c. f. m., tam placidum, quam ouis est, reddo *vel* quasi *ex Prisciano accepto* c. f. m., tum placidum quasi ouem reddo *scribendum visum est Bentleio* feruit] *r cum Ter. Bemb. et Donato* feruet *R rell.* iouem *G* 19 oratius *K* *Hor. serm.* I 2, 71 20 in I sermonum *om. G* 21 mea c̄ ferbuit *G cum libris nonnullis Hor.* ira *add. r* 22 et ferbesco] *d* exferbesco *RDGL* A⋆strideo *B* *Lucan. Phars.* VI 623 III. *H* 23 ferali *K* 24 *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 25 striduntque] *d* stridentque *D* 26 structurae *h* uel structurae *b* chalibum *BDHL* calibum *RG* calybum *K*

p. 866. 67 P. p. 460. 61 K.

a 'fulgeo' Virgilius in V:

Ductores auro effulgent,

a 'fulgo' idem in VIII:

auroque effulgere fluctus.

a 'denso' Ennius in VIII annalium:

Densantur campis horrentia tela virorum,

a 'densĕo' Virgilius in X:

Extremi addensent acies.

ab 'oleo' Terentius in adelphis:

olet unguenta de meo,

ab 'olo' Plautus infiniti verbi secundam syllabam corripuit in mustellaria:

Non omnes possunt olĕre unguenta exotica.

44 Supinum a praeterito fit mutata 'vi' in 'tum', ut 'civi citum', 'movi motum', 'fovi fotum'. nec solum in secundae coniugationis verbis in 'vi' praeteritum facientibus, sed etiam in aliis est || observandum, ut 'amavi amatum', 'accusavi accusatum', 'adiuvi adiutum', 'cupivi cupitum', 'accersivi accersitum', 'arcessivi arcessitum'. excipiuntur 'lavi lautum', 'cavi cautum', 'favi fautum', quae differentiae causa pro a longa 'au' diphthongum habuerunt, propter 'latum, catum, fatum', quae alias habent significationes. et sciendum, quod in omnibus huiuscemodi supinis paenultima producitur, exceptis 'sătum' a 'sero sevi' - quod etiam 'serui' habuit in usu antiquitas, unde

1 *Verg. Aen.* V 132 *sq.* auro | Ductores longe effulgent 2 Ductores] *r* doctores *RK* efulgent *L* effulgent *K* 3 *Verg. Aen.* VIII 677 5 *Enn. ann.* VIII 47 *E. S. fr. inc.* 5 *Hug. fr.* XIII *p.* 43. LXIII *Vahl.* VII. *G* 6 denssatur *Rr* horrentia] *r* horentia *RL* 7 denseo *ex* denso *corr. H* *Verg. Aen.* X 432 *cf. lib.* VIII § 95 9 *Ter. adelph.* I 2, 37 *cf. lib.* VIII § 95 in adelphis *om. G* 10 olet *H* olent *BDL* ungenta *G* meo] *b* me* *B* 11 *Plaut. mostell.* I 1, 41 (*v.* 42) 13 omnis *D* unguenta *Bb* ungenta *GLK* exeotica *B* exetica *D*

14 De supinis secundae coniugationis. *inscr. l* Supino *Rr* 16 amaui* *K* 17 *post* adiutum *in B, paulo post post* arcessitum *in R interposita, a k ad mg. iterum adiecta sunt eae verba, quae variis* § 42 *locis, ut ad p.* 478, 18 *dictum est, inseruerunt DHGLK:* quaeritur, cur cum 'spiro spiras' et 'halo halas' 'spiravi' et 'halavi' faciant, rerum vocabula i habeant, 'spiritus' et 'halitus'? quae puto esse anteriora verbis ideoque non sequi derivativorum regulam, quomodo 'iudicatus', id est 'iudicatio', et 'dominatus', id est 'dominatio'. (cur cum] *d* circum *D* cum *R* cur *G* et *om. G* halo] *r* abalo *R* faciunt *K et k* habent *DGK et k* spiratus *K* alitus *R* anteriora esse *HLK et k* uerbi *B* regulam diriuatiuorum *K et k* id est *utrubique add. r* iud*catio (a) *L*). *totam hanc sententiam una cum vocc. sqq.* cupiui cupitum accersiui accersitum *delendam indicavit b* accersivi accersitum] *r om. GLK* arcessiui arcersitum *R* 18 arcessivi arcessitum] *d* arcersiui arcersitum *D* arcessitum. Quaeritur *etc. R v. ann. ad lin.* 17 19 differuntur *D* 20 lautum *RrH* catum latum *K* casum *D* cautum *H* "fatum 'catum *G* fatum *om. D* 21 producitur penultima* (m) *B* 22 satum a* sero (s) *K* antiquitus *Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 299

p. 867. 68 P. p. 461. 62 K.

ᶜsertum' - et a ᶜsino sivi' ᶜsĭtum', et a ᶜpono posui', vel ᶜposivi' secundum antiquos, ᶜpositum'. ᶜlĭtum' quoque et ᶜĭtum' notanda sunt. Virgilius georgicon IIII:

et paribus lita corpora guttis.

In ᶜdeo' exeuntia, longa vocali naturaliter antecedente vel ᶜar' syllaba, ᶜdeo' in ᶜsi' conversa faciunt praeteritum perfectum, ut ᶜsuādeo suasi', ᶜrīdeo risi', ᶜardeo arsi', e vero vel i brevibus ante d positis, producunt easdem vocales et ᶜeo' in i mutata faciunt praeteritum: ᶜsĕdeo sēdi' et ex eo composita, ᶜinsĭdeo insēdi', ᶜsubsĭdeo subsēdi', ᶜresĭdeo resēdi'; ᶜvĭdeo vīdi', ᶜinvĭdeo invīdi', ᶜprovĭdeo provīdi'. et notandum, quod a ᶜsedeo' composita, quamvis in praesenti e in i convertant, in praeterito tamen eandem e productam servant, ut ᶜpossideo possēdi'. ᶜstrideo' quoque ᶜstridi' | facit, quod etiam ᶜstrido stridis' tertiae coniugationis invenitur, i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet. Virgilius in VIII: 45

strīduntque cavernis
Stricturae chalybuſn et fornacibus ignis anhelat.

Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strīdeat umbra.

Statius in IIII:

Huius inaspectae luco strīdere sagittae.

Accius in Alcestide:

Cum strīderat retracta rursus inferis.

sin autem prima syllaba in ᶜdeo' terminatorum post mutam aliquam vel m VIIII 46 semivocalem e vel o correptas habuerit in aliquam liquidam de||sinentes, duplicatur, sic tamen, ut priori geminatarum extrema consonans subtrahatur, et sic ᶜeo' in i conversis fit praeteritum perfectum, ut ᶜpĕndeo pependi', ᶜtŏndeo totondi', ᶜmŏrdeo momordi', ᶜspŏndeo spopondi', a quo etiam s in secunda demitur syllaba euphoniae causa. in compositione

1 sertus *RBDHK* posṣui uel posui *Rr* 2 et quitum *post* itum *add. d* *Verg. georg.* IIII 99 3 in georgicon IIII. *B* 4 par*ibus (i) *D* lita] illa *Fr.* ilta *Fr. m. alt.* gutis *D* 5 In deo *in litura K* In eo *Rr* Inde .o. *H* In deo quoque *G* antecede | uel *G* 6 de_o *K* suasi] sasi *G* 8 sedeo *D* 9 *post* composita: insideo — composita *om. D add. d* subsedeo *B* 10 praeuideo praeuidi *DK* 11 conuertunt *K* 13 strido stridis *om. K* 14 quam in praeterito *om. L* *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.*. 16 que *om. L* cauernistricturae *D* cauernistricturae *Hh* 17 chalibum *BD* calybum *RK* calibum *G* chaliphum *L* ignis *ex* ignibus *corr. K* 18 *Luc. Phars.* VI 623 in VI *om. G* 19 ferali *K* 20 *Stat. Theb.* IIII 428 in IIII. *om. G* 21 Cuius *Stat. Cass.* loco *RrK* saguittae *K* 22 *Att. Alcest. p.* 164 *Both. p.* 120 *Ribb.* in Alcestide *om. G* 23 striderat] *lib.* X § 29 strideret *h. l. libri* petracta *D* rursum *G* 24 Sint *Rr* 26 extraema *H* 28 totundi *Dd* ″mordeo momordi ′tondeo totondi *Gg* spondeo spo*pondi . etiam (s) *K* 29 saecunda *D* euphomiae *D* eophoniae *G*

p. 868 P. p. 462. 63 K.

tamen haec eadem non geminant supra dictam syllabam, ut ‘respondeo respondi’, ‘dependeo dependi’, ‘demordeo demordi’, ‘praemordeo praemordi’; ‘detondeo detondi’. vetustissimi tamen etiam ‘detotondi’ protulerunt. Ennius in annalibus:

Et detondit agros laetos atque oppida cepit.

at Varro in magno talento:

Detotonderat forcipibus vitiarium feris.

‘au’ ante ‘deo’ habentia per participium in praeterito declinantur nunc:
47 ‘audeo ausus sum’, ‘gaudeo gavisus sum’; vetustissimi tamen et ‘ausi’ pro ‘ausus sum’ et ‘gavisi’ pro ‘gavisus sum’ protulerunt. Cato Censorius in oratione pro Lucio Autronio: beneficii postridie iussisti adesse. in diem ex die non ausi recusare. Livius in Odissia:

Quoniam audivi, paucis gavisi.

L. Cassius Emina in II annalium: idque admiratum esse gavisi. in hoc verbo etiam illud animadvertendum, quod ‘ausim ausis ausit’ pro subiunctivo ‘audeam | audeas audeat’ invenimus. Virgilius in II georgicon:

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Ovidius in VI metamorphoseon:

Et nihil est, quod non inopino captus amore
Ausit, nec capiunt inclusas pectora flammas.

1 tamen *add. g* 3 detondeo detondi] *d* detundeo detundi *D* detotundi *Dd* 4 *Enn. ann.* III 13 *E. S. fr. inc.* XXXVII *p.* 72 *cf. p.* L *sq.* LXV *Vahl.* 5 detondit] *b Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 309 *sq., olim propositum sed alteri coni.* deque totondit agros, *a Merula quoque prolatae, posthabitum a G. I. Vossio de anal.* III 19 *p.* 810 *Eckst.; sed huic adversatur particula adversativa* at, *qua Varronianum exemplum Enniano opponitur.* detotondit *RBGLKd et ex* detotondii *ni f. mut. h* detotundit *D* coepit *BDr* 6 *Varron. magn. talent.: sat. Menipp.* Ll 1 *p.* 149 *Oehl.* tallento *K* 7 detotunderat *Dd* forcibus *B* vitiarium feris] *M. Hauptius* uitariferis *RDb* uitarifer** *B* uita****eris *H* uitam feris *h* ui tarpitris *L* ui tarpistris *K* ui. tarpiferis *G* uiticarpiferis *x* uiticapiferis *Ausonius Popma* 8 de_o *Kk* per *add. b* declinatur *Gg* 9 ut audeo *BDGr* tamen *om. L* auxi *Dd* 10 gauissi *D* gauissus *D* gauis *G* *Caton. or. pro L. Autronio: v. Meyerum orr. R. fragm. p.* 139 *sq., qui distinguendi notam post* in diem *posuit cum Nic. Heinsio ad Tac. ann.* VI 20; *libri h. l. omnino non distinguunt* 11 in oratione *om. G* Lucio] *r* lutio *R* post tridie *HG* *ost tridie (p) *D* 12 ausi] *r* casi *R* ausi sunt *B* recurare *Rr* lyuius *G* libius *L* *Liv. Odiss. lib.* XVI *cf. Hom. Od.* XVI 92, *Hermannum elem. doctr. metr. p.* 626 13 odysia *GL* odyssia *RDH* 14 audiuit *B* 15 lucius *B* casius *G et ex* cusius *corr. H* hemina *GL* hęmina *D* *L. Cassii Heminae ann. lib.* II *p.* 160 *Kr. fr.* 19 *p.* 291 *Rth.* ammiratum *HL* 16 illud] *r* aliud *R* ainmaduertendum *K* animaduertendum est *G* 17 audeas] *h* audea* *H* *Verg. georg.* II 289 18 secundo *1* III. *RBDHGL* IIII. *K* 19 comittere *D* solco *Rr* 20 *Ovid. metamorph.* VI 465 *sq.* 21 non *om. K* inopino] inophino *L* in ophino *K* hiophino *G* effreno *libri Ovidiani, nisi quod* inopino *pro v. l. cod. Vrb., addita scilicet ex Prisciano. indeque certe hauserunt Pers. et Iuv. schol. Oxon. ab Heinsio ad h. Ovid. l. l.* 22 nec] uel *G* inclausas *BGLKr*

p. 868. 869 P. p. 463. 64 K.

pro 'resipivisse'. Caper utrumque in usu esse contendit. Afranius in Brundisinis:

Equidem nunc resipivi, postquam pectus est laetitia onustum.

Plautus in rudente:

Pol magis sapisset, si dormivisset domi.

'coepio', quod in usu non est, 'coepi' facit praeteritum. Terentius tamen in adelphis praeteritum imperfectum subiunctivi eius verbi, quod nascitur ex praesente, profert:

sinerem [ego] illum? ac non sex totis mensibus

Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet?

supinum a 'cupivi' et 'sapivi' secundum supra dictam analogiam mutata 'vi' in 'tum' profertur, 'cupitum' et 'sapitum'.

8 In 'rio' unum inveni, 'pario peperi'. ve||tustissimi tamen et secundum quartam coniugationem hoc protulisse inveniuntur. Ennius:

Ova parire solet genus pinnis con|decoratum.

sed Terentius in Phormione:

Neque parere iam diu haec per aetatem potest.

---

1 quanto *Mercerus* ego] ergo *D* uero *G* 2 quin *libri Non.* follonem *R* fulonem *L* compresi *RLK* cōpressi *G* quinquatrubus *libri Non.* quinquatrbus *R* 3 *Ter. heautontim.* IIII 8, 2 *sq.* 4 te gnate cùm intellego *Bemb.* gnate cum te intelligo *Bas.* intellege *LK* intellige *G* 6 pro resipivisse] *r* pro resipuisse *R* Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 contendit] ostendit *BDHKr* affranius *K* *Afran. Brund. fr.* 3 *p.* 162 *Bth.* IV *p.* 182 *Nk.* II *p.* 143 *Ribb.* in Brundisinis *om. G* 7 Brundisinis] *bd* brundesinis *D* brundissimis *K* brundi*inis *B* brundisinis *Rr* Brundusinae *vel* Brundisii *nomen fabulae apud alios tribuitur v. fragm. edd.* 8 resip*ui (i) *R* resipui *BDHGK* laetitiae honustum *Rr* leticia honustum *D* 9 honustum *B* 10 *Plaut. rud.* IIII 1, 8 (*v.* 899) in rudente *om. G* 11 sapuisset *L* sapiuisset *BG* sapiisset *K* sapissed *Palat. uterque* dormisset *B* domina *GL* 12 usu est *K* *Ter. adelph.* III 3, 42 *sq.* 13 aldelphis *G* preteritum pteritum *Rr* subiunc**tiui (ta) *D* 14 praesenti *BL* presenti *r* psente *D* 15 sinerem illum *lib.* XVIII § 252 *cum Terentio* sinere illum *Bemb.* ergo *G* ac] at *GLK* aut *libri Ter. cf. lib.* XVIII § *l.* 16 olefecissem *L et in* olfecissem *corr. K* coeperit *lib.* XVIII *l. l. cum Bemb. Bas.* 17 secundum] *b* secund*m (a) *B* pdictam regulam (*in mg.* uel analō) *G* 18 ut cupitum *B* 20 *Enn. ann. fr. v. lib.* VIII § 33 21 pennis *HGLKr* pinnis *D* 22 Terentius in Phormione] *immo in adelph.* V 8, 8: Scio. - Parere iam diu haec per annos non potest. formione *G* 23 pare *Rr* pareret *G* iādiu *k* iandiu *GK*

p. 880 P. p. 478 K.

idem in Andria:

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

supinum ‘partum’ debet esse, unde et ‘partus’ et ‘parturio’ meditativum. plerumque enim regulam supini sequuntur tam meditativa quam frequentativa, exceptis quibusdam, de quibus in significatione verbi diximus, ut ‘lectum lecturio’ et ‘lectito’, ‘mictum micturio’ et ‘mictito’, ‘dictum dicturio’ et ‘dictito’. sic ergo ‘partum parturio’ et ‘partito’. Statius tamen in XII Thebaidos participio futuri addidit i:

Misceat atque hosti veniat paritura marito.

Deponentia in ‘rior’ desinentia, ‘orior’ et ‘morior’, tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores, ‘orior oreris’ et ‘oriris’, ‘morior moreris’ et ‘moriris’. Lucanus in IIII:

Non gratis moritur, iugulo qui provocat hostem.

Ennius in XIIII annalium:

Nunc est ille dies, cum gloria maxima sese
Nobis ostendat, si vivimus sive morimur.

Terentius in eunucho:

Risu †emoriri omnes denique.

Virgilius in II Aeneidos:

telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes.

Lucilius in III:

Conturbare animam potis est, quicumque adoritur.

eorum supina ‘ortum’ et ‘moritum’, quamvis ‘oriturus’, non ‘orturus’ in- 9
veniatur participium futuri, sed praeteriti ‘ortus’, non ‘oritus’ dicitur. Horatius epistularum libro II:

1 *Ter. Andr.* III 1, 14 andrea *K* 2 simul *Hh* ant pare *Rr* re 4 regulam *add. h* secuntur *RB* sequntur *GK* 5 in *sup. lin. add. G* 7 sic] Si *R* ergo est *k* paturio *GL* *Stat. Theb.* XII 539 8 tebaidos *K* participio] *r* participium *R* i *om. R* 9 Misceat] *R om. rell.* Adque *D* t 10 orior et morior tam *add. d* 12 or*eris et oriris (i) *H* *Lucan. Phars.* IIII 275 in IIII *om. G* 13 Non gratis moritur] Vincitur haut (*sic Voss. uterque*) gratis *Lucanus;* Moritur haud gratis, *ex Prisc., ut videtur, interpolatus Luc. Cassell. m. alt.* gu iulo *Rr* 14 *Ennius annal.* XI 18 *sq. E. S.* XIV VI *p.* 58. LXXIII *Vahl.* in — sese *om. G* XI *Merula referens haec ad verba ex or. Catonis apud Livium* XXXIIII 13, 5 *servata, at v. Vahlenium p.* LXXIII 15 maxima gloria *Heidelb.* 16 ostendit *Lr* ostentat *Zwicc.* 2 *Krehlii* eu si] si *Hh* siue *B* 17 *Terent. eunuch.* III 1, 42 Risu omnes, qui aderant, emoriri; denique *et sic add. initio v. sq.* metuebant *Heidelb.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 18 Risu] iusu *K* 19 *Verg. Aen.* II 410 *sq.* e in *om. G* 20 Talis *D* 21 Nostrorum *om. L* oriturque *B* 22 *Lucil. sat.* III 27 *Dous. Gerl.* 20 *ap. Vargesium Luc. sat. ex lib.* III *q. s. p.* 7 in III *om. G* III. *ex* IIII. *corr. H* tertio *L* VII. *r* 23 animam] animum *coni. Vargesius l. l. p.* 19 i adoratur *Rr* i 24 ortum *ex* oritum *corr. B* et mortum *H* 25 non oritus *add. r* 26 oratius *GLK* *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* XI § 18 aepistolarum *K* epistularum libro II *om. G*

p. 880. 81 P. p. 478. 79 K.

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

a 'morior' quoque notandum, quod, cum 'moriturus' secundum analogiam faciat participium futuri, 'mortuus' fecit praeteritum geminata u, quod in nullo alio participio invenies, pro 'mortus' vel 'moritus', quod proportio magis exigebat.

In 'tio' desinens per 'si' facit praeteritum geminata s: 'quatio quassi', quod teste Charisio in usu non est, 'percutio | percussi', 'incutio incussi'. supinum secundum regulam in 'si' terminantium perfectum in 'sum' exit, 'quassum', unde frequentativum 'quasso quassas'; similiter 'percussum', 'incussum'. nam 'ussi || ustum' et 'torsi tortum' vel 'torsum' excipiuntur et quae quartae coniugationis in 'si' terminant praeteritum perfectum: 'farcio farsi fartum', 'sarcio sarsi sartum', 'fulcio fulsi fultum', 'haurio hausi haustum'. p vero ante 'si' posita, sicut supra dictum est, per 'ptum' faciunt supinum: 'demo dempsi demptum', 'promo prompsi promptum', 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum'.

In 'tior' deponens tam tertiae quam quartae coniugationis unum invenitur, 'potior'. Virgilius in III Aeneidos:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro
Vi potĭtur.

i secundum tertiam coniugationem corripuit paenultimam. Lucilius vero in V:

Deficit alma Ceres nec plebes pane potītur

secundum quartam coniugationem producta paenultima protulit. similiter Ninnius in Iliadis secundo:

1 Nil] *h* Nihil *Hr* nihil *RDLK* tale] *r* telo *R* 2 moritus *Hh* 3 fecit] facit *Dr* 4 nulo *Rr* mortus *in litura h* 5 exigebant *Dd* 6 per si *Kk* quattio *B* 7 carisio *R* *cf. Charis. p.* 218 *P.* 146 *L., cuius quidem et Fabriciana et Putschiana h. l. inter exempla formae tertii ordinis quintae*, qua perfectum in si literas cadit, *ponunt:* quatio tis si, in usu non est, sed concutio et percutio tis si; *at cod. teste Keilio* co********* (ncutio tis *recte restituit ed. pr.*) concussi, *ut illae edd. ex Prisciano suppletae sint* est, sed percutio *coni. Osannus Beiträge etc.* II 338 10 ussu *Rr* ussi *K* usi *G* et gessi gestum *post* ustum *add. d* torsum uel tortum *R. num* tortum [uel torsum], *ut locus ex lib.* VIIII § 51 *interpolatus sit?* 12 sartio *Rr* fultio *Rr* 14 ptum] praeteritum *GL* supino *Rr* promsi *RDH* promptum *om. G* promtum *L* 15 nubsi *K* scripsi scribi *R* 16 quam *add. rd* inuenitur unum *G* 17 *Verg. Aen.* III 55 *sq.* 18 abrumpit] *rd om. D* abrupit *cum nonnullis libris Verg. R* polidorum *RDL* truncat *Rr* 20 *post* coniugationem *sqq. usque ad* coniugationem *om. D add. d* Lucius *K* *Lucil. sat.* V 17 *Dous.* 18 *Gerl.* uero in V *om. G* 21 ·II· *H* ·I· *LK* 22 defecit *K* plebis *RLK* pane] *om. G* panis *LK* 23 Similiter *D* similiter (*om.*) *rell.* 24 Ninnius, *ut perhibetur, Scriverius ad Baudii amores p.* 416, *Bernhardius Grundriss d. röm. Lit. ann.* 360 *p.* 406 *ed. alt. cf. lib.* VIIII § 42 neuius *RBDHLK* neuuus *G* Neuius *π* Laevius *G. I. Vossius de art. gramm.* V 35 *p.* 872 *Eckst. G. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 333; *refertur scilicet hic versus ad Laevii, quae perhibetur, Cypriam Iliadem, in Charisii* (*p.* 118 *P. p.* 84 *L.*) *codice sub Naevii nomine et ipsam laudatam et ad Naevium relatam a Wernsdorfio poet. Lat. min.* III 573 *cf. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 86 *sq.* iliados *L* secundo] *sic π cum RBDH*

p. 881 P. p. 479. 80 K.

penetrat penitus thalamoque potitur.

infinitum tamen secundum quartam semper invenitur. Cicero in II invectivarum: rerum potiri volunt. supinum in ‘itum’ desinit paenultima producta, ‘potītum’.

In ‘uo’ divisas quacumque antecedente consonante desinentia mutant o in i, ut ‘acuo acui’, ‘imbuo imbui’, ‘induo indui’, ‘diluo dilui’, ‘annuo annui’, ‘spuo spui’, ‘suo sui’, ‘metuo metui’, ‘arguo argui’. Virgilius in VIIII:

Nisus ad haec: me nulla dies [umquam] tam fortibus ausis

Dissimilem arguerit; tantum fortuna secunda.

idem in XI:

Verba redarguerit.

excipiuntur ‘struo struxi’, ‘fluo fluxi’, ‘pluo pluvi’. Livius in I ab urbe condita et in XXI et in XXII: lapidibus pluvisse et in XXIIII: sanguine pluvit. nam ‘unguo’ Nisus quidem et Papirianus et Probus tam | ‘ungui’ quam ‘unxi’ dicunt facere praeteritum, Charisius 11

om. GLK Faecundo *Darmst.*[b] II, Foecundo *Darmst.*[a] *et sic* secundo (*vel* II *vel* 2; fecundo μ). Foecundo *edd. tantum non omnes. an* III? *cf. Hom. Il.* III 447 1 penitrat *GL* 2 *Cic. in Catil. or.* II 9, 19 in II. inuectiuarum *om. G* II invectivarum] *lib.* c XVIII § 163. 189. 251 terti* uectiuarum *H* tertio inuectiuarum *h* IIII inuetiuarum *Rr* III inuectiuarum *rell.* 6 inbuo inbui *B* 7 suo meto *Rr* meiuo *Dd* *Verg. Aen.* VIII 281 *sq.* Euryalus: me nulla *etc.*; *versus initium* Nisus ad haec *ex v.* 207 *sumptum est* 9 Nisus *Rr* umquam] *om. DH* unquam *GLK hoc voc. ex eiusdem Aen. libri* VIII *v.* 147 *hic intrusum est:* nulla dies umquam memori uos eximat aeuo 10 ausis *add. r* 11 dissimilem] *r* dissimile *R* disimilem *GL* auguerit *Rom.* fortuna secunda] fortunas *BD* furtunas *GLK* fortuna se quatur *Hh* fortuna sequatur *d* 12 *Verg. Aen.* XI 688 13 ueba *R* redarguerit] *BDHGLKr cum Pal.* redargueret *R* *Darmst.*[a] *cum Med. Rom.* 14 strui *H* plui *Rr* *Liv. ab u. c.* I 31, 1 in I ab urbe condita *om. G* I *Drakenborchius ad Liv. l. l.* II *libri* b a 15 condita et in XXI et in XXII. Lapidibus *Hh* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 62, 5; XXII 36, 7 et in XXI et in XXII] et in XXI *Rr* et in XXI et in XXII *D* pluisse *libri Liv.* I 31, 1 *et aliquot ex dett. libris ll. lib.* XXI *et* XXII *ll.* *Liv. ab u. c.* XXIIII 10, 7 sanguine pluvisse XXIIII *Drakenborchius ad Liv. l. l.* XXIII *libri* 16 sanguinē *cum aliquot Liv. codd. dett. D* pluvit] *rh* pluit *D* pluit *RHGL* ungo *D* ungo *BL* Nisus] *cf. L. Carrionem antiq. lect.* II 11 *Graefenhanium hist. philol.* IIII *p.* 83 *sq.* paririanus *G* *at Papirianus de orthographia secundum epitom. Cassiod. p.* 2295 *P.* ‘ungo uero non ungui, sed unxi facit’. *apud Probum iun. p.* 1481 *P.* 139 *L.* ‘G. huius literae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni. sed tertiae correptae, gui faciens specie perfecta, ut arguo, arguis, argui et unguo, unguis, unxi’ *pro* ‘unguis’ ‘ungui et’, *etiamsi ipse dubitans, Priscianum legisse censet Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 313 (*cf. Osannum Beitr.* II 210 *sq.*). *at mihi haec quoque ad Berytium videntur esse referenda, cf. not. lib.* V § 45 17 un gui *Rr* ungi *H* dicut *Dd* Carisius *RDHGK* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.*

p. 881. 82 P. p. 480 K.

vero 'unxi' tantum. 'coquo' vel, ut alii, 'coco coxi', 'linquo liqui', 'tinguo' vel 'tingo tinxi'. haec tamen non videntur in 'uo' divisas terminare, in quibus u vim literae amittit, unde in 'guo' quidem syllabam terminantia huiuscemodi servant regulam in 'go' terminatorum, sicut et quae in 'quo' finiuntur, rationem sequuntur in 'co' desinentium: dicimus igitur 'unguo unxi' et 'linguo linxi', ut 'pingo pinxi', et || 'linquo liqui', ut 'vinco vici', 'ninguo' quoque 'ninxi', unde et 'nix', sicut a 'duxi' 'dux', a 'rexi' 'rex'. Virgilius in III georgicon:

Interea toto non setius aequore ninguit.

Accius in Andromeda:

Cum ninxerint caelestium molem mihi.

'extinguo' etiam 'extinxi', cuius simplex 'stinguo' in raro est usu. Virgilius in IIII:

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem

pro 'extinxissem' protulit. Cicero tamen in Arato 'stinguens' participio usus est, quod a verbo 'stinguo' nascitur:

Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas
Interimet stinguens praeclara insignia caeli.

idem passivum eius verbi in prognosticis protulit:

Vt cum luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii caeca caligine tecti.

12 illud quoque sciendum, quod in 'ui' divisas terminantia praeteritum perfectum cum soleant corripere paenultimam, tamen vetustissimi inveniuntur etiam produxisse eandem paenultimam, in his maxime, quae a praesenti in 'uo' desinente divisas proficiscuntur, ut 'eruo erūi', 'arguo argūi', 'annuo annūi'. Ennius in II:

Adnūit sese mecum decernere ferro.

Supina eorum i praeteriti in 'tum' convertunt et producunt u paenultimam: 'acui acūtum', 'imbui imbūtum', 'indui indūtum', 'annui annūtum',

1 quoquo *D* quoco uelut alii quoco quoxi *B* lyqui *R* *post* liqui: uinco uici *add. G* tingo uel tinguo *r* 2 terminari *d* 3 amittat *BGL* ammittat *D* Vnde *ex corr. r* in guo *ex* unguo *corr. B* 4 go] *b* guo *B* 5 secuntur *RBH* sequntur *GK* inguo *Dd* ungo *L* 6 unxi *in mg. add. L* ping*o (u) *L* pinguo *K* ** *L* liqui] lici *G* ** (et) *L* 7 ningo *Dd* ningoo *H* 8 *Verg. georg.* III 367 IIII. *K* 9 sętius *B* aequore *cum Prisciano Verg. cod. Arundel.* aere *Vergilius* 10 actius *R* *Att. Andromed. fr.* 5 *p.* 171 *Both. fr.* II *p.* 125 *Ribb.* in Andromeda *om. G* 11 ninxerit *D* 12 Extingo *G* stingo *BG* *Verg. Aen.* IIII 606 14 generem *B* ipsā *B* 15 *Cicer. Arat. fr.* II *opp.* IIII 2, 519 *Or.* stingens *GLK* 16 stingo *B* 17 Quem] *sic in mg. etiam K* Quod *K* Quae *r* tempestas] uetustas *G* 18 stingens *L* 19 *Cic. prognostic. fr.* 1 *l. l. p.* 555 *Or.* prognosticis] *d* pronosticis *DHLK* ponosticis *R* pognosticis *r* 20 lana *H* hiperionis *GLK* orbis *GLK* 21 stinguntur *RBDGLK* 22 quoque sciendum] etiam notandum, *in mg.* uel quoque *G* 23 "etiam produxisse "inueniuntur *L* 25 adnuo adnui *B* 26 *Enn. ann.* II 18 *E. S.* II XI *p.* 22. XXXIX *sq.* LXXVIII *Vahl.* 27 annuit *RGLK* sese *om. GLK, m. rec. add. in G* 29 ut acui *G* inbui inbutum *B* adnui adnutum hinnui hinnutum *B*

p. 882. 83 P. p. 480. 81 K.

'innui innūtum', 'argui argūtum', unde et participium 'argutus' | - id est 'convictus'. Plautus in Pseudulo:

argutus malorum facinorum -

et futurum 'arguturus' et derivativum ex hoc verbum 'argutor argutaris'. invenitur tamen in usu etiam 'arguiturus' pro 'arguturus'. Sallustius in II historiarum: quod adversum multi ex Bithynia volentes adcurrere, falsum filium arguituri. [Plautus iterum in Pseudulo de sycophanta:

Ecquid argutus †es?

pro 'convictus'.] excipitur 'rŭtum' vel 'ruitum', quod u corripuit vel quod i servavit; nam secundum futuri participium, id est 'ruiturus', debet 'ruitum' esse - Lucanus in IIII:

ruituraque semper

Stat mirum moles -,

secundum praeteritum vero debet 'rŭtum' dici paenultima correpta. Virgilius in XI:

'Nec mihi cum Teucris ullum post erŭta bellum

Pergama.

et videtur hoc per syncopam i vocalis in prae||terito prolatum, 'erutus' pro 'eruitus', ideoque tempus perfecti simplex, quod habuit u ante i, servasse. a 'spuo' et 'metuo' et 'pluo' secundum analogiam 'sputum' et 'metutum' vel 'metuitum' et 'plutum' a 'pluvi', velut 'adiutum' ab 'adiuvi', debent facere, sed in usu ea non inveni. alia vero supra dictae terminationis verba 13 extremam syllabam praeteriti in 'ctum' convertunt, ut 'struxi structum', 'unxi unctum', 'liqui lictum'; excipitur 'fluxum', ut iam supra dictum est.

Deponentia in 'quor' mutant eam in 'cu' et assumentia 'tum' faciunt

2 *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) Ecquid argutust (argutus est *libri*)? - Malorum facinorum saepissume in Pseudulo *om. G* seudulo *H* psedulo *L* 4 diriuatiuum *k* diriuatum *LK* 5 pro arguturus *add. d* argaturus *Rr* *Sall. hist.* II 57 *p.* 175 *Kr.* 6 in II historiarum *om. G* quos *BDHGLK* et *Hh* bithinia *BDL* bethinia *K* bethania *G* 7 adcurre *Rr* accurrere *HLK* accurre *G* occurrere *BD* arguturi *K* *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) *i. e. loco cum maxime citato. vel aliunde igitur vel ex Plauto neglegenter inspecto hoc scilicet alterum participii* argutus *exemplum ad marg. additum et postea hic non suo loco adglutinatum est. a Prisciano ipso non esse profectum satis indicat iteratum illud* 'pro conuictus'. *haec non posse non turbata esse pronuntiavit Ritschelius ad Plauti l. l.* in Pseudulo de sycophanta *om. G* 8 seudulo *RrD* psedolo *L* pseudolo *K* sicophanta *RH* sycopantha *LK* syncophanta *B* 9 **quid *Rr* et quid *BDHGLK* arguturus *L* argutus es] *v. supra* 10 conuictus *ex* coniunctus *corr. K* 12 *Lucan. Phars.* IIII 455 *sq.* 15 uero *om. G* correpta penultima *K* correpta peneultima *G* correpta peniultima *L* *Verg. Aen.* XI 279 *sq.* 17 cum *add. h* teocris *L* 20 tempus praeteriti perfecti *L* simplex *L* simplicis *G* seuasse *L* seruasse. spuo *K* 21 metuitum] *r et ex* metuitum *corr. B* mututum *R* 22 plautum *Rr* pluitum *Dd* uelud *B* 23 non inueni *post* adiutum *posuit R, del. et post* usu ea *add. r* 24 praeteriti *om. G* truxi *Dd* stuxi *H* 25 uncxi *R* unctum *ex* unxtum *corr. L* iam] etiam *GL* 26 quor] *d* cor *D* cu* (m) *B* adsumentia *B*

p. 883. 84 P. p. 481. 82 K.

supinum: ‘loquor locutum’, ‘sequor secutum’; ‘fruor’ vero ‘fructum’ facit, sicut ‘struo structum’. Cicero in Hortensio: et amoenitate summa perfructus est. Vlpianus tamen ad Sabinum futurum fruiturum dixit, non ‘fructurum’, quomodo ‘ortum oriturum’, ‘erutum eruiturum’, ‘mortuum moriturum’, quae cum in praeterito non habeant i, in futuro habent.

In ‘vo’, u loco consonantis posita, in l | quidem desinente paenultima, o extremam in i convertunt et faciunt praeteritum, ut ‘solvo solvi’, ‘volvo volvi’, ‘calvo calvi’, unde Sallustius in III historiarum infinitum passivi protulit: contra ille calvi ratus, ‘calvi’ pro ‘decipi’. vocali vero natura longa antecedente ‘vo’ in ‘xi’ convertitur in praeterito, ‘vīvo vixi’. supinum i in ‘tum’ convertentia faciunt, v necessario in vocalem redeunte, ‘solvi solutum’, ‘volvi volutum’. sic debet etiam ‘calvi calutum’ facere, quod tamen in usu non inveni, et puto calumnias ex hoc esse derivatum. ‘vixi’ autem in ‘xi’ terminantium regulam in supino servat ‘victum’.

III 14 In ‘bo’ desinentia verba vocali longa antecedente ‘b’ in ‘ps’ convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut ‘scrībo scripsi’, ‘nūbo nupsi’: numquam enim b ante s in principio syllabae potest inveniri, ut ‘Pseudulus’, ‘ipse’. alia vero o in i mutant in praeterito, ut ‘bĭbo bibi’. Cicero in Verrinarum II: an iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo inbibisset? Ovidius in VI metamorphoseon: ||

Vberaque ebiberant avidi lactantia nati.

‘lambo’ quoque ‘lambi’. Lucilius in XXIII:

Iucundasque puer qui lamberat ore placentas.

1 sequor] *d* secor *D* facit *om. H* 2 *Cic. Hortens. fr.* 67 *opp.* IIII 2, 484 *Orell.* in Hortensio *om. G* hortentio *LK* 3 perstructus *GL* persructus *K* ulpianus *in* uulpianus *mut. R* ulpianus *L* *Vlpianus ad Sabinum: Vlp. fr.* 2 *ap. Dirksenium fragmenta ICtor. Rom. p.* 103. fruituros *idem Vlpianus dixit ad edictum: v. Dig.* X III 7, 10 ad Sabinum *om. G* sabinum *K* sauinum *RBDHL* futurum futurum fruiturum *K* fruiturus *D* 4 fructurus *D* 5 mori***turum (tum *ni f.*) *B* habeant] *h* habent *DHL* 7 peneulma *G* 8 extremam o *GK* uolo *Dd* 9 *Sall. hist.* III *cf. lib.* VIII § 76 10 illae *LK* decepi *Rr* 11 xi* (i) *H* 13 etiam debet *GLK* 14 non *sup. lin. add. H* et] ut *B* pato *K* calūni*as *B* calumniam *GLK* (*R?*) 15 Vixia autem *R* 16 In bo autem *K* bo in psi *BDHGLK* 17 scribo *ex corr. B* 18 enim *add. g* potest est *H* Pseudulus] *d* pseudolus *Br* psedulus *G* seudulus *D* psedulus *K* 19 *Cic. in Verr. act.* I 14, 42 20 in — habuisset *om. G* in uerrem .II. *BDH* in uerrem in .II. *LK* unquam iste *G* de se umquam *Cic. Guelferb.* 1 habuisset *om. L* 21 openionem *G* imbibisset *RGLh* imbuisset *ni f. H* *Ovid. metamorph.* VI 342 22 in VI. metamorphoseon *om. G* VI *ex* V *corr. B* V. *D* 23 Vbera quae *B* audiui *GK* aui. dilactantia *B* luctantia *G* 24 Lucilius] *b* Lucius *K* Lucius *BL* *Lucil. sat.* XXIII 2 *Dous.* 1 *Gerl.* in XXIII. *om. G* 25 Iocundasque *Bh*

p. 884 P. p. 482. 83 K.

similiter 'scabo scabi'. idem Lucilius in VIIII:

Scaberat ut porcus contritis arbore costis.

unum excipitur 'incumbo incumbis', quod etiam 'incubo incubas' secundum primam coniugationem profertur, quod 'incubui' facit praeteritum, et omnia a 'cubo' composita, sive primae sive tertiae sint coniugationis, ut 'accumbo' vel 'accubo accubui', 'incumbo' vel 'incubo incubui'. et nunc quidem simplex eorum, id est 'cubo cubas', primae est coniugationis, vetustissimi tamen et hoc et omnia, quae in 'ui' faciunt divisas praeteritum perfectum in prima coniugatione, etiam secundum tertiam solebant declinare. supina vero in 'psi' quidem terminantium praeteritum 'si' in 'tum' convertunt, ut 'scripsi scriptum', 'nupsi nuptum'; in 'bi' vero assumunt 'tum', 'bibitum, lambitum, accubitum', unde et 'cubitus' dicitur. et notandum, quod, cum omnia in 'si' terminantia praeteritum, sicut supra docuimus, in 'sum' terminant | supinum, exceptis quartae coniugationis verbis, haec quoque, quae p vel m ante 'si' habuerint, 'si' in 'tum' convertunt, ut 'nupsi nuptum', 'scalpsi scalptum', 'scripsi scriptum', 'demsi demptum', 'sumsi sumptum', in quibus etiam p euphoniae causa interponitur, quod etiam in praeterito quibusdam placuit ascribere.

In 'bor' deponentia mutant 'bor' in 'psum' et faciunt supinum, ut 'labor lapsum'. nulla autem alia causa est mutandae b in p ante s vel t in principio syllabae positae, nisi euphonia, cuius ratio apud Graecos quoque observantissimos eius servata est in supra dictarum consonantium scriptura, ut *κρύβω ἔκρυψα κέκρυπται, λείβω ἔλειψα λέλειπται.* pro ψ enim Graeca nos in principio syllabae 'ps' scribimus, ut 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum', 'scalpo scalpsi scalptum'.

In 'co', n antecedente, abiecta n et o in i conversa faciunt praeteritum, paenultima quoque producta, ut 'vinco vīci', 'convinco convīci' -

1 *Lucil. sat.* VIIII 26 *Dous.* 21 *Gerl.* 2 scaberat *Rr* abore *Hh* custis *K* 3 unum *om. DK* 4 incubui] *r* inbui *K* imbui *RB* inbui *L* 5 siue primae *om. B* coniugationis sint *K* 6 nunc] num *B* 7 prima *B* 8 et hoc] *r* hoc *R* et haec *GLK* 9 prima] *d* primę *D* tertiam *om. L* 10 terminantium quidem *H* psi in tum *DHKr* psi in tum *K* psi in ptum *BGLh* 11 adsumunt *B* 12 ambitum accubui accubitum *K* 13 omnia] oo *K* 14 supinant supinum *Rr* 15 habuerint *L* habuerunt *GK* ptum *B* conuerterunt *G* 16 salptum *Hh* demsi] *g* dempsi *K* dempsi *RBDHG* 17 sumpsi *BDH* 18 quod] quam *HLr* adscribere *B* 19 in psum] *d* ipsum *D* sopina *GK* 20 alia *add. in mg. H* 21 positae] *om. GK* (*i. e.* est) *L* ephoni*a *Hh* euphoniae *RD* euphoni* (ę? euphonia *b*) quare mutatur b in p ut scribo scripsi. cuius ratio *B* 22 eius *add. r* eius *Kk* 23 ΚΡΙΒΩ ΕΚΡΙΨΑΚΕΚΡΙΠΤΑΙ *B* ΚΕΚΡΥΠΑΙ *R* ΕΚΡΥΠΤΑΙ *dh* ΛΥΒΩ *R* ΛΙΒΩ *BDH* ΑΙΒΩ *GLK* ΕΛΥΨΑ *R* ΕΛΙΨΑ *BDG* ΕΑΙΨΑ *HLK* ΛΕΛΙΠΤΑΙ *R* ΕΛΙΠΤΑΙ *DH* ΛΕΜΠΤΑΙ *BL* ΛΕΜΤΑΙ *G* ΛΕΜΤΑΙ *K* PRO *D* 24 syllabae positae ps *Rr* 26 antecendente *H*

p. 884. 85 P. p. 483. 84 K.

'linquo' quoque, quod consimilem videtur habere terminationem, 'liqui'|| facit praeteritum abiecta n, sicut supra quoque docuimus -; s vero praecedente mutant 'sco' in 'vi', nisi sint inchoativa - illa enim carent praeterito perfecto -: 'quiesco quievi', 'pasco pavi', 'cresco crevi', 'ascisco ascivi', 'consuesco consuevi' vel 'consuetus sum' - Charisius tamen
16 etiam 'consueo' ponit -. omnia tamen, quae praeteritum perfectum in 'vi' terminant adiectam, frequenter invenimus per secundas et tertias personas syncopam paenultimae pati syllabae, cum ab u loco consonantis incipit, ut 'amavi amavisti' vel 'amasti amavit amavimus amavistis' vel 'amastis amaverunt' vel 'amarunt'; 'neo nevi nevisti' vel 'nesti nevit nevimus nevistis' vel 'nestis neverunt' vel 'nerunt'. ideo autem addidimus 'adiectam', quoniam, si in positione sit u consonans, syncopam pati non potest, ut 'lavo lavi lavisti', non possumus dicere 'lasti' nec pro 'lavistis' 'lastis' nec pro 'laverunt' 'larunt'. similiter 'faveo favi favisti', nemo dicit 'fasti', nec pro 'fovisti' 'fosti', nec pro 'solvisti' 'solsti'. sed invenio, Horatium auctoritate fecisse in quibusdam concisionem, quamvis positio verbi | habeat u consonantem: 'moveo movi movisti', ex quo 'summosses' posuit Horatius pro 'summovisses' in I sermonum:

> Hunc hominem velles si tradere, dispeream, ni
> Summosses omnes. - non isto vivimus illic,
> Quo tu rere modo.

item 'commorit' pro 'commoverit' idem Horatius ponit in II sermonum:

> at ille,
> Qui me commorit - melius non tangere, clamo -,
> Flebit.

17 unum invenitur in 'sco' desinens verbum apud vetustissimos, cuius praeteritum perfectum in 'xi' protulerunt teste Capro: 'conquinisco conquexi'.

---

1 linco *DG* quod *om. G* similem *DHr* 3 inchoatiua *ex* inchoatiba *corr. B* 4 creini *K* adscisco adsciui *B* 5 carisius *DHGLr* carissius *K* *Charisius p. 224 P. 149 Lind., ubi* consueo consuesco *pro* consueui consuesco, *quod in cod. reperitur, restituit G. Fabricius* 6 etiam *in mg. K* tamen] enim *G* 7 abiectam. *B* adiectam tm̃ *L* 8 syllabae pati *GK* incipit ut *Hh* 9 uel amasti *om. R* 10 uel amauerunt *D* neo — nerunt *in mg. K* 11 uel nerunt *add. r* adddimus *H* adidimus *G* addimus *K* abiectam *B* 12 quoniam] *r* quam *R* 13 lauasti *K* possimus *K* lasti pro lauisti nec *D* lavistis] *k* lauisti *K* 15 fosti *D* oratium *D* oratium *K* 16 positione *Rr* uerba *D* 17 summoses *K* oratius *D* oratius *K* *Hor. serm.* I 9, 47 *sqq. cf. lib.* VIIII § 41 19 tradere ** ni(am) *Rr* dispeream 20 summoses *K* uiuitur *libri aliquot Horatiani* 21 quot urere *GLK* 22 pro commemorit *G* oratius *DK* *Hor. serm.* II 1, 44 *sqq.* 26 fleuit *L* fleuit *B* 27 invenitur in sco] *r* inuenitur ** co *R* 28 Capro] *v. Osannum de Capro p.* 16 concexi *G* conquexi *B*

p. 885. 86 P. p. 484. 85 K.

est autem ‘conquinisco’ caput inclino. Pomponius in vacca vel marsuppio ait:

simul intro veni, accessi ad patrem, prendi manum;
In terram ut cubabat nudam ad eum ut conquexi, interim
Mulieres conspiciunt.

excipiuntur praeterea eiusdem terminationis ‘compesco compescui’, ‘dispesco dispescui’, quod ponit Apuleius in dialogo, qui est de deo Socratis: cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant, pro ‘distent’. excipitur praeterea ‘disco didici’, ‘posco || poposci’ et ex eis composita, quae similiter faciunt praeteritum, ‘dedisco dedidici’, ‘deposco depoposci’. vocali vero natura longa antecedente in ‘co’ desinentia ‘xi’ syllaba finiunt praeteritum, ut ‘dūco duxi’, ‘dīco dixi’. r antecedente unum inveni, ‘parco’, quod et ‘peperci’ et ‘parsi’ facit praeteritum. Lucanus in II:

parvum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo flammisque pepercit.

Terentius in hecyra:

heu me infelicem, hancine ego vitam parsi perdere?

‘ico’ praeterea paenultima brevi profertur in praesenti teste Capro, sed producit eam in praeterito perfecto et mutat o finalem in i: ‘ĭco īci’, unde ‘ictus’. Cato Censorius de Veturio: hostem | num icit?

1 conquisco *B* capud *Dd* *Pomponii vaccae vel marsupii* (marsuppii *Ribb.*) *fr. p.* 122 *Both.* 159 *Mk.* 212 *Ribb.* Baccha *B f. recte, qui titulus fabulae et togatae* (*v. Ritschelium parerg.* I 156) *et, quod quidem secus se habere videtur Ritschelio, palliatae esse potuit: nam Bacchas scripserunt Antiphanes, Diocles, Lysippus et Novii certe Atellanis hetaeram et Phoenissas immixtas invenimus.* bacha *tres codd. Krehl.* Bacca *Lips.* 1 *eiusdem* marsupio *L* 3 intro veni] in utroquo ueni *G* 5 terra *K* nuda *BHGLK* conquexi*(t?) *H* 7 conspiciunt *ex* conpisciunt *corr. D* 8 Excipitur *GK* praeterea *del. h* compesco compescui] *k* compisco compiscui *GLK* dispisco dispiscui *GL* dispesco dispesco dispescui *H* 9 apuleus *G* *Apul. de deo Socr. cap.* IIII *p.* 44 *Elmenh.* quid *Rr* ‚10 et] *sic etiam Augustinus de civ. dei* VIIII 12 ea *libri Apul. plerique, om. duo codd. Lindenbrogii* ab] *sic etiam Aug. l. l. om. K et libri Apul. plerique* infimis] *r* imfimis *RB* interea pedine *G* interea pedi ne *LK* intercapedine fastigii dispescant] intercapedo fastigii dispescat *libri Apul. et Augustinus l. l.* 11 festigii *K* uestigii *GL* dispescant] *k* dispiscant *GLK* 12 ex his *G* 13 dedidi^ci *K* antecedente *K* 14 xi] x*R* in xi *D* 15 peperci parsi *B* 16 *Luc. Phars.* II 128 *sq.* in II *om. G* 17 parum *pars librorum Luc.* 18 effundit *Voss. A cum al. codd. Luc.* iugulis *B* ungulo *GLK* flammis quae *B* 19 *Ter. hecyr.* III 1, 2 in hecyra *om. G* haecyra *RH* hęcira *D* echyra *B* echira *LK* 20 hancine] *h* *Bemb. Bas.* hanciu*** *H* hanccine *RD* hanc me *LK* 22 Capro] *effugit h. l. Osannum* 24 *Caton. Cens. de Veturio* (*cf. lib.* VI § 16) *or. fr. ap. Meyerum l. l. p.* 64 de ** (in) *L* debeturio *K* Veturio] *d* beturio *DLr* buturio *R* betuturio *G* num] *BDrh Darmst.*[a] numum uel nunium *R Heidelb.* numim *GL* nummi *K* **|mum *H* numun *Darmst.*[b] nummi *Monac.* 280 *A* numium *Lips.* 1 (*non H*) nimium *Zwicc.* 2 *Dresd.* non *Lips.* 2 *Krehlii* numiicit

p. 886. 87 P. p. 485 K.

Caelius in I: qui cum is ita foedus icistis. Lucretius tamen etiam in praesenti producit paenultimam:

exim corpus propellit et īcit.

Supina in 'ci' quidem terminantium praeteritum i in 'tum' convertunt:
18 'vici victum', 'convici convictum'. eandem servat regulam etiam 'liqui lictum' et ex eo composita, 'reliqui relictum', 'deliqui delictum'. nec mirum, cum post q u posita vim literae amittat, in 'ci' desinentium regulam sequi. quae vero in 'vi' syllabam proferunt praeteritum perfectum, mutant eam in 'tum' et faciunt supinum, 'requievi requietum' - unde participium futuri fit 'requieturus'. Cicero contra Metellum: nisi eorum exitio non requieturam –, 'cresco crevi cretum', 'ascisco ascivi ascitum', 'descisco descivi descitum' - Livius in XXVI ab urbe condita: descitum ab Romanis (et notandum, quod ab inchoativo 'scisco' composita primitivi, id est 'scio', habuerunt praeteritum, secundum rectam vero proportionem debent eorum quoque perfecta ab 'ascio' et 'descio' esse) –, 'nosco novi notum' - similiter ex eo composita: 'ignosco ignovi ignotum'. Terentius in adelphis:

Ignotum est, tacitum est, creditum est,

unde et participium futuri 'ignoturus'. Cicero in Catone [maiore]: ignoturum alteri, quod patrem, alteri, quod tutorem secutus esset. Cato in V originum: quod eorum nemo quisquam quicquam mihi ignoturus est; quidam tamen contra regulam a praesenti tempore hoc || derivatum protulerunt, 'ignosco ignosciturum'. Piso

reg. IX *saec.* [7497], *sed inter lin. ead. m.* ini *teste Dübnero in Meyeri orr. R. fr. ed. Paris. p.* 134 *icit(u) *L* 1 Coelius *B* *L. Caelii Antipatri hist. lib.* 1 *fr. p.* 190 *Kr. fr.* 9 *p.* 315 *Roth.* is] *sic ex corr., ut videtur, R* his *BGLKd* is ita] ista *Heidelb.* icitis *HGLK* *Lucr.* III 161 3 exim *B, ut appareat, iure suo suspicatum esse Ritschelium in mus. phil.* VII *p.* 475 *sic in H scriptum fuisse.* eximi *Monac.* exico *in litura h* exin *RDGLK* 4 Supino *B* praeterito *Gr* 5 Eadem *Dd* seruant *BK* 10 futuri *om. G* requieturus] *d* quieturus *DGLKr* *Ciceronis contra Metellum* (*cf. lib.* VIIII § 51) *or. fr.* 3 *p.* 455 *Or.* metallum *Rr* 11 requieturum *r* 12 descisso *R* Libius *Rr* *Liv. ab u. c. lib.* XXVI 14, 9 in — condita *om. G* XXV *libri* 13 discitur *Rr* 14 primitiuo *Rr* scio] *r* ciui *R* 15 perfecta *om. R add. r* ab ascio] *scripsi* asci° *Rr* adscio *BDH* a scio *GLK; an legendum:* debent eorum quoque supina a scio esse? desci° *Rr* 17 *Ter. adelph.* III 4, 28 in adelphis *om. G* 18 ignotumst tacitumst creditumst *Bemb.* 19 particium *H* *Cic. Caton. fr.* 3 *opp.* IIII 2, 487 *Or.* in Catone maiore *om. G* Catone maiore *libri* maiore *induxi coll. Macr. sat.* VI 2, 33; *possis etiam* Catone minore *conicere.* laudem Catonis *istum librum dicit Gellius noct. Att.* XIII 20 (19), 3, *qui locus docere poterat Krehlium, eum non 'in laudem Catonis maioris conscriptum' fuisse; cf. Fr. Schneiderum in comm. de Ciceronis Catone minore act. ant. Darmstad.* 1837 *n.* 140 *sq. p.* 1141 *sqq., qui ipsum Priscianum aeque lapsum esse censet p.* 1147 catione *K* cantione *L* 20 igno*urum *L* patrem alteri quod *Hh* 21 *Caton. origg. lib.* V *fr. p.* 116 *Kr. fr.* 100 *p.* 283 *Rth. fr.* LXXXIX *p.* 56 *Wr.* in V originum *om. G* quisquam] *b* quis *B* 22 mihi *in mg. add. H* autem *Rr* 23 deriuatiuum *D* Piro *K* *L.Calpurnii*

p. 887 P. p. 486. 86 K.

Frugi in II annalium: quodcumque deliquisset, ignoscturum adfirmabat. notandum tamen, quod ‘cognosco cognovi cognĭtum’ et ‘agnosco agnovi agnĭtum’ in frequentiore usu faciunt, pro o| paenultima producta, quam vetustissimi servabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia. unde Iuvenalis in I:

Agnĭtus accipies, iubet a praecone vocari
Ipsos Troiugenas,

Lucanus in II:

calida mihi cognĭtus axis
Aegypto atque umbras numquam flectente Syene.

Sallustius tamen secundum analogiam in II historiarum: neque inermos ex proelio viros quemquam agnōturum. Pacuvius secundum utrumque protulit:

In turba Oresti cognĭta agnōta est soror.

‘pasco pavi’ servavit in supino s solum: ‘pastum’. ‘compesco compescui’ et ‘dispesco dispescui’ et ‘posco poposci’ et ‘disco didici’ a praesenti tempore faciunt supinum mutatione o in i correptam et additione ‘tum’: ‘posco poscĭtum’, ‘compesco compescĭtum’, ‘disco discĭtum’. unde Apuleius participium futuri protulit in Phaedone de anima: sic auditurum, sic disciturum, qui melius sit, haec omnia et singula sic agere aut pati, ut patiuntur atque agunt.

In ‘xi’ finientia praeteritum perfectum faciunt supinum secundum praedictam regulam: ‘dixi dictum’, ‘duxi ductum’; ‘peperci’ vero vel ‘parsi parsum’ facit supinum secundum in ‘si’ terminantium regulam, unde ‘parsurus’ participium futuri. Varro in Laterensi:

Pisonis Frugi ann. lib. II *fr. p.* 150 *Kr. fr.* 24 *p.* 300 *Roth.* 1 quocqunque *L* quocunque *G* diliquisset *GL* 2 affirmabat *RHGLK* 3 agnoco *Rr* et agnitum *D* frequentiori *BHK* 5 *Iuv. sat.* I 1, 99 *sq.* in I *om. G* I. *ex* II. *corr. R* 7 iugenas *Rr* 8 *Lucan. Phars.* II 586 *sq.* in II *om. G* II α III. *libri* 9 callida *G* calida medius mihi *libri Luc.*, α medius calida mihi, *Prisciano non laudato, Cortius* 10 aegipto *G* nusquam *Voss. A cum plerisque codd. Luc.* flectente Syene] *ex corr. h* flentes hyene *Rr* fle⋆tentes (*in* flectentes *corr.*) yenę *B* flectentes hiene *G* flectentes hieme *L* flectentes inene *K* 11 *Sall. hist.* II 73 *p.* 183 *Kr.* in II historiarum *om. G* 12 ex praelio inermes *G* inermos] *in* inermis (*ab r?*) *corr. R*, *in* inermes *H* inhermos *B* inermes *L* inermis (*sic*) *in mg. add. K* pelio *D* viros] *r* uires *R* pacubius *LK* paucobius *G* *Pacuv. fr. inc.* XXII *p.* 107 *Ribb.*; *Dulorest. fr.* 35 *p.* 122 *Hermion.* 3 *p.* 124 *Both.*; *ad Dulorestem rettulit Ribbeckius p.* 284 14 soror *add. d* 15 seruauit *Dd* compisco compiscui *GLK* 16 dispesco dispescui] *r cf. Struvium lat. Decl. u. Conj. p.* 223 depesco depescui *RBDH* depisco depiscui *GLK* et *eras. in H* pasco *Rr* 17 tempore] *h* tempori *H* correptum *B* correpta *D* additcione *D* dicione *Rr* 18 poposcitum *Rr* compisco compiscitum *GLK* disco *om. G* appuleus *G* *Apuleius in Phaedone: Apul. fr.* 10 *t.* II *p.* 638 *Hild.* 19 phędrone *r* phedonae *K* phędone *G* 20 quid *G* 22 finientia] disinentia *GLK* supradictam *GLK* 24 par⋆um *Hh* 25 *Varro in Laterensi logistorico: v. Varr.*

p. 887. 88 P. p. 486 — 88 K.

Parsurus pecuniis bene partis.

Livius in XXVI ab urbe condita: nedum eos Capuae parsuros credam. 'senesco' inchoativum | est: nam positivum eius 'seneo' invenitur in usu. Accius in Telepho:

Iamiam stupido Thessala somno
Pectora languentque senentque.

Pacuvius in Periboea:

Quamquam aetas senet, satis habeam virium, ut te ara arceam.

a 'seneo' igitur, non a 'senesco' fit praeteritum 'senui'. Sallustius in I historiarum: nisi cum ira belli desenuisset. idem etiam participium praeteriti temporis ex eo protulit, quamvis sit neutrale, in IIII: omnis, quibus senecto corpore animus militaris erat; nec || mirum, cum in aliis quoque plurimis eiusdem significationis verbis inveniantur veteres praeteriti temporis participia proferentes, ut 'prandeo pransus', 'caeno caenatus', 'placeo placitus', 'mereo meritus', 'pateo passus', 'careo cassus', 'poto potus' pro 'potatus', 'titubo titubatus'. 'iuro' quoque 'iuratus' tam in activa quam in passiva invenitur significatione. et haec quidem etiam iunioribus in usu manserunt, illa vero obsoluerunt: 'discedo discessus', hoc est 'qui discessit'; similiter 'intereo interitus', 'occido occasus'. sed eorum usus in libro, qui inscriptus est de participio,
IIII 21 invenies. deponentia vero in 'scor' desinentia, in antepaenultima quidem syllaba a vel i correptas habentia, in 'ctum' faciunt supinum, ut 'pacĭscor pactum', 'proficĭscor profectum', 'expergĭscor experrectum' facit, quamvis vetustissimi | etiam 'expergitus' dicebant. Lucilius in III:

t. II *p.* 323 *ed. Bip. Ritschelium de Varr. logistor. p.* VI. XII; *versus f. sic ordinandus cum Fleckeiseno: .!...!...* pársurus pecúniis | Bene pártis 1 pecuniis] pecurus *L* 2 *Liv. ab u. c. lib.* XXVI 13, 16 in — condita *om. G* XXVI *Ecksteinius ad Vossium de arte gramm.* V 25 *p.* 832 XXV. *ex* XXXV. *corr. R* XXV *rell.* necdum *GK* parsurus *D* 3 credamus *r* 4 *Att. Telephi fr.* 1 *p.* 241 *Both.* II *p.* 184 *Ribb.* in Telepho *om. G* thelepho *d* 5 thesala *DHK* sompno *K* 6 languentque] *bh* langentque *HG* plangentque *K* langent *B* *in* senentque *literae duae extremae adrasae in B* 7 Paccuius *D* Pacubius *LK* Paucubius *G* *Pacuv. Periboeae fr.* 28 *p.* 142 *Both. fr.* XXIII *p.* 96 *Ribb.* in Periboea *om. G* pheriboea *K* 8 habeam] *Bothius* habeam rem *RBDHGLK, quod 'nihil aliud significat, quam librarium legi voluisse* haberem *pro* habeam'. habeam tamen *Heidelb. r* (*non R*) tamen habeam *Ribbeckius, qui numeros sic ordinavit:* quamquam aetás senet, | Satís tamen habeam uírium ut te ara árceam uírium tute *r* uírumute *R* 10 *Sall. hist.* I 95 *p.* 115 *Kr.* 11 in I historiarum *om. G* *Sall. hist.* IIII 64 *p.* 354 *Kr., ubi hic Prisciani locus addendus est* 12 in IIII *om. G* 13 VI *in litura h* Omnes *BDGL* quibus senecto] *Heidelb. r et codd. lib.* VIIII § 49 quibus aetas (etas *D*) senecto *R rell.* 14 in aliis *K* 15 ueteris *B* prande^{o} *Rr* 16 ceno *HGLK* cenatus *DHGLK* place^{o} *Rr* pasus *L* 17 casus *L* patus *Rr* 19 obsoleuerunt *GLK* 20 disco *Rr* hac *Rr* 21 occassus *G* occassus *K* qui scriptus *B* est] *R Heidelb.* est nobis *BDHLKr* est a nobis *Gh* 22 DEPONENTIA. | Deponentia *H* 23 uel e *post* uel i *add. dh* 24 profectum. similiter expergiscor. *B* quia a rego est *post* expergiscor *add. RBd* quia a pergo est *codd. aliquot Krehlii, inter quos Heidelb.* facit *om. GLK* 25 *Lucil. sat.* III 19 *Dous. Gerl.* 7 *Varges.* ego e somno puero (puteros *Paris. A*

p. 888 P. p. 488 K.

E somno pueros cum mane expergitus clamas.

Caecilius vero secundum analogiam protulit in Imbriis:

surdo mihi
Dormitum suadet ut eam quisquam? et si ego obdormivero,
Tute idem ubi eris experrectus?

'nanciscor' etiam 'nactum' facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet. sicut et 'pangor pactum' et 'fingor fictum' et 'tangor tactum'. sciendum tamen, quod sunt verba, quae servant n in participiis praeteriti sive in supinis, ut 'iungor iunctus', 'pungor punctus', 'fungor functus', 'emungor emunctus', 'extinguor extinctus', 'tingor tinctus', 'plangor planctus', 'angor anctus'; quae autem servant vel quae non, de participio tractatum reperies; quod autem corripitur antepaenultima 'păciscor' et 'nănciscor' et 'proficiscor' et 'expĕrgiscor', ex compositis sive primitivis eorum potest dinosci: 'păciscor depĕciscor', 'proficiscor' a 'făcio', 'expĕrgiscor' a 'pĕrgo pergis', 'nănciscor' vero a 'năncio' est, quod in usu fuit vetustissimis. Gracchus pro se: si nanciam populi desiderium, comprobabo reipublicae commoda. alia vero absque c in 'tum' fiunt supina, ut 'irascor iratum', 'ulciscor ultum', 'nascor 22

pueros *B*) cum (cui *Mon.*) mane expergitus clamo *codd. Diomedis p.* 372 *P.* in III *om. G* 1 e somno] esono *H* sompno *L* expergitos *ex* expergitus, *ut vid., fecit K* 2 Caelius *DHLKr* Coelius *B* celius *G* *Caecilii Imbrior. fr.* 7 *p.* 31 *Sp.* III *p.* 43 *Ribb., qui sic l. constituit:* Mihi surdo dormitum suadet ut eam. — At si obdormiuero | Tute idem ubi eris experrectus? quisquam *ex* nequiquam *interpretamento vocis* surdo *ortum esse censens; Vmbrorum vel umbrarum fr.* 2 *p.* 149 *Both.* experrectus *post* protulit *add. h* Imbriis *coniectura assecutus est Meinekius Men. et Phil. rell. p.* 89 umbris *rh* imbris *cett.* 3 surdo] *Ribbeckius* sordo *H pars codd. Krehlii* sordi *RBDGKh* sordida *Lips.* 1 *Krehlii* sordido *l* surdo mihi *Fleckeisenus;* mihi *praeponitur in codd.* sordi,d*ormitum (i) *L* 4 domitum *G* suadet *H* quisquam] *om. G* quisque *K* quisque moechetur *Lips.* 1 obdormiero *B* 6 idem *add. d* ubi eris] *r* uberius *R* 7 nactum *Dd* nactusū *K* ut et *BDHL* Probo] *cf. Osannum Beiträge etc.* II *p.* 211, *cui ad M. Valerium Probum Berytium haec spectare videntur haud improbante O. Iahnio prolegg. ad Pers. p.* CXXXIX. *atque id recte me quidem iudice cf. ann. ad lib.* V § 45 Probo *om. G* Capro] *cf. Osannum de Capro p.* 18 Pollioni] *ad Asinium Polionem confidentius quam a Thorbeckio Asin. Poll. p.* 80. 123 *factum est, hunc l. referre licet post Mauricii Hauptii in ind. l. Berol. aest.* 1855 *p.* 3 *sqq. disputationem, ubi is ipse tangitur p.* 5. *M. Antonini philosophi praeceptorem v. vit. M. Antonini in hist. Aug. c.* 2 *coll. Graefenhanio hist. philol.* IIII 259 *intellexerat Meyerus fragm. orr. R. p.* 501 8 plenio *K* plioni *B* *Plinii libror. dub. serm. fr.* LXXXVII *ap. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 197 panguor *K* fingor] *d* frigor *D* 10 iunguor *K* pungor — tinctus *add. r* 11 fun*gor (c?) *B* funguor *K* emunguor *K* extinguor] *d* extingor *BGL* tinguor *H* tinguor *RK* 12 plagor *H* planguor *K* seruant n uel *RDG* non ser *H* 13 de participium *Rr* tractum *G* re*peries (p) *D* repperies *BLK* quod] *r* Quo *R* antepeneltima *G* 15 depiciscor *GLK* 16 est *om. G* 17 Grachus *BGK* Graccus *DHL* *C. Gracchi pro se (adversus L. Opimium? de legibus a se promulgatis?) or. fr.: v. Meyerum l. l. p.* 233 *Ellendtium brev. eloq. R. hist. p.* 43 *ed. alt.* nanciam] *r* nantiam *RBDH* 18 disiderium *G* comprobabo *D* comprobabo *RBGLK* reipuplicae *K* *post* alia uero: quae non habent a uel e corr in antepenul *add. h* 19 tum finiunt *BGKd* tum faciunt *H* tum faciunt *in* tum finiunt *mut. L* irasco *Rr* ulcor *Rr*

p. 888. 89 P. p. 488. 89 K.

natum', 'obliviscor oblitum'. excipitur 'defetiscor' 'defessum' faciens || supinum et participium praeteriti 'defessus', ut Terentius in adelphis:

Defessus sum ambulando.

idem in Phormione:

Neque defetiscar usque adeo experirier;

nam ab eo quod est 'defi|cio' 'defectus' fit participium praeteriti. excipiuntur etiam duo composita, quae quamvis antepaenultimam i habeant correptam, in 'tum' tamen, non in 'ctum' faciunt supinum: 'commĭniscor commentum', 'adĭpiscor adeptum'. nam a 'reminiscor' supinum vel participium praeteriti vel futuri in usu non inveni, quamvis ratio hoc quoque 'rementum', quomodo 'commentum', exigat dici.

In 'do' desinentia, si paenultimam naturaliter longam habuerint, 'do' in 'si' convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'lūdo lusi', 'rādo rasi', 'laedo laesi', 'rōdo rosi', 'vādo vasi', 'evādo evasi', 'illīdo illisi', 'claudo' vel 'clūdo clausi' vel 'clusi'. invenitur tamen etiam 'claudeo', sed et 'claudo' pro 'claudico'. Sallustius in III historiarum: coniuratione claudit. Caecilius in epiclero:

An, ubi vos sitis, ibi consilium claudeat?

'cedo cessi' geminavit s in praeterito, ex quo Virgilius 'accestis' pro 'accessistis' posuit in I Aeneidos:

penitusque sonantes

Accestis scopulos.

excipitur 'caedo cecidi' - Lucanus in IIII:

1 defetiscor] *r* defeciscor *RHbd* deficiscor *BDGL* difficiscor *K* 2 praeteri *D* praeteritum *B* torentius *Rr* *Terent. adelph.* IIII 6, 1 in adelphis *om. G* 3 defesus *H* defessus sum] defessum *GLK* 4 *Terent. Phorm.* IIII 1, 23 formione *K* 5 defeciscar *BDHr* deficiscar *RGLK* defetiscar usque adeo] *sic etiam lib.* XVIII § 96 defetiscar usquam adeo *Heidelb.* adeo defitiscar umquam *Bemb.* defetiscar (t *ex* c *vid. corr.*) umquam ego *Bas.* experirier] *r* experier *D* experier *RGLK Heidelb.* 6 defio *r Heidelb. cens. Krehlii Ienens. p.* 431 deficior *DLK* fit *om. G* 7 posita *D* habent *DH* 8 communiscor *B* 9 adeptum *ex* adiptum *corr. H* 11 rementum] *k* r**mentum *K* 12 habuerint] *r* habuerunt *R* 14 illisi] *ex* illusi *corr. K* illesi *L* illęsi *G* 15 clusi uel clausi *K* claudeo *Hh* 16 cladico *H* *Sall. hist.* III 98 *p.* 300 *Kr.* in *om. R* in III historiarum *om. G* UI *LK* coniugatione *Rr* 17 nec ignorantia rem claudit, *ea scilicet verba iam a Lipsio var. lect.* II 6 *cum hoc l. comparata laudari putans, quae in oratione Macri (hist.* III 82 § 25 *p.* 191 *Kr.*) *sic leguntur:* neque enim ignorantia res claudit, *Klotzius Archiv für Phil. und Paedag.* XV 368 *sq.* Caecilius] *r* celius *R* claudius *G* *Caecil. epicleri fr.* 2 *p.* 132 *Both.* 3 *p.* 18 *Spgl.* II *p.* 34 *Ribb.* in epiclero *om. G* 18 ibi] *r* ubi *RBD* 19 Caedo *RBD* *Verg. Aen.* I 200 *sq.* (*deficit Pal.*) accesstis *G* pro accestis *D* pro accessitis *R* pro accessis *Kk* 21 sonentes *Rr* sonantis *Med. Rom. Fr.* 22 accessistis *Rr* copulos *Dd* 23 caedo *om. G* cecidi *DG* cicidi *LK* *Lucan. Phars.* IIII 714 in IIII *om. G*

p. 889 P. p. 489. 90 K.

donec vetuerunt castra, cecidit –,

'pedo pepedi'. Horatius in I sermonum:

vin tu
Curtis Iudaeis obpedere? - Nulla mihi, inquam,
Religio est.

idem in eodem:

Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi.

ab eo quod est 'sīdo' praeteritum non inveni. Lucanus in III:

sidentia pessum
Corpora caesa tenent.

Virgilius ex eo compositum in V:

Subsidunt undae tumidumque sub axe tonanti
Sternitur aequor aquis.

eius passivum Statius protulit in | II Thebaidos:

summisque insiditur astris.

'cūdo' secundum Diomeden et Charisium et Phocam 'cusi', secundum alios 'cudi'. et videtur etiam Virgilius sic protulisse in I Aeneidos:

Ac primum silicis scintillam excudit Achates
Suscepitque ignem foliis.

'excudit' enim tam praesens quam praeteritum potest intellegi, sed quia 'suscepit' subiunxit, melius praeteritum intellegitur. idque etiam Servius in commentario Aeneidos comprobat his verbis: excudit autem

1 uentuerunt *Rr* cecidit *Rr* uel cicidit cecidit *Dd* cicidit *GLK cum Vöss. b et al. libr. Luc.* recidit *nonnulli codd. Luc.* 2 pepidi *B* oratius *GK* *Hor. serm.* I 9, 69 *sqq.* in I sermonum *om. G* sermonem *Rr* 3 Vin' *H* uis *pauci quidam codd. Hor., Bentleius* vin tu] uinctu *G* uinctū *K* 4 cursis *K* obpedere] *r* obponere *R* oppedere *BDHGLK* nullam *GLK* mihi *om. K* 5 regio *Bb* relegio *GK* relligio *pars codd. Hor.* 6 *Hor. serm.* I 8, 46 idem in eodem *om. H* in eodem *om. G* 7 ue*sica (s) *B* ue*sica *G* uesica *Kk* pepedi* (t) *D* pepedit *'e Codd.' Krehlius* 8 ** est quod est sudo (ab) *R* Ab eo quod sido praeteritum non inueni *in marg. adscr. r* *Luc. Phars.* III 674 *sq.* 9 pesum *GL* 10 cessa *G* 11 *Verg. Aen.* V 820 *sq.* 12 subsiduunt *K* 13 aequor] *h* aquor *H* equis *Med.* 14 *Stat. Theb.* II 36 et tantum fessis insiditur astris V *GL* Ū. *H* tebaidos *GK* 16 diomedē *B* diomedem *GL* diomidem *K* *Diom. p.* 366 *P.* cudo cusi (*sic Par. b* cudo cussi *Par. AB om. Monac.*). *quibus quae addita sunt in ed. Colonienſi a.* 1533 'sed potius cudi, ut eius compositum: Tum primum silicis scintillam excudit Achates' *a libris abesse testatur Henr. Keilius* *Charis. p.* 218 *P.* 146 *L.* focam *R* phocan *B* phoccam *G* *at Phocas p.* 1715 *P.* 347 *L.* 'cudo cudi' *cf. Vossium de arte gramm.* V 26 *p.* 839 *Eckst.* cu*si (s) *B* 17 uirgiliu* (m) *B* *Verg. Aen.* I 174 *sq.* (*deficit Pal.*) 19 a *Dd* silici *Med. Rom.* excudit *add. r* excutit *Rom.* acates *D* 20 succepitque *r cum Med. Rom. Servio ad h. l. et ad eiusdem libri v.* 144 ignem foliis *add. r* 22 Idque *Dd* 23 commentaria *Rr* aeneidis *RD* aenedios *H* is *R* excludit *D* autem] *om. Serv. Danielis* autem id est *LK* autem est *Servius vulgo*

p. 889. 90 P. p. 490. 91 K.

feriendo eiecit, quia cudere est ferire. unde et || incus dici-
24 tur, quod illic aliquid cudamus, id est feriamus. ‘sciendum autem, quod eius frequentativum ‘cuso cusas’ est, ex quo composita ‘incuso incusas’ et ‘recuso recusas’ et ‘accuso accusas’ et ‘excuso excusas’.

A ‘do’ verbo, quod simplex primae est coniugationis, composita cum praepositione tertiae sunt et primitivi servant perfectum duplicantia ‘di’, quamvis in illo paenultimam e habeat, ut ‘do dedi’, ‘reddo reddidi’, ‘prodo prodidi’, ‘perdo perdidi’. ‘credo’ quoque ab eo componitur, quasi ‘cretum do’, et ‘vendo’ ‘venum do’, et ‘condo’ compositum a ‘do’ et ex eo ‘abscondo’. itaque omnia idem praeteritum perfectum servant: ‘credidi’, ‘vendidi’, ‘condidi’, ‘abscondidi’. Plautus in carbonaria:

secundum † ipsam aram aurum abscondidi.

N vero ante ‘do’ habentia o in i mutant in praeterito perfecto et, si ante n u vel i habuerint, amittunt n, ut ‘fundo fudi’, ‘scindo scidi’. vetustissimi tamen etiam ‘scicidi’ proferebant, quod solum quoque in usu esse putat Asmonius in arte, quam ad Constantium imperatorem scribit, sed errat. nam Lucanus in III ‘scidit’ ponit:

Qua mare tellu|rem subitis aut obruit undis
Aut scidit et medias fecit sibi litora terras.

Statius in VIIII Thebaidos:

Oraque pectoraque et viridem scidit horrida vestem.

idem in XI:

Alloquio; scidit ipsa novo terrore cruenta
Eumenis.

Martialis in III epigrammaton:

1 eiecit] *d et sic et* eiicit *codd. Serviani* eicit *D* iecit *RGLK* elicit *Serv. Danielis* efficit *Burmannus* et *om. G* 2 aliqui *Rr* autem] tamen *BD* 3 cusa *D* est *om. GLK* 4 incusa *D* et accuso et accusas *r* et excuso excusas *add. r* 5 /.composita quod simplex primae est coniugationis//. *G* composita *in mg. K* 6 seruant praeteritum perfectum *B* 7 quamuis inultimā e *D* penultima *B* redidi *G* 8 ḷiabeo *D* ab eo *Hh* 9 venum do] *r* uenundo *R* a *om. BDH* et ex] .ex *G* abcondo *Rr* 10 idem] *bd* eundem *GL* eundem *RBDHK* credi *R* 11 *Plaut. carbonar. fr.* 1 *p.* 435 *Both.* 12 secundum eampse *coni. Fleckeisenus* 13 et si ante n *in mg. K* 14 et scindo *GK* scidi *ex iterato* scindo *corr. H* 15 tamen *om. GLK* sciscidi *R* 16 asinonius *L* Asmonius] *cf. de metris Terentii* § 6 *Falsterum mem. obsc. p.* 23 *sq.* contantium *H* * imperatorem (a) *L* 17 *Luc. Phars.* III 60 *sq.* 18 Qua *ex* Quā *corr. H* mare] ma*re (t) *H* metere *G* subitis] *r* subtis *D* subbitus *R* 19 sci*dit (n) *Voss. B* medicas *R* littora *H* littoras *D* litore *B* 20 *Stat. Thebaid.* VIIII 354 in VIIII Thebaidos *om. G* VIII. *RDLK* VII. *B* tebaidos *K* 21 oraque] *h cum Statio* ora *H rell.* uiidem *Hh* orrida *D* 22 *Stat. Thebaid.* XI 197 *sq.* in XI *om. G* 23 ipsa] orsa *Statius* noua *D* 25 Martialis] *r* Marcialis *RH* marcilialis *D* *Martial. epigr.* III 12, 1 *sq.* epigrammaton] *om. G* Epigramaton *D* epigrommaton *H*

p. 890 91 P. p. 491 K.

Vnguentum, fateor, bonum dedisti
Convivis here, sed nihil scidisti.

sed Afranius more antiquo dixit in homine:

Satis fortiter †paulo vestras scicidistis colus.

Accius Sotadicorum I:

Num ergo aquila ita, ut hi praedicant, sciciderat
†pectus?

Naevius in testicularia:

Immo quos scicidimus, conscindam atque abiciam.

Ennius in Melanippa:

cum saxum sciciderit.

et videntur hi rationabilius protulisse, ne minorum sit temporum praeteritum quam praesens, quod rarissime invenitur. ‘findo’ quoque ‘fidi’ facit, licet quidam ‘fissi’ putaverunt. sed Virgilius in VIIII:

Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit ac multa porrectum extendit arena.

Horatius in III carminum:

Demersa exitio, diffidit urbium
Portas vir Macedo et subruit aemulos.

cetera vero servant n, ut ‘pando || pandi’, ‘defendo defendi’, ‘scando scandi’, ‘accendo accendi’. excipiuntur duplicantia principalem syllabam: ‘pendo pependi’, ‘tendo tetendi’, ‘tundo tutudi’, paenultima a plerisque

1 ungentum *GLK* 2 haere *GLK* 3 affranius *LK* Afranius in homine] *cf. lib.* VI § 36 *ominis fr.* 10 *p.* 180 *Both.* XI *p.* 232 *Nk.* VI *p.* 164 *Ribb.* .in homine satis *G* 4 paulo] palo *Bothius* Paulla *baccheos cum creticis coniunctos procudens Neukirchius* puellae *Ribbeckius, unde efficitur tetram. troch. catal. ab initio una syllaba carens; equidem anapaestos effeci hos:* Satis fortiter extemplo vestras scicidistis colus uerras *K* ***ras (uer?) *L* ūras *l* *post* uestras *excidisse aliquid, cuius modi est* manu, *ratus creticos esse statuit G. Hermannus opusc.* V 283 *sq.* scidistis *Hh* sciscidistis *R* 5 colus TAC AΔΑΚΑΤΑC (*l.* τὰς ἠλακάτας) *B* *Att. Sotadicorum i. e. didascalicon* I: *v. Lachmannum in ind. lect. acad. Berol. hib.* 1849 *p.* 5. *eundem versum ex Sodaticorum libro* I *l. Gellius noct. Att.* VI (VII) 9, 16, *quem eodem atque Priscianus auctore usum esse suo iure censet Lachmannus; ipsum Gellium Prisciani auctorem fuisse putarat Iac. Gronovius in ann. ad Gell. l. l.* 6 Num] *Gellii cod. regius, Lachmannus* Non *libri Prisciani omnes et Gelliani reliqui* ego *H* hi *Gellius, om. libri Prisc.* praedicam *K* sciscid*e*rat *R* sciciderat ea pectus *Lachmannus* 8 Neuius *libri* *Naevii testicul. fr. p.* 20 *Both.* 176 *Klussm.* 19 *Ribb.* in testicularia *om. G* 9 scicidimus] *d* sciscidimus *R* scicidi minus *DGL* eos *ante* conscindam *tetram. troch. ab initio, ut ipsi videtur, mutilum instauraturus add. Ribbeckius* 10 *Enn. Melanipp. fr.* 4 *p.* 57 *Both.* V *p.* 42 *Ribb.* VI *p.* 133 *Vahl.* in Melanippa *om. G* imlanippa *Rr* menalippa *BD* menelāpa *K* melāpa *L* 11 sciscid*e*rit *R* 12 uidentur inrationabilius *B* 13 rarissime *in litura H* facit *om. K* 14 putaverunt] *om. GL* protulerunt *B* *Verg. Aen.* VIIII 588 *sq.* VIII. *GLK* 15 plumo *G* 16 difidit *Rr* harena *BHGLK cum Pal. Rom.* 17 oratius *K* *Hor. carm.* III 16, 13 *sq.* III] *h* IIII. *RH* 18 demersas *RBHd* dimersas *GLK* dimersa *unus alterve Hor. cod.* excidio *Reginensis Bentleii et libri aliquot al. Hor.* 21 duplicantia] *r* duplicia *R* 22 tudo *Rr* tutundi *DH* a *add. r*

p. 891 P. p. 491. 92 K.

correpta, a quibusdam autem etiam producta propter supra dictam rationem (id est ne vincatur in compositis ab eo temporibus syllabarum a praesenti praeteritum). Horatius in IIII carminum correpte protulit:

Quod regum tumidas contŭderit minas;

est enim 'contuderit' choriambus. idem in III:

Non auspicatos contŭdit impetus
Nostris;

est enim dactylus 'contudit'. Virgilius in VIII: |

et lapsa ancilia caelo
Extŭderat.

V 26 solent autem composita servare simplicium tempora: 'cădo cecĭdi', 'concĭdo concĭdi', paenultima correpta; 'caedo cecīdi', 'concīdo concīdi', paenultima producta. vetustissimi tamen tam producebant quam corripiebant supra dicti verbi [id est 'tutudi'] paenultimam. Ennius in XIIII:

Infit: o cives, quae me fortuna ferox sic
Contŭdit, indigno bello confecit acerbo.

ecce hic corripuit. idem in XVI:

Ingenio forti dextra latus pertŭdit hasta.

idem in annalibus:

viresque valentes
Contūdit crudelis hiems.

hic produxit paenultimam. 'cado' quoque 'cecidi' facit, ne, si 'cadi' dicamus, nomen esse putetur. composita tamen non duplicant paenultimam syllabam, ut 'perpendo perpendi', 'extendo extendi', 'pertundo pertudi', 'incido incidi', 'concido concidi', exceptis a 'do' et a 'sto' compositis et a 'disco', 'posco', ut 'prodo prodidi', 'resto restiti', 'dedisco dedidici',

2 uincantur *D* 3 oratius *K* *Hor. carm.* IIII 3, 8 quarta *ex* quart⋆ *effecit K* 5 Es[t] *R* coriambus *BGLK* *Hor. carm.* III 6, 10 *sq.* 6 Non auspicatos] inauspicatos *codd. nonnulli Hor.* ospicatos *Rr* 7 Nostris] *sic etiam a m. pr. cod.* 'vetustissimus et optimus' *Prisc., quem l. Bentleius ad hunc Hor. l., cum libris meis omnibus, Heidelb. aliisque Krehlianis* nostros *cum libris Horatianis Zwicc.* 2 *Erl.* 2 *Krehlii, si ei fides est habenda, eiusdem lectionis testem H excitanti* 8 dactilus *libri* contulit *Rr* *Verg. Aen.* VIII 664 *sq.* VIIII. *HK* 9 anchilia *G* achilia *L* 10 extuderant *Rom.* 11 concido concidi] *d* occido occidi *GLK* con⋆⋆do con⋆⋆di *D* 12 caedo — producta *om. GK* cecidi *in* cicidi *mut. D* 13 producta] prodv̄ *d* prodis *D* corripebant *L* 14 *Enn. ann.* XIIII 15 *sq. E. S.* VIII *p.* 58. LXXIII *sq. Vahl.* in XIIII *om. G* 15 infi⋆⋆to(ni) *D* furtuna *GK* ferox *Columna* fero *RBDHGL* ferro *K* ferox sic] ferocie *vetus codex Merulae, qui cum Dousa suspicatur* ferocem *Enn. fr. p.* IOXLVI sic *ex* sit *corr. B* 16 acerbo] *L* aceruo *rell.* 17 *Enn. ann.* XVI 7 *E. S.* III *p.* 60. LXXVI *Vahl.* 18 dextrum *Merula* pertudit] *r* pertulit *R* asta *D* 19 *Enn. ann.* XVI 35 *sq. E. S. inc.* XXXII *p.* 71 *Vahl.* in annalibus *om. G* 20 Virentesque *G* Virosque *l* 21 credulus *H* hiemps *BD* 22 Cado *ex* Ćodo *corr. B* cecicidi *H* cadi *Hh* 23 dicanus *D* 25 et a sto *B* et sto *H* 26 et posco *HK* et a posco *D* resteti *K* dedidici *ex* dededici *corr. K* dedici *Rr* didici *G*

p. 891. 92 P. p. 492. 93 K.

'deposco depoposci'. a 'curro' composita utroque modo prolata inveniuntur ab auctoribus, ut 'decurro decurri' et 'decucurri'. excipitur etiam 'divido', quod praeteritum 'divisi' facit. supina illa quidem, quae a 'do' componuntur, mutant o in i correptam et assumunt 'tum', ut 'reddo redditum', 'credo creditum', 'perdo perditum'. alia vero omnia 'do' in 27 'sum' convertunt, ut 'ludo lusum', 'rado rasum', 'caedo caesum', 'defendo defensum', 'tundo tunsum'. Virgilius in IIII georgicon:

Profuit et tunsum gallae admiscere saporem.

idem in I eorundem:

durum procudit arator

Vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres.

'cudo' simili||ter 'cusum'. idem in eodem:

lapidemque revertens

Incusum aut atrae massam picis urbe reportat.

'cado' quoque 'cāsum' facit, 'ca' tamen paenultima producta. in omni enim | supino sive participio praeteriti producitur a paenultima, exceptis 'dătum' et 'stătum' et 'sătum' et 'rătum'. illud etiam sciendum, quod n ante 'do' habentia, quae amittunt n in praeterito, amittunt eandem in supino et geminant s, si sit paenultima brevis in praeterito, ut 'findo fĭdi fissum', 'scindo scĭdi scissum'. sin producatur, unam s habet, 'fundo fūdi fusum'; composita simplicium terminationes sequuntur. 'cedo' etiam 'cessum' et 'pando' 'passum' faciunt, quamvis etiam a 'patior' et a 'pateo' 'passum' dicimus. unde Virgilius in III:

At pater Anchises passis de litore palmis.

idem in I:

Crinibus Iliades passis peplumque ferebant.

1 deposco depoposci dedisco dedidici *B* deposci *Rr* a curro] Accuro *Rr* 2 et decurri *Rr* 3 diuido *ex* diui*o *corr. B* praeteteritum *H* 4 adsumunt *B* asumunt *H* assumumunt *G* rerdo *R* reddiditum *K* 5 do] *r* to *R* 7 tussum *L* tussum *G* tusum *K* *Verg. georg.* IIII 267 8 Proderit *K cum Vergilio* tonsum *D* tussum *L* tusum *GK* tusum *Med.* ammiscere *H* amiscere *GL* 9 *Verg. georg.* I 261 *sq.* 10 procudit *ex* producit *corr. B* 11 obtussi *GL* obtusi *K* uacat cauat *H* cauat * arbore *B* abore *H* lyntres *BH Med. Pal. Rom.*, *ut ex codice suo Vergiliano sic etiam Priscianus scripserit* 14 Incussum *Med. Pal. Rom.* piscis *Rr* ube *Med.* 16 a *add. r* 17 et statum et satum et ratum] *r* et statum et ratum et satum *DH* et statum et ratum *R* et statum et satum *LB* et ratum *sup. lin. add. b* et ratum et statum *K* 19 ut *om. K* fidi *in litura r* 20 producitur *RK* 21 fudi fussum *Rr* terminationes] *r* terminationem *GL* terminationis *RB* secuntur *RB* sequntur *K* Caedo *BHGLKd* Cado *D* 22 caesum *GLK* pasum *Lb et in litura k* pausum *B* pa*sum(n) *G* 23 pasum *GLK* *Verg. Aen.* III 263 IIII. *GLK* 24 At] *sic Med. m. alt.* Et *K et sic codd. fere omnes lib.* VIIII § 49 *et S de* XII *vss. Aen.* § 188 *p.* 128 *Lind., ubi om. rell., Med. m. pr. Pal.* (*deficit Rom.*) pasis *GLK* de] *(a), *in mg.* de *R* littore *D* lictore *H* 25 *Verg. Aen.* I 480 26 ilides *K* pasis *GK* sparsis *aliquot libri Verg. dett.* pepulumque *Rr*

p. 892 P. p. 493. 94 K.

28 ab eo quod est ‘pedo’ supinum in usu non inveni. a ‘comedo’, quod est anomalum, ‘comesum’ et ‘comestum’ invenitur. Cicero pro Cluentio: abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset, celerius potius comestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanaret? Virgilius autem ab eo, quod est ‘adedor’, ‘adesus’ protulit in VIIII:

et postibus haesit adesis.

‘tendo’ praeterea et ‘tentum’ et ‘tensum’ facit. Virgilius in VII:

Audiit, et si quem tellus extrema refuso
Submovet oceano, et si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

Lucanus in I:

Et varias ignis tenso dedit aere formas.

idem in II:

tensisque rudentibus actae.

‘ostendo’ quoque ab eo compositum similiter facit ‘ostentum’ et ‘ostensum’. Lucanus in II:

Vt scelus hoc Sullae caedesque ostensa placeret,
Agnoscendus erat.

Apuleius in Phaedone: et causam gignendi ostensurum et inmortalitatem animae reperturum. Varro rerum rusticarum I: ostentus soli. idem divinarum III: sălute ostenta. Cato pro Lucio Caesare ad populum: quod | ego me spero

1 in usu *sup. lin. add. G* 2 comessum et *K* *Cic. pro Cluentio or.* 62, 173 *cf. infra* § 30 Cluentio *add. r* 3 aditum *v. l. codd. Cic.* collinquefactum *B* colligequefactum *K* colliquefactum *cett.* 4 po*tione(r) *B* clerius *D* caelerius *H* celeritas *G* potuit *Cicero* comesum *v. l. ap. Cic.* quem potum *Rr* 5 potum *v. l. ap. Cic.* ę.potum inuenias *D* epotum inuenias *K* uenias *G* partis omnis *Cic. Laurent.* XLVIII 12 permaneret *BGLK* permanare *H Cicero* permanere *Cic. Salisburg.* 6 *Verg. Aen.* VIIII 537 *abeo(h) *D* adessum *GLK* 7 hostibus *R?* ad*esis(h) *D* adhesis *R* adessis *GLK cf. v. l.* § 30 adhessis *Rom.* adesis *Med.* 8 praeterea tentum *GK* *Verg. Aen.* VII 225 *sqq.* 9 audit *Rom.* extrema — si quem *om. BDHGLK add. d* 10 summouet *R Pal. Rom. Fr.* submobet *Med.* hoceano *Rr* siqu**em(id) *H* si quidem *Rr* siquam *Rom.* 11 iniqui] *h* ini *H* 12 *Luc. Phars.* I 531 I. *in litura r* 13 uaria signis *LK* uario signis *G* tenso *etiam de* XII *vers. Aen.* § 64 *et sic Luc. Voss. B al.* denso *alii codd. Luc. cum Voss. A, cui* uel tenso *spscr. m. ant.* 14 *Luc. Phars.* II 683 15 densisque *et* extensisque *vv. ll. libr. Luc.* 16 quoque et ab *B* 17 *Luc. Phars.* II 192 *sq.* 18 sceilus *K* *Voss. B *Voss. b* sillae *GLr* silae *R* syllae *BDHK* 20 apoleius *GLK* Apuleius in Phaedone] *Apul. fr.* 11 *t.* II *p.* 638 *Hild.* ** in *B* in Phaedone *om. G* phoedone *B* phodone *K* gigmendi *R* ostensurus *GLK* 21 immortalitatem *HGLKr* animae *om. G* repperturum *GL* Varo *R* *Varr. r. r.* I 25 rerum rusticarum I *om. G* 22 in I. *LK* ostensus *DHGLKr* soli *Varro* (*cf. etiam ibid.* I 24, 1 soli ostentus) idem] Id est *B* *Varr. rer. div.* III *fr. p.* 215 *Bip.*; *om. Merkelius* III] .In *RBD* in *LK* salute nostra ostenta *G* 23 *Catonis pro L. Caesare ad pop. or. fr. v. apud Meyerum l. l. p.* 137 (*cf. p.* 266). *eadem verba a Diomede p.* 372 *P. P. Rutilio Rufo tribuuntur, qui eius de vita sua librorum fragmento laudato:* idem

ostenturum. ‘ostentum’ quoque, quando monstrum significat, nomen est participiale, quomodo ‘factum’ et ‘dictum’ et ‘visum’, ab ostendendo futura dictum. ‘strido’ et ‘strideo’ tam tertiae quam secundae coniu- 29
gationis invenitur. Virgilius in VIII:

stri||duntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra.

Iuvenalis in IIII:

Iam strident ignes, iam follibus atque caminis.

Horatius sermonum libro II:

Stridĕre secreta divisos aure susurros,

correpta paenultima. Statius vero eandem productam protulit in VIII:

Nil stridēre domi.

idem in VIIII:

Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes.

praeteritum perfectum eius debet secundum analogiam in ‘do’ vel in ‘deo’ desinentium et paenultimam vel antepaenultimam naturaliter longam habentium in ‘si’ terminari, ut ‘rādo rasi’, ‘trūdo trusi’, ‘lūdo lusi’, ‘rīdeo rīsi’, sed puto euphoniae causa non esse in usu ‘strisi’, sed ‘stridi’, quod, ut superius diximus, usus quoque comprobat. Statius in IIII:

Huius inaspectae luco stridere sagittae.

Accius in Alcestide:

Cum striderat retracta rursus inferis.

‘sīdo’ praeterea ‘sidis’ facit, cuius etiam passivum ‘sidor sideris’ invenitur. Lucanus in III:

(item *Par. A*) *ait* pro L. Caesutio (pro l. cesutio *Par. uterque* pro l. ce *trium quattuorve literarum lac. rel. rell. om. Mon.* pro Lucio Caerucio *Putschius*) ex hoc deriuauit participium: quod ego me spero ostenturum (ostenta *Par. B m. rec. spscr.*), non ostensurum. populom *Hh* me *add. k* 1 Ostenſum *L* significat nomen] *d* significationem *D* .Nomen *H* 2 participiale *ex corr. d* participale *R* uis. *Rr* 3 strodo *Rr* 4 *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 6 calybbum *Rr* calibum *DGL* chalibum *H* aelat *Rr* anelat *D* hanelat *H* anhellat *L* 7 *Lucan. Phars.* VI 623 in VI *om. G* 9 *Iuv. sat.* IIII 10, 61 in IIII *om. G* 10 stridet *H* stridunt *Iuv. codd. dett. plerique* 11 oratius *GL* *Hor. serm.* II 8, 78 in sermonum *D* sermonum libro II *om. G* 12 diuissos *L* susuros *HL* 13 Statiũo (*i. e.* Statiuo *in* Statius uero *corr.*) *Hh* *Stat. Theb.* VIII 256 eadem producta *BDGL* 14 Nihil *GL* 15 *Stat. Theb.* VIIII 299 16 tudeus *L* tudeos *G* tideus *D* 17 do et in *G* 20 *post* risi: strido strisi *add. L?* puteo *Dd* 21 *Stat. Theb.* IIII 428 in IIII *om. G* 22 Cuius *Stat. Cass.* in aspectu *G* loco *Dd* sagittae] *r* sagite *R* 23 *Accius in Alcest. cf. lib.* VIIII § 45 alcestide *ex corr. r* aldestidę *D* 24 Cum] tum *L* 25 sidis] *ex corr. d* sidi *Gb* sidit *ni f. D* sedi *Wagnerus ad Verg. ecl.* 7, 1 passivum] *b* passiuo *B* 26 *Luc. Phars.* III 674 *sq.* in III *om. G*

p. 893 P. p. 494, 95 K.

sidentia pessum

Corpora caesa tenent.

Statius in II:

summisque insiditur astris.

cuius praeteritum in usu non est dubitationis vel alternitatis causa; debuit 5
'sisi' esse. sed utimur praeterito 'sedeo' verbi, id est 'sedi', pro supra dicti quoque verbi praeterito.

In 'do' unum anomalum invenitur, 'edo es est'. vetustissimi tamen etiam 'ĕdo ĕdis ĕdit' dicebant correpta prima syllaba. Naevius in carbonaria: 10

Tibi servi multi apud mensam adstant, ille ipse adstat, quando ĕdit.

non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit scazon. Plautus in lipargo:

Nil moror mihi fucum in alveo, apibus qui perĕ|dit cibum, 15

corripitur enim paenultima. Lucilius in IIII:

† qui ĕdit se, hic comĕdit me.

supinum eius tam 'esum', ut supra dictum est, quam 'estum' usus exigit ut possit dici. Virgilius in VIIII: 20

et postibus haesit ædesis.

idem in II:

Ambesas subigat malis consumere mensas.

Cicero pro Cluentio: abditum aliqua in parte panis, quam si totum conliquefactum in potione esset, celerius potius co- 25

2 cessa *G* 3 *Stat. Theb.* II 36 *cf.* § 23 in II Thebaidos *om. G* 5 debuit enim *BDHGLKr* 6 utimur in praeterito *B* 8 anomalum inuenitur *in lit. b* 9 etiam *om. K* Neuius *libri* *Naevii carbonariae fr. p.* 12 *Both.* 140 *Klussm.* 8 *Ribb.; trochaicum esse versum* Tibi serui multi ápud mensam astant, ille ipse astat quándo edit *vidit Ritschelius parerg.* I 98, *de ipsa carbonaria Naeviana dubitationem movens, cf. tamen ibid. p.* 106 in carbonaria *om. G* 11 astant *G* astant *RLK* asstat *r* astat *G* astat *LK* 13 hoc penul˜ iambo syllaba *K* 14 scaton *GLK* Plautus in lipargo] *lipargum alterum nomen parasiti pigri esse censuit Scaliger ad Varr. de l. L.* VII 62 *t.* II *p.* 213 *ed. Bip., quem secuti sunt fragmentorum Plautinorum editores* (*parasiti pigri s. lipargi fr.* 4 *p.* 440 *Both.*), *at v. Ritschelium parerg.* I 156 *sq.* liphargo *B; 'codd. Erl.* 1 *Lips.* 1 Ligurgo, *vel* Lycurgo' *Krehlius* sitellitergo *W. Freundius v. Ritschelium mus. phil.* X 445 *sqq.* 15 Nil *Scaliger* Nihil *libri* facum *Rr* fructum *in* futum *mut. K* alveo] *Ritschelius l. l. p.* 446 albo *G* albo *B* aluo *vell.* apidbus *K* peredit] *dk* perdit *D* per**dit *K*

17 lucius *D* Lucius *H* *Luc. sat.* IIII 25 *Dous.* 20 *Gerl.* VII. *BD* 18 edit sese *coni. Fleckeisenus* se edit *Gerlachius* hic *spscr. b* 19 esum] *k* essum *K* esus *RBDH* essus *GL* ut praedictum *D* estum] *K* esitus *B* estus (*ex* esitus *corr. in H*) *ceteri* 20 *Verg. Aen.* VIIII 537 *cf.* § 28 VIII. *GLK* 21 adessis *GK* adhęsis *D* adessit *L* 22 *Verg. Aen.* III 257 23 ambessas *GL* consumere *Verg. Hamburg: alter m. alt., ex Prisciano scil. interpolatus* absumere *Vergilius* 24 *Cic. pro Cluent. or.* 62, 173 *cf.* § 28 25 colliquefactum *RH* potitione *D* cęlerius *D* clerius *K*

p. 893. 94 P. p. 495 K.

mestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanaret?

In ‘go’ r antecedente, si non sint a ‘regen||do’ composita, ‘go’ in 31
‘si’ convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut ‘mergo mersi’, ‘spargo sparsi’, ‘tergo tersi’. dicitur tamen et ‘tergeo’. alia vero in ‘xi’ convertunt ‘go’ praesentis et faciunt supra dictum tempus, ut ‘rego rexi’, ‘cingo cinxi’, ‘ango anxi’, ‘tingo tinxi’, ‘pingo pinxi’. a ‘regendo’ composita, quamvis in praesenti syncopam e paenultimae patiantur, tamen in praeterito perfecto eam euphoniae causa servant, ut ‘porgo porrexi’, ‘pergo perrexi’, ‘surgo surrexi’. nam ‘porrigo’ et ‘corrigo’ et ‘arrigo’ e in i convertentia aptissime servant secundum proportionem simplicis declinationem. excipiuntur ‘frango fregi’, ‘ago egi’, ‘lego legi’, quorum composita sequuntur simplicium declinationem: ‘confringo confregi’, ‘perfringo perfregi’, ‘exigo exegi’, ‘subigo subegi’, ‘cogo coegi’, ‘perlego perlegi’, ‘relego relegi’. excipiuntur ex hoc composita: ‘neglego neglexi’ et ‘intellego’, quod antiqui ‘interlego’ proferebant, ‘intellexi’ et ‘diligo dilexi’. ‘pango’ quoque ‘pegi’ et ex eo ‘impingo’ ‘impegi’ facit. Pacu- 32
vius in Medo:

tonsillam pegi laevo in litore.

Lucanus in V:

Sufficit ad fatum belli favor iste laborque
Fortunae, quod te nostris inpegit arenis.

simplex tamen ‘pango’ etiam ‘pepigi’ facit secundum Charisium et ‘panxi’. sed antiqui ‘pago’ quoque dicebant pro ‘paciscor’. Cicero in II ad Herennium: pacta sunt, quae legibus observanda sunt,

1 in venas] euenias *GL* inuenas *h* iuuenas *H* inuen*as (i) *K* partes *add. h* 2 permaneret *GLK* permanat *B* permanare *H* permanere *Rr* 4 faciant *Rr* 6 praesentis *om. K* 7 ago *Dd* 8 penultimae e *G* patiuntur *RH* ta *H* 9 porgo] *libri π Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 291 porrigo *edd. meae praeter π omnes* 10 Nam et porrigo et *r* 11 aptissimae *H* propor*tionem *H* 12 non frexi fregi *Hh* 13 secuntur *RB* sequntur *K* sequunt *L* 14 perligo *Gg* perligo *K* 15 perleg*i *L* religo *L* negligo *GLd* neglo *B* 16 intelligo *DGL* intellego intellexi quod *B* intelligo intellexi quod *K* "interlego 'antiqui *G* interlego *Dd* diligo] *g* deligo *GK* 17 delexi *K* impinguo *K* inpingo inpegi *B* Pacubius *LK* *Pacuv. Medi fr.* 17 *p.* 132 *Both.* I *p.* 86 *Ribb. cf. Fest. p.* 356[a], 31: Pacuuius in Medio: Acces | ... eam (Accessi ad eam *Vrsinus* Accessi ad terram *Bothius* Accessi Aeam *Bergkius mus. Rhen.* III 1835 *p.* 78 Accessi Acan *Müllerus ad Fest. p.* 413) et tosillam pegi laeto in litore 18 im medio *G* in medio *L* in medio *K* medoton sylla *B* 19 tonsilla *DHGLK* paegi *K* leuo *RBDHGK* lecto *Bergkius l. l.* littore *RDHG* 20 *Lucan. Phars.* V 696 *sq.* in V *om. G* 21 fatum] factum *BDHGLr* summam *Voss. uterque cum aliis codd. Luc. et sic cod. quidam Prisc. a Cortio ad Luc. l.* favor] *dh* fabor *BDGL* fa*** *H* fobor *K* labor iste fauorque *Voss. A cum parte codd. Luc.* 22 furtunae *G* quod] quae *Voss. A et schol. Voss. B al.* quo *et* qui *vv. ll. aliorum librorum Luc.* impegit *RGLK* harenis *BDHLK cum Voss. B* habere *G* 23 pepegi *G* carisium *DK* *Charis. p.* 220 *P.* 147 *Lind.* ‘pango pangis pepigi et pansi et panxi’ *cf. Lind. p.* 146 *ann.* 20 24 sed — in II *in mg. add. K* *rhet. ad Herenn.* II 13, 20 in II ad Herennium *om. G* 25 legalibus *Rr* sunt *om. L*

p. 894. 95 P. p. 495. 96 K.

hoc mo|do: rem ubi pagunt orato, ni pagunt. ‘tango’ praeterea ‘tetigi’ facit et ‘pungo’ ‘pupugi’ vel ‘punxi’. Varro in I humanarum: ut habent Parii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum ophiogenis cum arbitrantur subpositum esse in stirpe aliquem, ei admovent, ut pungat, colubram: cum pupugerit, si de genere sit, vivere, si non sit, mori. in eodem: admota aspis cum pupugerit, si non occidat, sciat, ex Psyllorum esse stirpe. Naevius in glaucoma:

quod de opsonio
Stilo mihi in manum pupugit.

‘expungo’ vero ‘expunxi’ dicimus, at ‘repungo repupugi’ et ‘repunxi’, ut Capro videtur. cum ei, qui nos pupugit, talionem, id est vicem a nobis redditam ostendimus, ‘repupugi’ dicimus, quan||do vero de ratione
VI 33 vel calendario loquimur, ‘repunxi’ dicimus. a ‘tango’ composita non duplicant primam syllabam: ‘contĭngo contĭgi’, ‘attĭngo attĭgi’, in quibus notandum, quod paenultima praeteriti corripitur, praesentis vero producitur. ab ‘ago’ et ‘frango’ et ‘lego’ composita servant simplicium praeteritum, ut ‘exigo exegi’, ‘prodigo prodegi’, ‘dego degi’, ‘abigo abegi’, ‘infringo infregi’, ‘perfringo perfregi’, ‘colligo collegi’, ‘relego relegi’, quod differentiae causa non mutavit ‘le’ in ‘li’, quamvis etiam ‘perago’

1 pagunt orato, ni pagunt] *Bosius, Krehlius* pagunt orationi (*r* orcetioni *R* horatio|ni *B*) pagunt *codd. Prisciani indeque, ut videtur, libri aliquot rhet. ad Herennium, cum vv. ll.* oracioni *vel* oratione *vel* orationem pangunt *etc.* paciscuntur *libri utriusque familiae praestantioris omnes; cf. Dirksenium Uebersicht d. bisher. Versuche zur Krit. u. Herstellung des Textes der Zwölf-Tafel-Fragmente p.* 168 *sqq.* 2 Varrᵒ *D* *Varron. antiq. hum. lib.* I *fr. p.* 204 *Varr. ed. Bip.* humanarum *Hh* 3 Parii] *μ cf. Strab.* XIII 1, 14 *p.* 588 *Cas. Plin. nat. hist.* VII 2, 13 *Muretum var. lect.* II 2 *Turnebum adversar.* XVI 6 pharii *RB* farii *DHGLK* ὀφιογενεῖς] *om. DK add. d* ΟΦΙΓΕΝΕΙC *r.* ΟΦΙΟΤΕΝΕΙC *G* affrica *K* psilli *BGLK* Psyllos *Muretus* 4 quoru *L* ophiogenis cum] *3* (Ὀφιογενεῖς cum *Muretus* ophiogenes cum *Turnebus*) ᵒphiogenistum *D* ophyogenistum *R* ophioginistum *G* ophiogenistum *BH* ophioginistum *L* aphiaginistum *K* uel origenistum suppositum *BDGLK* esse *om. K* 5 stirpem *B* ei admovent, ut pungat, colubram] *Muretus* si admoueant (amoueant *Rr* ammoueant *DHGL* an moueant *K*) ut pungat (pungat *Rr*) colubra *libri* 6 degenera *Dd* uiuimus *G* *Varron. antiq. hum. lib.* I *fr. p.* 204 *Varr. ed. Bip.* 7 ammota *BDHGLK* aspicũ *Hh* psillorum *BLK* 8 styrpe *RD* Neuius *libri* *Naev. glaucom. fr. p.* 15 *Both.* 152 *Kl.* 12 *Ribb., qui creticos cum baccheis compositos effecit:* .....quód de eo opsónio | Stiló mi in manúm pupugit.....; Quód de opsonió mihi stilo in manum pupugít.. *coni. Fleckeisenus* glauconia *GLK* 9 quod de eo *α* opsonio *Ribbeckius* obsonio *RBDH* opsinio *GLK* 10 in marũ *K* 11 expunguo *K* et expunxi *B* repungo] *h* repugno *HG* repunguo *K* repugi *GLK* 12 Capro] *ap. Osannum de Capro p.* 16 13 ostendimus] *g* ostendemus *G* repugi *GLK* 14 kalendario *GL* kallendario *K* tanguo *K* 15 continguo *K* conti⋆gi (n) *L* atti⋆gi (n) *K* 18 exigo exigo exegi *K*

p. 895. 96 P. p. 496. 97 K.

a immutabilem servavit et ‘dego’ syncopam euphoniae causa protulit. excipiuntur mutantia simplicis significationem, quae superius posuimus: ‘neglego neglexi’, ‘diligo dilexi’, ‘intellego intellexi’, quamvis Aemilius Macer in XVI annalium: omnium nostrum neglegerit auctoritatem, pro ‘neglexerit’ ait. supina in ‘si’ quidem facientia praeteritum per ‘sum’ proferunt secundum supra dictam regulam, ut ‘mergo mersi mersum’, ‘spargo sparsi sparsum’, ‘tergo’ vel ‘tergeo tersi tersum’. alia vero omnia ‘go’ in ‘ctum’ convertunt, ut ‘rego rectum’, ‘iungo | iunctum’, ‘tingo tinctum’, ‘lego lectum’, ‘pungo punctum’, ‘ago actum’. abiciunt tamen n euphoniae causa haec, quae paenultimam a habent vel i, ut ‘frango fractum’, ‘pango pactum’, ‘tango tactum’, ‘fingo fictum’, ‘pingo pictum’, ‘stringo strictum’, ‘ringo rictum’. excipitur ‘cingo cinctum’, ‘tingo tinctum’ et ‘stingo stinctum’ et ex eis composita: ‘succingo succinctum’, ‘extingo extinctum’. ‘ango’ quoque differentiae causa servavit n in supino ‘anctum’, nam ab ‘ago’ ‘actum’ fit. quidam tamen etiam ‘anxus’ eius participium protulerunt. et omnia in com- 34
positione integras servant simplicis literas, quamvis in aliis modis mutentur, ut ‘rego rectum’, ‘pergo’ et ‘porgo perrectum’ et ‘porrectum’, ‘ago actum’, ‘cogo coactum’, ‘abigo abactum’, ‘tango tactum’, ‘contingo contactum’, ‘frango fractum’, ‘defringo defractum’; ‘pango pactum’, ‘impingo impactum’. et possumus hoc existimare differentiae causa in plerisque fieri, ne, si ‘perrictum’ et ‘abictum’ et ‘defrictum’ et ‘impi||ctum’ diceremus, alias significationes monstrare putarentur. Lucanus in V:

Inpactae cessere fores.

1 inmutabilem *B* seruant *K* dego per *Hd* *post* syncopam: a *add.* *BDHLKr* pertulit *K* 2 posuimus] docuimus *G* negligo *DGL* 3 deligo delexi *L* intelligo intellexi deligo delexi *K* intelligo *DGL* emilius *DGL* emelius *K* Aemilius Macer in XVI ann.] *ad Aemilium Macrum omisso libri titulo eadem refert Diomedes p. 366 P.; at C. Licinium Macrum laudandum fuisse intellexerunt et Weichertus poet. Lat. rell. p. 92 et Krausius fragm. hist. R. p. 239, qui Licinii nomen ipsis grammaticorum verbis illaturi sunt, cf. Lachmanni ad Lucr.* VI 17 *annot., Rothium l. l. fr.* 23 *p.* 367 4 nostrorum *B* auctoritem *Hh* autoritatem *D* 5 si] xi *D* fatientia *H* 7 tergo .si .sum uel tergeo .si .sum *G* 8 go] **go(in) *L* 9 tingo *om. G* tingo — rictum *om. D in mg. add. d* 10 eophoniae *Gg* caussa *Rr* 11 tango tactum pango pactum *G* tactum fri*go (n) frictum fingo fictum *B* "pingo pictum 'fingo fictum *G* 12 E*cipiuntur *BDk* 13 cingo cingo cinctum *K* cintum *D* *post* cinctum *sqq.* — succinctum *add. r* tinguo *r* et stingo stinctum *om. GLK* coposita *H* 14 sunccingo succintum *D* sucingo sucinctum *GL* Ago *D* 15 serua*it *k* seruant *ni f. K* 16 omnia *Hh* 17 alii modis *DH* alii *K* 18 "porgo 'pergo *G* 'pergo et porgo" *in litura D* et pargo *K* p*rrectum (o) *L* et perrectum *Hh* 19 cogo *om. G* abictum *Dd* 20 inpingo inpactum *B* 21 posimus *Dd* exhistimare *B* implerisque *K* 22 perictum *H* inpictum *B* 23 diceremus] *h* d**eremus *H* di*eremus *L* putentur *K* putentur *GL* *Luc. Phars.* V 209 24 Inpactae] *sic etium Luc. palimps. Vindob.* (*v. ann. lit. Vind.*

p. 896 P. p. 497. 98 K.

in 'gor' deponentia mutant eam in 'ctum' et faciunt supinum, ut 'fungor functum'.

In 'ho' desinentia mutant 'ho' in 'xi' et faciunt praeteritum, ut 'veho vexi', 'traho traxi', et secundum supra dictam regulam in 'xi' terminantium praeteritum perfectum [per 'ctum'] proferunt supinum, ut 'vectum', 'tractum'.

In 'lo' finientia praesens per 'lui' exeunt in praeterito, ut 'alo alui', 'colo colui', 'molo molui', 'consulo consului', 'occulo occului'. Statius in V Thebaidos:

raptum quae sola parentem
Occului.

excipiuntur duplicantia l, quae si a muta incipiant, geminant principalem syllabam, etsi non servent ubique eandem vocalem, ut 'pello pepuli', 'fallo fefelli', 'tollo tetuli', pro quo nunc in usu frequenti est | 'sustuli'. a 'tulo' quoque, quod veteribus in usu fuit, 'tetuli' dicebatur. in compositione tamen non geminant principalem syllabam, ut 'refello refelli', 'compello compuli'. alia quoque eiusdem terminationis o in i convertunt, ut 'vello velli', sed et 'vulsi' dicitur, 'percello' quoque 'perculi' et 'excello' vel 'excelleo exculi' vel, ut alii, 'excellui', quorum simplex in usu non est. 'psallo' etiam 'psalli' facit praeteritum. Cicero de suppliciis: revellistis atque in profundum abiecistis. Virgilius in bucolico:

Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit et admonuit.

Lucanus in IIII:

Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.

idem in VI:

percussaque viscera nimbis
Vulsit.

Anz. Bl. XXVI 24) impactae *RL cum Voss. A* inpulsae *spscr. schol. in Voss. B et sic vel* impulsae *al. codd. Luc.* impertae *G* cessere *D* 1 mutant eam *Hh* funegor *B* 3 "motant "disinentia *K* 4 traxi. secundum *GLK* praedictam *G* 5 per ctum] *rd* per inctum *R om. DGL in mg. add. K* ut *om. D* 7 lo dissinentia *K* praesens tempus per *B* 8 colui] cului *B* occului *Hh* *Stat. Theb.* V 35 *sq.* 9 thębaidos *D* tebaidos *GLK* 10 rapsum *G* raptum quae] *r* raptumque *RBDH* parente *D* parentum *LK* 11 occului *D* 12 quae *Hh* si *om. G* geminant *Rr* pricipalem *H* 13 servent] *r* seruant *RG* 14 quo *add. rb* usi *R* 15 quoque] uero *G* uerbib. ueteribus *H* 16 ut *om. LK* 18 sed conuulsi *B* percelo *Rr* 20 Cicero de suppliciis] *immo* de signis: *in Verr. act.* II III 11, 26 21 suppliciis] *h* simpliciis *H* atque] neque *Cicero Verg. ecl.* 6, 3 *sq.* (*deficit Med.*) 23 reges] siluas *BDHGK* siluas (l) *L* praelia *G* Cynthius] *k* cinthius *RBGL* qui inthius *K* 24 et *m. alt. add. Pal.* amonuit *D* ammonuit *HGL* ammouit *K* monuit *Rom.* 25 *Luc. Phars.* IIII 414 in IIII *om. G* 26 cepite *H* 27 *Luc. Phars.* VI 545 *sq.* 28 percusaque *G* nimbis] membris *G cum nonnullis Luc. codd.*

p. 896. 97 P. p. 498. 99 K.

idem in eodem:

Illa genae florem primaevo corpore vulsit.

idem in VIIII:

Avulsitque manu telumque affixit arenae.

Lucretius ab 'excello excellis' infinitum protulit 'excellĕre' paenultima 36 correpta:

Omnibus ornatum voluisti excellĕre rebus;

Cicero vero in I epistularum ad filium: quare effice et elabora, ut excelleas, quod est ab 'excelleo excelles', cuius praeteritum debet 'excellui' esse, ut 'calleo callui', secundum proportionem secundae coniugationis. idem tamen Cicero in Verrinis praecellunt protulit secundum tertiam coniugationem et in I pro || Cornelio: qui eloquentia ceteris antecellit. ex quo debet 'exculi' quoque esse praeteritum perfectum, sicuti 'percello perculi'. Virgilius in V:

Perculit et fulva moribundum extendit harena.

Bassus in II lyricorum:

Calliope princeps sapienti psallerat ore.

Supina in 'tum' quidem exeunt, quae nascuntur ab unam l habentibus, ut 'occulo occultum', 'colo cultum', 'consulo consultum'; quae vero duplicant, per 'sum', ut 'fallo falsum', 'pello pulsum', 'vello vulsum', 'excello excelsum', 'percello perculsum'. a 'psallo' supinum non legi, ab 'alo' vero tam 'altus' quam 'alitus' dicitur. Cicero pro Plancio: ubi altus est. similiter Sallustius in Iugurthino: et | omnem aetatem Arpini altus; in quibusdam autem codicibus etiam 'alitus'

1 idem *om. B* *Luc. Phars.* VI 562 2 e (ex, a) corpore *aliquot codd. Luc. cum Voss. b* 3 *Luc. Phars.* VIIII 765 4 manum *R* telumque] telum quae *B* piloque *Lucanus* teloque *Luc. Zwicc.* affixi *Rr* afixit *K* arenae] *sic etiam Luc. Voss. A al.* harenae *Bd* haraenae *G* haraene *K* harenis (*Voss. B*) *vel* arenis *libri Luc. plerique* 5 *Lucr.* I 27 *cf. lib.* VIII § 96 excellere *in mg. K* 7 uoluistis *Rr* 8 *Cic. epp. ad filium lib.* I *fr. v. lib.* VIII § 96 I *om. R* aepistolarum *K* effice** (re) *D* 9 praeteritum tempus debet *B* 10 esse ΠΑΝΟΥΡΓΟ ut calleo *B* calui *G* 11 praecellunt *in Ciceronis Verrinis non inveni ac quantum equidem scio huius verbi sola forma* praecellens *utitur Cicero* uerrenis *G* procellunt *K* percellunt *ni f. H* percellit *h* 12 *Cic. pro Cornelio or.* I *fr.* 38 *p.* 451 *Or.* cornilio *K* eloquenti* *H* 13 antecellit] *in litura k* antec***** *K* 14 *Verg. Aen.* V 374 II. *r* 15 pertulit *Med.* percutit *Rom.* moribunda *Rr* mori*undũ *L* moribundus *K* arena *D* 16 *Caesius Bassus lyricorum* II *cf. Weichertum de L. Vario etc. p.* 145 *Lerschium philolog.* I 622 *coll. O. Iahnio ad Pers. sat.* 6, 1 *p.* 211 *sqq. prolegg. p.* XXVIII *sq. Bernhardio in hist. lit. Rom. p.* 465 *ed. alt.* U. *G* liricorum *D* 17 caliope *GK* sapienti princeps *GLK* psalleret *G* 18 exeunt quidem *H* una *B* 19 occul*o (t) *K* 20 duplicant l *B* duplicant *HhK* p*lsum (e?) *in* pulsum *corr. B* uolo *Rr* 21 excelo *R* excelsum *Dd* excellsum *RK* non legi *Rr* 22 ab alto *Rr* *Cic. pro Planc. or.* 33, 81 ubi altus aut doctus est *cf. ibi ann. Garatonii* plantio *RHGLK* plangio *B* 23 *Sall. Iug.* 63, 3 iugurtino *H* et per omnem *aliquot libri Sall.* 24 aetatem] pueritiam *libri Sall.* alitus *etiam nonnulli nostrorum codd. Sall.* quodicibus *D*

p. 897. 98 P. p. 499 K.

invenitur. a ‘tollo’ quoque deficit supinum, sed pro eo utimur ‘sublatum’. ‘volo’ quoque anomalum ‘volui’ facit praeteritum, ex quo nomen participiale nascitur ‘vultus’, quomodo ex ‘colo cultus’ et ex ‘occulo occultus’.

VII 37 In ‘mo’ desinentia, si vocalis longa antecedat, o in ‘psi’ conversa proferunt praeteritum, ut ‘promo prompsi’, ‘demo dempsi’, ‘como compsi’. haec autem ‘si’ in ‘tum’ convertentia faciunt supina, ut ‘sumo sumpsi sumptum’, ‘promo prompsi promptum’, ‘demo dempsi demptum’, ‘como compsi comptum’; alia vero in ‘mo’ desinentia per ‘ui’ divisas exeunt in praeterito, ut ‘vomo vomui’, ‘gemo gemui’, ‘fremo fremui’, ‘tremo tremui’. excipiuntur ‘emo emi’ et ‘premo pressi’. et in ‘ui’ quidem terminantium supina fiunt ‘ui’ in ‘itum’ conversis correpta paenultima, quomodo in omnibus, quae ex huiusmodi praeteritis nascentia i habent ante ‘tum’, ut ‘vomui vomĭtum’, ‘gemui gemĭtum’, ‘fremui fremĭtum’, ‘tremui tremĭtum’. ‘emi’ vero ‘emptum’ facit, quod ideo assumpsit p, quia non potest m ante ‘tum’ sine p inveniri euphoniae causa, ut ‘sumptus’, ‘promptus’, ‘comptus’. ‘pressi’ vero secundum in ‘si’ terminantium regulam i in ‘um’ convertens facit supinum, ut ‘pressi pressum’.

In ‘no’ o vel g antecedentibus per ‘ui’ || divisas faciunt praeteritum, ut ‘pono posui’ et ab eo composita, ‘suppono supposui’, ‘compono composui’. antiqui tamen et ‘posivi’ protulisse inveniuntur. Plautus in vidularia:

Nunc apud sequestrum vidulum posivimus.

Apuleius in I Hermagorae: et cibatum, quem iucundum esse
38 nobis animadverterant, eum adposiverunt. ‘gigno genui’, pro quo ‘geno’ vetustissimi protulisse inveniuntur - Varro in andabata: sed quod haec loca aliquid genunt -, cuius infinitum passivum Lucretius in III protulit, ‘geni’:

1 in*****uenitur *H* defecit *GLK* 2 uoloque anomalum *R* uoluit *D* 3 participale *Dd* 6 ut sumo sumpsi promo *DH* promsi *RD* promsi *H* 7 in ptum *B* 8 promsi *D* prosi *G* proptum *R* promtum *D* 11 praemo *R* ui diuisas quidem *D* 12 supine faciunt *Rr* in tum *DH* 13 praeteritas *Hh* 14 tum] tu *LK* ut uomo uomui *B* genui *G* 15 adsumpsit *B* 17 promptus] *rd* promtus *R* prumptus *D* presi *Rr* Pressi *B* 18 pressi pressum *B* 20 et habeo *Rr* conpono coposui *H* 21 posivi] *r* potui *R* *Plaut. vidul. fr.* 8 *p.* 442 *Both.* 23 capud *R* uidulum *D* uitulum *h* posuimus *RrH* 24 *Apuleius in* I *Hermag.: Apul. fr.* 7 *t.* II *p.* 637 *Hild.* iucundum] *k* iocundum *BGLK* 25 animaduerterent *G* animaduerturant *Dd* adposiuere *B* apposiuerunt *rell.* 26 quo *add. r* uetustissime *Rr* Varro in andabata] *cf. lib.* VI § 17. *Varr. sat.* VII *fr.* 6 *p.* 95 *Oehl. cf. Krahnerum de Varr. ex Marciani satura supplendo p.* 20 28 Lucanus *Rr* *Lucret.* III 796 *sq.* III *Krehlius* IIII. *libri*

p. 898 P. p. 499. 500 K.

tanto magis infitiandum est,
Totum | posse extra corpus durare genique.

a canendo quoque composita similiter praeteritum in ‘ui’ divisas finiunt: ‘succino succinui’, ‘occino occinui’. quidam autem et ‘occano occanui’ protulerunt, ut Sallustius in I historiarum: iussu Metelli cornicines occanuere. sed Probus ‘occini’ quoque existimat posse dici, cum simplex ‘cano cecini’ faciat, quomodo a ‘cado cecidi: incido incidi’ et a ‘tango tetigi: contingo contigi’. m antecedente ‘no’ in ‘psi’ conversa facit praeteritum perfectum, ut ‘temno tempsi’. alia omnia per ‘vi’ coniunctas proferunt praeteritum: ‘sino sivi’, ‘sterno stravi’, ‘cerno crevi’. non solum enim τὸ ‘κοσκινίζων κρίνω’ sic facit praeteritum, sed etiam cum pro ‘video’ accipitur. Titinius in gemina:

simul ut pueras
Has nocte suspirare crevi,

pro ‘vidi’. Plautus in cistellaria:

†Cum ego te amavi, mea Antiphila, et mihi amicam
esse crevi,

similiter pro ‘vidi’. ‘sperno’ quoque ‘sprevi’ facit et ‘lino livi’ vel magis differentiae causa ad nomen Livi ‘levi’, quod a ‘leo’ quoque simplici nascitur, quod in usu non est, ex quo ‘deleo delevi’. unde et ‘letum’ dicitur, quod delet vitam. Iuvenalis in III:

Nam quis plura linit victuro dolia musto?

Terentius in heautontimorumeno:

Relevi dolia omnia, omnes serias.

vetustissimi tamen etiam ‘lini’ in praeterito protulisse inveniuntur, ut 39

a infitiandum

1 inficiendum *R* inficiandum *B Lucr. quadratus* V 140 inficiendum *GL et ex* infitiendum *corr. K* .i. corrumpendum *add. k* est *om. libri Lucretiani et h. l. et simili* V 140 3 deuisas *L* 4 finiunt] faciunt *GL* hoccano hoccanui *Rr* 5 *Sall. hist.* I 69 *p.* 99 *Kr.* iusu *LK* iussum *B* 6 *Probus ni f. Berytius. iuniorem intellegit Osannus Beiträge* II *p.* 211 *cf. ann. ad lib.* V § 45 posse existimat *D* 7 facit *H* 8 et attango *K* 9 in si *D* temno (p) *R* tempno *BD*

Alia uero omnia *H* 10 sino sini *L* 11 cereui *K* TOKOCKINEIZWN EKPINW *Rr* TOKOCKINEI,ZEN KPINW (*sic*) *add. d* KOCKINEIZON *BHGL* KOCKINEITON *K* KPINO *B*

12 tinnius *G* *Titinii geminae fr.* 16 *p.* 64 *Both. p.* 116 *Neuk. fr.* X *p.* 121 *Ribb.* . 13 simul ut pueras hás ego | Nócte suspiráre crevi. *G. Hermannus opusc.* V *p.* 271 Simul ut pueras hásce nocte suspiráre crevi.. ‘*possis etiam* símul ut pueras Hac nócte s. c.’ *Ribbeckius* 14 Has] *sic etiam Barb. m. alt.* hac *Barb. m. pr. et nonnulli codd. Krehliani* . nocte has *ad baccheos efficiendos Neukirchius* noctes *B* 15 *Plaut. cistell.* I 1, 1 *sq.* cis*tellaria (a) *L* 16 Cum ego antehac (*ex* antidhac *corr. Vet.*) te amavi et mi (mihi *Vet.*) amicam esse crevi, | Mea Gymnasium *Plautus* amau. *K* ant*i*phila (h-p) *R* 20 letum] lętum *D* loetum *H* deletur *in* deletū *corr. B* 21 *Iuv. sat.* III 9, 58 22 uictoro *H* delia *Rr* 23 *Ter. heautontim.* III 1, 51 heatontimorumenon *G* heautentimorumeno *D* heautontimorumenon *H* heatuntimorumenon *L* eatontimor̄ *K* 24 releui *G* omnia dolia *B* omnia *om. H* series *DdH* seras *h* 25 protulise *K*

p. 898 99. P. p. 500. 501 K.

Varro rerum rusticarum: cum oblinerunt vasa. supina in ‘ui’ quidem divisas terminantium praeteritum subtracta u et addita ‘tum’ proferuntur, correpta tamen paenultima, ut ‘posui posĭtum’, ‘genui genĭtum’. a ‘cano’ tamen composita primitivi || servant in supino terminationem; ‘cantum’ enim et ‘succentum’ dicimus, quamvis in ipso verbo a in i convertunt ex eo composita, sed in supino iterum i in e transferunt: ‘succino succentum’, ‘occino occentum’; ‘tempsi’ vero ‘temptum’ facit, sicut omnia in ‘psi’ per praeteritum exeuntia. in ‘vi’ vero syllabam desinentia mutant eam in ‘tum’ secundum praedictam regulam, ut ‘sivi si|tum’, ‘stravi stratum’, ‘crevi cretum’, ‘sprevi spretum’. ergo ‘livi’ quoque vel ‘lini litum’, unde Virgilius in IIII georgicorum:

et paribus lita corpora guttis.

Sallustius in Iugurthino: simul gladium sanguine oblitum ostentans. et sciendum, quod tam ‘lĭtum’ quam ‘sĭtum’ et ‘ĭtum, quĭtum, cĭtum, sătum’ corripiunt paenultimas, quod in aliis supinis, quae a praeteritis in ‘vi’ terminantibus nascuntur, non invenitur, ut ‘amavi amātum’, ‘movi mōtum’, ‘nevi nētum’, ‘favi fautum’, ‘cupivi cupītum’, ‘munivi munītum’. (Caper: ut ‘sino sĭtus’, sic ‘nequeo nequĭtus’ corripit paenultimam, quod usus ubique approbat. Cicero pro Cornelio: coeptum igitur per eos, qui agi volebant, desitum est per hunc, qui decessit. ecce hic manifestissime ostendit orator, a ‘desinor’ esse ‘desitum’; sic ergo et a ‘sinor’ ‘situs’.) quod autem paenultimae supra dictorum supinorum corripiuntur, poetarum exempla docebunt. Virgilius a ‘praetereor’ in VIII:

O mihi praeterĭtos referat si Iuppiter annos.

idem in X ab ‘obeor’:

Morte obĭta qualis fama est volitare figuras.

Ovidius in fastis:

1 *in Varr. rer. rust. libris hodie haec non reperiuntur, immo* se obleuerunt uisco *legitur* III 7, 7. *verba hic l. f. ad ephemeridem rusticam s. agrestem pertinent* oblinerint *LK* uassa *K* 3 tamen correpta *R* tamen *add. d.* gemui gemitum *G* 4 in sopino seruant *G* terminationem] *l* termin******* *L* 5 sucentum *Rr* succentum *ex* succintum *corr. K* conuertant *DH* 6 sed] *r* sic *R* 7 occinno *K* teptum *D* 8 per *om. BK add. b* uero *om. K* 9 regulam *om. G* 10 spraeui spraetum *BH* 11 *Verg. georg.* IIII 99 georgič *DH* geoř *G* 12 guttis] *d* gutis *D* 13 *Sall. Iug.* 101, 6 in Iugurthino] *om. G* iugurtino *Rr* gladium] *r* gaudium *R* sanguine *om. G* 14 ostentans *add. r* ostentas *Dd* ostendere *Sallustius* et sciendum *om.*, Et sciendum tamen *in mg. add. K* 15 satum citum *D* corripiun *Rr* 16 terminantibus] desinentibus *L* disinentibus *GK* 18 Caper] *ap. Osannum l. l. p.* 16 corripuit *R* 19 quod] *r* quem *ni f. R* adprobat *B* *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 35 *p.* 451 *Or. cf.* § 55 cornilio *GK* 20 agi *ex* § 55 *addidi. om. h. l. libri* uolebat *D* 21 manifestissimo *LK* manifestimo *G* orator] *h* arator *H* adhesinor *Rr* 22 penultimae (*sic*) *add. d* 23 supinorum *spscr. l* *Verg. Aen.* VIII 560 24 VIIII. *H* 25 refert *Pal.* iupiter *L* 26 *Verg. Aen.* X 641 *cf. lib.* VIII § 31 27 quales *HLK* uolita *Hh* 28 *Ovid. fast.* IIII 583 *sq.*

p. 899. 900 P. p. 501. 502 K.

Sol aditus, quam quaeris, ait, ne vana labores,
Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.

Terentius in hecyra:

Nam cum compressa est nata, forma in tenebris nosci non quita est;

est enim quaternarius iambicus. Lucanus in VIII:

Hic situs est Magnus. placet hoc, fortuna, sepulchrum.

idem in eodem:

Illita tela dolis nec Martem comminus usquam.

Virgilius in IIII georgicon, ut praedictum est:

et paribus lita corpora guttis.

a 'cio' composita tam corripientia quam producentia paenultimam inve- 41
niuntur.

In 'po' desinens m antecedente unum invenio 'rumpo', quod subtracta m et o in i conversa facit praeteritum paenultima || producta tam in simplici quam in compositis ab eo: 'rumpo rūpi', 'abrumpo abrūpi', 'corrumpo corrūpi'. e vero brevem paenultimam habentia mutant o in 'ui' divisas in praeterito, ut 'strĕpo strepui', 'obstrĕpo obstrepui'; r vero vel l vel e pro|ductam ante 'po' habentia o in 'si' convertentia faciunt praeteritum, ut 'scalpo scalpsi', 'sculpo sculpsi', 'carpo carpsi', 'rēpo repsi', 'serpo serpsi', 'sarpo sarpsi'. Lucanus in III:

Sed per iter longum causa repsere latenti.

supina in 'pi' quidem terminatorum fiunt mutata i in 'tum', ut 'rupi rup-

1 aditum *GLK* quā *Rr* queris *R* 3 *Ter. hecyr.* IIII 1, 57 in hecyra *om. G* haecira *R* haecyra *Dr* echyra *B* chyra *H* echira *LK* 4 cum compressa] c̄ compsa *G* cu. pssa *Dd* cumpressa *Rr* cum compressa *ex* cum compre*sa(n?) *corr. Bas.* nata nata *K* 6 iambus *Rr* *Lucan. Phars.* VIII 793 7 sepulchrum] *r et sic Luc. Voss. A* sepulcrum *RGLK cum Voss. B* 9 *Lucan. Phars.* VIII 382 10 Illita *ex* Illata *corr. B* comminus usquam] *sic libri fere omnes* § 56 *et h. l. GLK cum Voss. B et al. codd. Luc.* comminus uni *BDH* comminu|sum *R* comminus unum *r Heidelb.* comminus umquam *d Darmstad.*[b] *et* § 56 *Heidelb.* (comminus unquam *ut vid. alii codd. Krehliani*) *cum parte librorum Luc.* (unquam *Voss. A*); *et sic f. h. l. cod. Theodori* 11 *Verg. georg.* IIII 99 georgicorum (*an* geor̄ *vel* georḡ?) *RK* praeditum *Rr* 12 corpor *Kk* guttus *H* 13 ci*o *H* cieo *Kr* uel a cito *in mg. k* cito *B* tam corripientia *in mg. add. L* 15 unum inuenio m antecedente *K* subtratā *R* 16 penumtima *Rr* ** producta *L* 17 rumpi *G* abrupi *ex* abrumpi *corr. K* aprupi *Dd* 19 l uero uel r *GLK* 20 *si(p) *D* 21 sulpsi *H* carpo carpsi *h. l. om. K* scarpsi *D* sarpo sarpsi serpo serpsi repo repsi *GL* repo repsi serpo serpsi carpo carpsi sarpsi *K* 22 sarpo sarpsi] scarpo scarpsi *Rr* scarpo scarpsi *Dd* scarpo scarpsi *H* ΑΜΠΕΛΟΥΣΚΑΛΑΕΥΩ scarpo scarpsi *B* *Lucan. Phars.* III 458 III. *ex* IIII. *corr. H* IIII. *B* 23 Sed (Et) pariter *v. l. aliquot libr. Luc.* seper *Rr* longo *Dd* longum causam *in lit. B* causam *RDGL* 24 in ptum *B* ut rupti *D*

p. 900 P. p. 502 K.

tum'; in 'ui' vero separatas subtracta u et addita 'tum': 'strepui strepitum'; in 'psi' autem exeuntia secundum supra dictam regulam mutata 'si' in 'tum', ut 'scalpsi scalptum', 'sculpsi sculptum', 'repsi reptum', 'carpsi carptum'.

In 'ro' finita per 'vi' syllabam terminant praeteritum, ut 'tero trivi', 'quaero quaesivi', 'sero seris sevi', nam 'sero seras', a sera obdita natum, 42 'seravi' facit. a 'sero seris' tamen composita, quando mutant simplicis significationem, per 'ui' separatas proferunt praeteritum o in 'ui' conversa. 'desero' pro 'relinquo' 'deserui', 'insero' pro 'immitto' 'inserui'. si enim de arbore dicam, 'insero insevi' facit et participium 'insitus', non 'insertus'. Virgilius in bucolico:

Insere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vites.

idem in II georgicon:

mutatamque insita mala
Ferre pirum.

vetustissimi tamen etiam in simplici 'serui' protulisse inveniuntur, pro 'ordinavi' et pro 'sevi'. Ennius in praeceptis:

Vbi videt avenam lolium crescere inter triticum,
Selegit, secernit, aufert; sedulo ubi operam addidit,
†Quam tanto studio seruit.

duo inveniuntur supra dictae terminationis verba, quae duplicant s ante i in praeterito: 'gero gessi' et 'uro ussi'; 'verro' enim secundum Servium 'versi' facit, secundum Charisium autem 'verri', quod et usus comprobat. Licinius Macer pro Tuscis: quis oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt. Publius in Murmidone:

1 uero *om. G* separatas *ex* seperatas *corr. B* seperatas *G* 3 psi in ptum *B* sculpsi sculptum *add. r* 4 carpsi *add. r* 5 praeteritum *add. k* treui *Dd* 6 quaessiui *G* seui *B* a sera — sero. is (*sic*) *in mg. add. K* abdita *Rr* 7 sero seris seui *BH* simplices *Dd* 9 deserui pro relinquo *G* inmitto *B* 10 nou] uñ (*i. e.* unde) *G* 11 *Verg. ecl.* 1, 74 12 moeliboee *H* melyboee *G et, ex* melybocae *mut., K* pyros *G* 13 *Verg. georg.* II 33 *sq.* georgicorum *L?* 15 fere *B* 17 et seui *K* seui *B* Ennius in praeceptis] *Enn. fragm. p.* 191 *sq. Hessel.* προτρεπτικοῦ *sive praeceptorum fr.* II *p.* 165 (*cf. p.* XCI) *Vahl.; alter enim eiusdem libri titulus viris doctis merito videtur* protrepticus *a Charisio p.* 40 *P.* 29 *L. laudatus cf. Lindemannum inedit. Lat. part.* I *p.* 4 *Vahlenium l. l. p.* XCI 18 Is ubi *Th. Hugius ap. Vahlenium* videt] uidelicet *H* 19 Selegit] *D* seligit *D ex corr. rell.* aut fert *R* is operam addit sedulo | Quae tanto cum studio seruit *Hugius et Vahlenius* Vbi — seruit] Vel bis operam addi uelit, quom tanto studio seruerit *Lindemannus l. l.* 20 serŭit *H* 21 uerba supradictae terminationis *K* ss *L* i] e *RB* 22 ussi CAPΩ *B* verro] *r* Varro *R* (*B?*) *Serv. ad Verg. Aen.* I 59 23 versi] uer *R* charissium *RLK* carisium *DH* *Charis. p.* 218 *P.* 147 *Lind.* 24 Licinnius *RBHGLK* Lucinius *D* *C. Licinii Macri pro Tuscis or. fr. v. Meyerum l. l. p.* 387 quis *scripsi* quos *libri* quibus *Meyerus* restituero *Rr* 25 hisque *DL* relliquias *G* puplius *GK* Publius in Murmidone] *P. Publili Lochi Syri Murmurconis fr. p.* 258 *Ribb.* in Murmidone *om. G* Murmidone] *scripsi, ut aliquid saltem proferrem, coll. Strattidis* (*et Philemonis*) *Myrmidonibus, quos*

p. 900. 901 P. p. 502. 503 K.

Cellas servorum converri.

'curro etiam repetita | priori syllaba 'cucurri' facit praeteritum, quod in VIII 43
compositione inveni||tur apud quosdam auctorum geminationem primae syllabae servans, apud alios autem minime, ut Virgilius in IIII Aeneidos:

Decurrere iugis, alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos.

Livius in XXII ab urbe condita: qua cuique proximum fuit, decucurrerunt. idem in XXV: et si ferocius procucurrissent. Cato contra G. Pisonem: video hac tempestate concurrisse omnes adversarios. Terentius in hecyra:

Vna illarum interea propere praecucurrit.

Caesar ad Virgilium: excucurristi a Neapoli. Plautus in Sticho:

Praecucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.

Supina eorum, quae in 'vi' syllabam terminant praeteritum, mutatione 'vi' in 'tum' proferuntur secundum supra dictam regulam: 'trivi tritum', 'quaesivi quaesitum'. 'sevi' vero secundum analogiam 'setum' de-

huc referri posse docent Laberii cacomnemon, colax, ephebus, hetaera, necyomantia, scylax cf. etiam gloss. Vat. VI 534 *class. auct. ed. Mai:* myrmidones dolosi, *quam Ribbeckius in ann. ad h. l. attulit.* murmurithone *R* muromonthones *B* mauromonthones *b* muro. muinthone *D* Muromunthone *H* moro munthone *L Darmst.*[b] muromuntone *K* murmunthone *Zwicc.* 1 *Krehlii Darmst.*[a] Mimo Mutone *teste Fleckeiseno suo exemplo Putschiano ascripsit Niebuhrius.* Moro mentone, Murrhinone, *Μορμοῦθωνι temptavit Ritschelius parerg.* 1 *p.* 197 *cf. Bothium l. l. p.* 222 *sq.* 275, Murmurcone *coll. thes. nov. Lat. ap. Maium l. l.* VIII 362 (*ubi* Mumurcones *edidit Maius*, murmurones *coni. Hildebrandus gloss. Lat. bibl. Paris. p.* 214) *Ribbeckius, qui olim cogitaverat de* Muto Mutuno *vel* Muro Mutuni *vel* Murco mutone muro: Mutone cellas *α*

2 reppetita *GL* priore *BDHGL* cucurit *H* 4 servans] *b* seruant *B* *Verg. Aen.* IIII 153 *sq.* 6 Decucurrere *Rr* Decurre *K Ver.* patentes *Dd* patentis *Rom.* (*Ver.?*) 8 leuius *G* *Liv. ab u. c. lib.* XXII 4, 6 in *om. H* in — condita *om. G* ab urbe condita *add. d* qua cuique] quacunque *K* quaque *Put. et Colb. Liv.* 9 decucurrunt *Rr* decurcurrerunt *K* decurrerunt *B* *Liv. ab u. c. lib.* XXV 11, 3, *ad quem locum haec recte rettulit Sigonius in annot. ad Liv. l. l.* XX. *libri* fe*ocius *L* ferotius *D* procurrissent *Rr* decucurissent *L* 10 *Catonis contra C. Pisonem or. fr.: v. Meyerum l. l. p.* 143 gaium *B* pissonem *LK* "uideo "hac *Ll* hoc *Dd* concurrisse] *d* concucurrisse *DH* 11 *Ter. hecyr.* III 3, 11 in hecyra *om. G* echyra *B* echira *LK* 12 Vna earum '*codex vetus*' *Prisciani teste Bentleio ad Ter. l. l.* illarum forte interea *Bas.* procucurrit *HK* praecurrit *L* cucurrit *B* praecurrit *Bemb.* 13 *Caesaris Aug. ad Vergilium ep. fr.: v. Fabricium Imp. Caes. Aug. p.* 158 *sq. Weichertum Imp. Caes. Aug. scriptor. rell.* I *epp. fr.* 27 *p.* 159 excuristi *H* anea_poli *K* ad neapolim *B* neapuli *Rr* nepoli *G* *Plaut. Stich.* II 2, 67 (*v.* 395) in Sticho *om. G* 14 sthico *R* stico *D* 15 procucurri *K* nunciarem *Dd* exoptabilem *etiam Plauti Ambrosianus* exobtabilem *D* exoptabile* (m) *H* obtabilem *vel* optabilem *libri Plautini ceteri* 16 syllaba *R* 18 q̃ssiui q̃ssitum *G* Saeui *BH*

p. 901. 902 P. p. 503. 504 K.

buit facere, sed differentiae causa veteres ‘Setum’ pro ‘Zethum’ dicentes hoc ‘satum’ proferre tradiderunt. et sciendum, quod in nullo alio supino sive participio seu nomine participiali a paenultima corripitur, nisi in supra
44 dicto et aliis tribus, id est ‘sătus, rătus, dătus, stătus’. ‘reor’ quoque ‘ratus’ facit participium, ut puto differentiae causa, quia ‘ritus’ aliud significat et ‘retus’ pro ‘retitus’ dicebant, quomodo ‘saucius’ pro ‘sauciatus’ et ‘lassus’ pro ‘lassatus’ et ‘lacerus’ pro ‘laceratus’ et ‘potus’ pro ‘potatus’; difficile enim invenis e verbi in a converti per participium sive supinum nisi in supra dictis. in compositione vero a supra dictorum supinorum sivè participiorum in i convertitur correptam: ‘satus, insĭtus, obsĭtus’. Virgilius in II georgicon:

mutatamque insĭta mala
Ferre pirum.

Cicero in frumentaria: ut cum obsĭtum Leontinum agrum vidis|ses. ‘deserui’ vero ‘desertum’ et ‘inserui insertum’ et ‘exerui exertum’ faciunt supina; quae vero duplicant s ante i, mutant ‘si’ in ‘tum’ in supino: ‘gessi gestum’, ‘ussi ustum’. duplicantia vero r ante o in praesenti ‘ro’ in ‘sum’ convertentia faciunt supinum, ut ‘curro cursum’, ‘verro versum’.

45 In ‘so’ desinentia o in i convertentia assumunt ‘vi’ et faciunt praeteritum perfectum: ‘lacesso lacessivi’, ‘arcesso arcessivi’ - Sallustius in|| I historiarum: Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, arcessivit. idem in II historiarum: argentum mutuum arcessivit. Cicero pro Roscio: arcessivit aliquem. quem aut quando? (‘lacesso lacessivi’: sic Probus, et videtur mihi melius dicere, participium enim passivum

1 differtiae *Ll* ueteres *om. K* Setum pro Zethum] *DHGL et*, setum pro *in mg. add.*, *K* setum pro zetum *RB* 2 alio *infra lin. add. K* 3 sive] *r* se *R* aut *K* 4 status datus *D* status *add. k* quoque *add. k* 5 et puto *h* 6 rectus pro re*titus (c) *H* retitis *Rr* sacuius *L* 7 lasus pro lasatus *GK* lasatus *L* 8 inuenies *K* per *add. d* 9 a *add. r* 11 *Verg. georg.* II 33 *sq.* 14 *Cic. in Verr. act.* II III 18, 47: campus Leontinus, cuius antea species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, *etc.* frumentaria ut Cum *L* leuntinum *K* 15 uero *om. G* exerui] *r* exserui *D* exserui *B* exuri *R* 17 duplicantia] .Duplicia *R* 19 uero *Rr* 20 adsumunt *B* 21 arcesso arcessiui *G* arcesso arcessiui accerso accersiui *B* *Sall. hist.* I 71 *p.* 99 *Kr.* 22 historiarum] *r* istor** *R* domidum *Rr* domutium *H* domicium *GL* domicilium, *in mg.* uel domitium *K* 23 quos *K* arcessiuit *G* *post* arcessiuit: idem — arcessiuit *om. RG add. r* *Sall. hist.* II 94 *p.* 190 *Kr.* 24 mutum *LK* *Cic. pro Rosc. Amer. or.* 28, 76 25 aliquem aut quando *L* *Darmst.*[b] *cum Cic. Par.* 1 aliquem at quando *vel* aliquem aliquando (*sic Guelferb.*) *codd. Cic. ut vid. rell. omnes* 26 Probus] *Berytius scil. v. O. Iahnium ad Pers. prolegg. p.* CXXXIX *coll. ann. ad lib.* V § 45. *ad iuniorem Probum h. l. refert Osannus Beitr.* II 211 mihi *om. K*

p. 902 P. p. 504. 505 K.

'lacessitus'; Caper tamen 'lacessi' dicit esse, ut 'facessi', et profert exemplum Lucilii, quo usus est in XIIII:

Num vetus ille Cato †lacessisse appellari quod
Conscius non erat ipse sibi?

sed potest 'lacessisse' per syncopam esse prolatum 'vi' syllabae, ut 'cupisse', 'petisse' dicimus pro 'cupivisse' et 'petivisse'.) Sallustius in III historiarum: diversa, uti solet rebus perditis, capessivit. idem in IIII: igitur legiones pridie in monte positas arcessivit. 'facesso' vero et 'capesso' et 'viso', quae possumus desiderativa di- 46
cere - significat enim 'facesso' 'desidero facere' et 'capesso' 'desidero capere' et 'viso' 'desidero videre'; frequentativa enim esse non possunt, cum primae coniugationis non sunt -, haec eadem secundum Diomeden et Charisium o in i converten|tia faciunt praeteritum perfectum: 'facesso facessi', 'capesso capessi', 'viso visi'; similiter 'quaeso quaesi'; Probus tamen 'quaesivi' dicit, et melius, quamvis primitivum quoque eius, id est 'quaero', 'quaesivi' facit praeteritum. sed Sallustius in I historiarum: Curionem quaesit, uti adulescentior et a populi suffragiis integer aetati concederet Mamerci. Cicero in divinatione: ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris; invenitur tamen in quibusdam codicibus 'facessieris'. 'pinso pinsui' facit praeteritum, quod Probus usu Pomponii comprobat:

neque malis molui neque palatis pinsui.

1 Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 lacesi *Rr* 2 *Luc. sat.* XIIII 7 *Dous. Gerl.* 3 Nam *G* Num uetus ille Catoni' lacessisse Apulus iram | Consciu' non erat ipse sibi ? *Lachmannus ad Lucret.* III 1034; *rell. coniecturas a vv. dd. hunc ad l. temptatas, Sardos venales, enumerat H. A. Kochius exercit. crit. in priscos poetas Rom. p.* 16 *sq., quem ipsum olim a se excogitata prae Lachmannianis spernere compertum habeo. ego, de certa emendatione desperans, id tantum addo, eam, ut mihi quidem videtur, proficisci debere a Catonis oratione, si se Caelius tribunus plebis appellasset, ut fere miretur Lucilius, Caelium eam ob rem a Catone accusatum fuisse, quod is ipse se accusari ab illo ignoraret* Cato *om. K* lacessisse] *b* lacississe *B* 6 et *om. BG* *Sall. hist.* III 78 *p.* 270 *Kr. cf. Non. p.* 116, 20 iu III. historiarum *om. G* 7 ut *b* capessivit] *sic etiam Nonius* lacessiuit *GLK* 8 *Sall. hist.* IIII 43 *p.* 341 *Kr.* accersiuit *B* 9 uero *spscr. K* uisso *G* uis*o (s) *D* 10 facesso desidero *G* capesso *ex* lacesso *ni f, corr. L* desidero capere et uiso *add. d* 12 diomiden *GL* diomedem *BDH* diomidem *K* *Diomedes p.* 367 *P., ubi tantum* capesso *et* uiso *laudantur, non* facesso 13 charissium *L* chasium *K* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.* conuertenti[a] *Bb* 14 *Prob. inst. gramm. p.* 1487 *P.* 142 *L.; ni hic quoque Berytius intellegendus est* 15 melius sunt quamuis *r* 16 sed *om. D eras. in K* *Sall. hist.* I *fr.* 55 *p.* 86 *Kr.* II. *L* 17 quaesit] *G* quaesiuit *RBHLK* quesiuit *D* adulescentior *DHGL* adolescentior *K* 18 inte*ger (r) *H* integer aetati] integritati *GL* intigrati *K* concideret *B* *Cic. in Q. Caecilium divin.* 14, 45 19 ipso *RGLK* *post* facesseris: inuenitur — facessieris *in mg. add. K* 20 Inueni**-tur (un) *L* facessieris] *sic ex nostris codd. Cic. Lag.* 29 facesseris. *H* facesseris. KPWOYPANICKOC. Pinso *B* pinso *GL* 21 *Probus: cf. p.* 534,26 pomponei *K* *Pomponii atell. inc.* (pistoris? *Munkius l. l.*) *fr.* 5 *p.* 123 *Both. p.* 161 *Munk. inc.* VI *p.* 214. XIII *Ribb. cf. Diom. p.* 370 *P. thes. nov. Lat. in Maii auct. class.* VIII 416 22 malis] *Ribbeckius* molis *RBDH et ex* moles *corr. K* moles *GL* moilui *K* palatis] palatis *ex* pal** **** *effecit R vel r* pallathis *K* pilis *μ* pilatim

p. 902. 903 P. p. 505. 506 K.

Supina eorum in ‘situm’ exeunt: ‘arcessitum’, ‘lacessitum’, ‘capessitum’, secundum in ‘vi’ desinentium regulam, de qua saepe in superioribus diximus. a ‘pinso’ autem ‘pistum’ debet esse, unde ‘pistor’ nomen verbale, ut ‘pastum pastor’, ‘ustum ustor’, ‘gestum gestor’.

47 In ‘to’ c antecedente invenio ‘pecto’, cuius praeteritum plerique ‘pexui’, Asper tamen ‘pectui’, Charisius ‘pexi’ protule||runt. Maecenas in Octaviam: pexisti capillum naturae muneribus gratum. similiter ‘necto nexui’ et ‘nexi’. Virgilius in V:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Sallustius in historiarum I: nexuit catenae modo. Lucilius in V:

hic solus vigilavit, opinor,
Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

Propertius:

At tibi, qui nostro nexisti retia lecto.

‘flecto’ vero ‘flexi’ facit et ‘plecto plexi’ antique. Laevius in V erotopaegnion:

Te, Andromacha, per | ludum manu
Lascivola ac tenellula,

Bothius pistillis *Munkius* 1 accersitum *B* 2 in iui *LK* in iui terminantium *G* diximus in superioribus *K* 3 diximus *om. L* autem *om. K* 6 pectui] pectii *R* pecui *H* pectiui *h* pexui *Asper teste Prisciano de* XII *vers. Aen.* § 131 *p.* 1254 *P.* 88 *L. cf. Struvium l. l. p.* 275 *sqq.* charius *Hh* carisius *R* *Charis. p.* 218 *P.* 146ᵇ *L.* pecto pectis pexi *et sic etiam apud Prisc. de* XII *vss. Aen. l. l.; at p.* 217 *P.* 146ᵃ *L.* pecto tis pexui, *quod insiticium videtur Struvio l. l. p.* 276. uinxi pec.....e..cedo *cod. Char. p.* 233 *P.* 155ᵃ *L.* Maecenas] *d* Mecenas *RBHGL* macenas *D* mącenas *K* 7 in *supscr. K* octauiã *lineola sup.* a *fere evanida B* octauia *1* Octauia *π*, *Meibomius Maecenas p.* 148, *Bothius fr. tr. p.* 260, *Neukirchius l. l. p.* 90, *Lion Maecenatiana p.* 46 *ed. alt.; praetexta scil. fabula vv. dd. visa est Octavia. at praeter Scriverium et Delrium v. Langium vind. trag. Rom. p.* 11, *cui hoc fragmentum magis galliambos quam tragoediam spirare videtur. et galliambis quidem Maecenatem usum esse testatur Atil. Fortun. p.* 2677 *P.* 319 *sq. Gaisf., ex his vero verbis galliambum efficere equidem nequeo, possis Bacchios cum Neukirchio; at mihi cum God. Hermanno opusc.* V 265 *orationis pedestris esse videntur; inter varias opiniones fluctuatur Frandsenius Maecenas p.* 124 *sq.* 162. Octavio *Falsterus mem. obsc. p.* 84 octavo *Krehlius* II 574 8 *Verg. Aen.* V 425 9 pasmas *D* 10 *Sall. hist.* I *fr.* 23 *p.* 23 *Kr.* in historiarum I *om. G* istoriarum *R* I. *r om. R rell.* cataene *R* cataenę *r* nodo *B* *Lucil. sat.* V *v. lib.* VIIII § 33 13 *post* Et *in mg.* quid *add. K* it *Rr* mi *Dousa* mihi *libri* tunc *G* 14 profertius *GL* *Propert. el.* IIII (III) 8, 37. *Maecenati hunc versum tribuit Diomedes* I *p.* 366 *P. cf. Hertzbergium in ed. Propertii* III 290 *coll.* I 229. 15 ad *D* existi *Rr* 16 et iam plecto *K* Leuius. *BDGLK* Leuius *Hh* Liuius *R* *Laevii erotopaegn. lib.* V *fr. v. Weichertum poet. Lat. rell. Laev. fr.* IV *p.* 44 *sqq.* VI. *K edd. Weichertus* erotapaegnion *K* erota paegnion *L* eruta paegnion *G* erectopegnion *B* erotopaegnionte andromacha *RH* erotopegnion. de andromacha *D* 18 per ludum] *RB et sic Scaliger lectt. Auson.* II 27 *et v. d. vel Puteanus vel Fruterius a Spengelio Caecil. Stat. p.* 49 *l. ad marg. ed. Stephan.* perdudum *DHGLK* 19 lascivola] *k* la**ciuola *K*

p. 903. 904 P. p. 506. 507 K.

Capiti meo trepidans, libens
Insolito plexi munere.

nunc enim ‘plector’ et ‘amplector’ dicimus. sed ‘plector’ passivum esse Terentius ostendit in Phormione:

Ego plectar pendens.

e brevi antecedente in ‘to’ desinentia duo inveni: ‘pĕto petivi’ et ‘mĕto messui’. Cato in II originum: in campo Tiburti ubi hordeum demessuit, idem in montibus serit, ubi hordeum idem iterum metit. Cassius Emina in III annalium: in campo Tiburte ubi hordeum demessuerunt. r antecedente similiter duo inveni, 48
‘verto verti’, ‘sterto stertui’ - Persius:

Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Maeonides, Quintus pavone ex Pythagoreo _,

geminata vero t ante o unum, ‘mitto misi’, et in ‘sto’ unum, ‘sisto’, cuius praeteritum quando activam habet significationem, tam in simplici quam in composito deficit; quando vero absolutam et similem ‘sto’ verbo, commune cum eo habet praeteritum, ut ‘resisto’ vel ‘resto restiti’, ‘consisto’ et ‘consto constiti’, ‘persisto’ et ‘persto perstiti’.

Supina eorum, quae in ‘xui’ vel ‘xi’ praeteritum terminant, per ‘xum’ exeunt, ut ‘nexui nexum’, ‘pexui’ vel ‘pexi pexum’, ‘flexi flexum’. similiter faciunt supinum, quae in ‘ctor’ desinunt deponentia: ‘amplector amplexum’; ‘petivi’ vero secundum analogiam in ‘vi’ terminantium praeteritum ‘petītum’ facit paenultima producta; similiter ‘messui messum’, sicut ‘censui censum’. ‘misi’ duplicavit | s in supino: ‘missum’. a ‘stertui’ enim supinum non inveni nec a ‘sisto’.

Deponentia in ‘tor’ desinentia nulla antecedente consonante ‘tor’ in ‘sum’ convertunt: ‘utor usum’, ‘nitor nisum’; || invenitur tamen etiam ‘nixum’.

1 capi timeo tripidans *K* liuens *G* 2 insolita plexit munera *Grotius v. Vossium de arte gramm.* V 31 *p.* 857 *Eckst.* 3 dm̃s *i. e.* dicimus *k* dm̃⋆ *K* esse] *r* est *R* 4 *Ter. Phorm.* I 4, 42 in Phormione ostendit *K* formione *G* 5 plector *K* 7 mesui *L* *Caton. origg. lib.* II *fr. p.* 107 *Kr. fr.* 61 *p.* 277 *Roth. fr.* XLI *p.* 38 *Wr. cf. de* XII *vss. Aen.* § 132 secun̄ *in lit. b* tyburti *D* Tiburte *Krehlii censor Ienensis p.* 422 tiburtino *cod. Lind. S de* XII *vss. Aen. l. l.* ordeum *BGLK* 8 demesuit *L* ; Idem *RDGLK* erit *D* serit ibi *BHGLKr* ordeum *HGLK* . idem *BDG* 9 casius *G* *Cassii Eminae ann. lib.* III *fr. p.* 161 *Kr. fr.* 26 *p.* 293 *Roth. cf. de* XII *vss. Aen. l. l.* tyburte *Dd* tiburtae *H* tiburti *r* 10 ordeum *GLK* demesuerunt *LK* 11 *Pers. sat.* 6, 10 *sq.* 12 Enni] enim *RDGK* 13 meonides *RBDHGLK* menides *r* . Quintus *D* quintus *RBHGLK* pavone] *k* pau⋆ne *K* pauonem *Pers. Vat. et Montepess. alter* pithagoreo *GL* pytagoreo *D* pitagoreo *B* pithagoraeo *K* 14 ‘t ‘uero *Hh* missi *DL* 16 defecit *L* absolutam] *r* absolutum *R* 17 communem *B* consisto *in mg. add. K* 18 uel consto *L* et persisto *K* uel persto *L* 19 uel in xi *DG* termina *K* 22 petiuero *Dd* 23 petitum] perfectum *H* petitum *in mg. add. h* facit *add. k* mesui *Dd* mesui *L* mesum *L* 24 Missi *L* . s] *add. r* ss *HK* 26 desinentia] exeuntia *B* 27 tamen *om. G*

p. 904 P. p. 507. 508 K.

In 'xo' duo inveniuntur o in 'ui' convertentia in praeterito: 'texo texui' et 'nexo nexis' vel 'nexas nexui'. Ovidius in VII metamorphoseon:

Luna quater plenum tenuata retexuit orbem.

Cicero in II de oratore: sic omnia, quae fiunt quaeque aguntur, lenioribus principiis natura ipsa retexuit. Virgilius in V:

Nexantem nodis seque in sua membra plicantem.

idem in eodem:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Livius:

Nexabant multa inter se flexu nodorum
Dubio.

Accius in Deiphobo:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.

supina alterum per 'tum', alterum per 'xum' finiunt: 'textum', 'nexum'. unde Virgilius in VIII:

et clipei non enarrabile textum.

idem in V:

Qui primus nodos et vincula linea rupit,
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.

DE PRAETERITO PERFECTO QVARTAE CONIVGATIONIS.

VIIII 49 Quartae coniugationis verba omnia activa vel neutralia in 'io' desinunt, exceptis 'eo' et 'queo' et 'veneo' et ex eis compositis.

In 'cio' igitur desinentia duarum excedentia numerum syllabarum simplicia n antecedente 'cio' in 'xi' conversa faciunt praeteritum perfectum, ut 'vincio vinxi', 'sancio sanxi' - vetustissimi tamen etiam 'sancivi' vel 'sancii' proferebant. Pomponius Secundus ad Thra|seam: sancierat ius utile civitati -; sin autem n non habuerint, 'cio' in 'si' mu-

1 inueniuntur uerba o *G* 2 nexeas *K* *Ovid. metamorph.* VII 531 IIII. *K* 4 quatter *L* 5 *Cic. de or.* II 78, 317 omnium *v. l. codd. Cic.* finiunt *H* fiant *GL* 6 leuioribus *v. l. codd. Cic.* te rexuit *Rr* praetexuit *Cicero* *Verg. Aen.* V 279 *cf. lib.* VIIII § 33 8 menbra *D* plicantem] *r* placentem *R* 9 *Verg. Aen.* V 425 *cf.* § 47 10 palmis *G* v innexit *Hh* 11 *Liv. Andr. Odiss. fr. v. lib.* VIIII § 33 12 Nexabat *G* Nexebant *lib.* VIIII *l. l.* nudorum *D* 14 c actius *Rr* Achius *DK* *Att. Deiphob. fr. cf. lib.* VIIII § 33 in Deiphobo *om. G* deiphebo *k* 17 textum] texum *G* 18 *Verg. Aen.* VIII 625 19 clepei *K* enarra‿bile *K* inenarrabile *L* 20 *Verg. Aen.* V 510 *sq.* Non valuit; nodos *etc.* 21 primos *D* 22 inexa *B* 24 Quartae coniugationis *om. GL post* neutralia *collocat K* 25 ueneo ex eis *D* 26 syllauarum *B* 28 s*ancio (c) *H* ⁊s*anciui uel sancii ⁊etiam *H* 29 po Pomnius *Rr* thra*seā (n) *B* traseam *D* sanciierat *K* 30 utile] utile* *H* uti legi *RBGLK* habuerunt *D*

p. 904. 905 P. p. 508. 509 K.

tata faciunt praeteritum, ut 'sarcio sarsi', 'farcio farsi', 'haucio rausi', 'fulcio fulsi', quod et Probo placet, quamvis alii differentiae causa 'fulxi' posuerunt. Cicero in I de oratore: at Aesopum, si paulum inrauserit, explodi. in eodem: peranguste refersit in oratione sua. idem pro Cornelio libro II: qui eis rebus urbem Italiamque referserunt. idem in II Tusculanarum: ex quibus verbis etiam omnia referserunt.

Alia vero omnia supra dictae coniugationis verba secundae personae praesentis abiecta finali s et addita 'vi' faciunt praeteritum perfectum, quod tamen etiam subtracta u consonante et corre||pta paenultima i licet proferre, ut 'scio scis scivi' vel 'scĭi' et ab eo composita: 'ascio ascivi' vel 'ascĭi'. similiter 'cio cis', quod et 'cieo cies' dicitur, 'civi' vel 'cĭi', et ab eo composita, 'concio concis concivi' vel 'concĭi', 'audio audivi' vel 'audĭi', 'mollio mollivi' vel 'mollĭi', 'munio munivi' vel 'munĭi', 'saevio saevivi' vel 'saevĭi', 'eo ivi' vel 'ĭi', 'queo quivi' vel 'quĭi', 'veneo venivi' vel 'venĭi' - Solinus in collectaneis: Tatius in arce, ubi nunc aedis est Iunonis Monetae, qui anno quinto quam ingressus urbem fuerat a Laurentibus interemptus est, septima et vicensima Olympiade hominem exivit. Sallustius in Catilinario: sed neque pretio neque gratia inpelli quivit. idem | in I historiarum: neque se recipere aut instruere proelio quivere, 'suffio suffivi' vel 'suffĭi', quod quamvis a neutropassivo componatur, tamen, quia significationem mutavit, mutavit etiam declinationem. unde Virgilius in IIII georgicon:

1 ut *om. L* sartio *Rr* rautio *Rr* 2 Probo] *Berytio haec tribuenda videntur. cf. ann. ad lib.* V § 45. *aliter Osannus Beitr.* II 211 *sq.* fulxi] *h* fluxi *RDH* posuerunt *D* 3 *Cic. de or.* I 61, 259 II. *k* ad *GLK* palūm irrauerserit *G* irraserit *H* irrauserit *Cic. Pal.* 8 irrauxerit *cod. Victorii* irraucuerit, irracuerit, iracuerit *etc. libri Cic. rell.* irauserit est in oratione sua. Idem pro cornilio lib. II. explodi in eodem peranguste refersit in oratione sua. idem pro cornilio lib. II. qui eis *K* 4 in eodem — referserunt *add. r* *Cic. de or.* I 35, 163 refer*sit *H* 5 *Cic. pro Corn. or. lib.* II *fr.* 8 *p.* 453 *Or. cf. Cic. or.* 70, 232 qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt *Cic. l. l.* 6 *Cic. Tuscul. disput.* II 2, 6: ex quo libris omnia referserunt 9 s *add. r* quod] quem *G* . Quae *BDH* q̃ *LK* 10 liquet *GK et in* licet *corr. L* 11 *post* et ab eo composita *sqq. usque ad eadem verba om. R add. r* adscio adsciui uel adscii *B* 13 concio concis *om. H* 14 molio *R* saevio — venii] *add. r* saeui *R* 16 *Solinus in collectaneis: v. lib.* I § 28 in collectaneis uel polyhistore *lib.* I *l. l.* statius *BDHGLK* caedis *B* aedes *d cum libris lib.* I *l. l.* 17 quam *spscr. K* ingsus *K* 18 interemtus *Rr* uicesima *RBDHLK* 19 olimpiade *BDGL* holimpiade *L* *Sall. Catil.* 49, 1: neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuerunt (*aliquot Sall. libri om. verba* neque precibus, *alii* neque gratia, *alii denique* neque pretio, *in aliis horum verborum ordo varie est permutatus*) catilenario *GK* catillinario *BH* 20 prętio *B* p̄cio *D* impelli *RGLK* *Sall. hist.* I 97 *p.* 116 *Kr.* hidem *R* 21 proelia *Rr* praelio *GL* 22 sufficio *D* sufficio *R* sufii *G* 23 unde] *r* Vt *R* *Verg. georg.* IIII 241 *cf. lib.* IIII § 17

p. 905. 906 P. p. 509. 10 K.

At suffire thymo cerasque recidere inanes

'suffire' dixit secundum rectam rationis declinationem, cum simplex eius 'fieri' est. excipiuntur 'haurio hausi' - invenitur tamen etiam 'haurivi' vel 'haurii'. Varro in XXIIII ad Ciceronem: cum indidem haurierint –, 'saepio saepsi', 'sentio sensi', 'venio veni', 'aperio aperui' – quod videtur a 'pario' compositum, quod vetustissimi non solum secundum tertiam, sed etiam secundum quartam coniugationem declinabant, unde Ennius:

Ova parire solet genus pinnis condecoratum.

51 igitur ex eo composita, si principalem syllabam puram nec ex integra praepositione habuerint, 'io' in 'ui' convertunt in praeterito, ut 'aperio aperui', 'cooperio cooperui'; 'reperio' vero duplicavit p in praeterito, quippe deminuto una syllaba, 'reperio repperi'. simile est praeteritum a 'comperio' 'comperi'. sunt alia ex hoc ipso composita deponentia: 'experior', 'opperior', quorum participia 'expertus' et 'oppertus' ostendunt a 'pario' esse composita, cuius participium 'partus' est –, 'salio salivi' vel 'salii' et 'salui'. Virgilius in bucolico:

Dulcis aquae saliente sitim restingere rivo;

idem praeteritum in II georgicon:

Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

in quibusdam tamen invenitur codicibus etiam 'saluere' scriptum. idem in XI:

portisque ab equo regina sub ipsis
Desiluit.

idem in V:

Haut mora, prosiluere omnes, ferit aurea clamor
Sidera.

1 At] ă (*i. e.* aut) *G* sufficere *K* thimo *RBDHGLK* timo *r* coerasque *GK* caerasque *L* recedere *K* inanes *H* 3 uel haurii *spscr. K* haurii *R* aurii *D* 4 *Varron. de ling. Lat. ad Ciceronem lib.* XXIIII *fr.: Varr. opp.* I 188 *ed. Bip. de ling. Lat. p.* 596 *Spgl.* 267 *Muell.* XXIII. *GL* haurierunt *Rr* haurierunt (*sic*) *L* 5 sepio *RBDGLK* saepi *H* sepsi *BDGLK* apperio *Rr* 7 coniugutionem *H* declinanabant *R* *Ennii ann. fr. v. lib.* VIII § 33 8 pennis *GLK* 9 nec habuerint ex integra praepositione *G* ex intigra praepositione, *in mg.* sine oppssione consonantium *K* 10 habuerint *ex* habuerunt *corr. D* convertunt] *b* conuert*nt *B* 11 duplicauit uero *H* 12 deminuta *BLH* demiuta *G* diminuta *R* dempta *K* repperio *L* simile] *r* similiter *R* 13 compiri *L* 14 opperior] *d* operior *DGLK* experiu *Rr* opertus *BGLK* 15 pario] *k* p*rio *K* 16 et] uel *K* *Verg. ecl.* 5, 47 *cf. lib.* VII § 52 17 aquae] *r* aeque *R* restinguere *G* restringere *HL cum nonnullis codd. Verg. dett.* 18 Idē *r* Idest *R* *Verg. georg.* II 384 19 unctos *ex* unctor *corr. H* iunctos *Rr* saliere] *sic etiam Verg. Med. e corr.* saluere *Med. m. pr. Rom.* 20 etiam] *r* autem *R* sal*uere *H* *Verg. Aen.* XI 499 *sq.* 22 partisque *K* ab hequo *K* habetrio *G* 23 desiluit *L* desiliuit *D* disiluit *G* 24 *Verg. Aen.* V *versus* 140 *sq.* Haud mora, prosiluere suis, ferit aethera clamor | Nauticus *contaminati cum Aen.* XI 832 *sq.* ferit aurea clamor | Sidera 25 haud *BHGLrd*

p. 906 P. p. 510 K.

Lucanus in III:

Insiluit solo nociturus pondere puppim.

Statius tamen in VIIII Thebaidos:

excussi salierunt cuspide dentes.

in eodem:

Insiliere vadis magnoque fragore solutus
Agger.

Ovidius in XI metamorphoseon:

Cum saepe adsiluit defensae moenibus urbis.

idem in IIII fastorum:

Per flammam saluisse pecus, saluisse colonos.

Quadrigarius in VI annali: Artorius Taureae dextrum umerum sauciat atque ita resiluit. 'cambio', ἀμείβω, ponit Charisius et eius praeteritum 'campsi', quod ἀπὸ τοῦ 'κάμπτω ἔκαμψα' Graeco esse videtur, unde et 'campso campsas' solebant vetustissimi dicere. Ennius in X: 52

Leucatam campsant.

'aio', cuius declinatio in usu frequenti non est, quartae coniugationis esse ostenditur ab imperativo in i terminante. sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naevium protulisse:

An nata est sponsa praegnas? vel ai vel nega.

Accius in Ione:

1 *Luc. Phars.* III 626 UI. *K* 2 puppim (pupim *DK*) *etiam lib.* XVIII § 236 puppi *Luc. Remens.* puppem *alii* 3 *Stat. Theb.* VIIII 132 in VIII *B* in VIIII Thebaidos *om. G* thebeidos *H* tebaidos *K* 4 Excusi *Rr* expulsi *Statius* 5 *Stat. Theb.* VIIII 230 *sq.* 6 insiluere *edd. Statii et sic certe Cass.* magnoque fragore *etiam* 'antiquissimi optimique libri' *Stat. teste Barthio* magno stridore *al.* 7 ager *G* ager *K* 8 *Ovid. metamorph.* XI 526 in XI metamorphoseon *om. G* 9 assiluit *GLr* adsiliit *h* insiluit *K* assiliit, adsaluit *vv. ll. ap. Ovidium* 10 *Ovid. fast.* IIII 805 fastorum *om. G* 11 flammam *cod. Ovid. Guelferb.* flammas *libri Ovidiani fere omnes* saluisse] *sic etiam utrubique* 'meliores' *Ovidii codd. cum Petaviano* 1, siluisque *Ilfeld.* saliisse *libri Ovidiani plerique* colonos *B Ovidius* colones *DHL* calones *RGKdl* 12 *Q. Claudii Quadrigarii ann. lib.* VI *fr. p.* 257 *Kr. fr.* 39 *p.* 345 *Roth.* taurea *R* taureę *D* taurae *GLK* humerum *BDHL* 13 saucia *GK* sacucia *L* resiliuit *ex corr. h* ἀμείβω] *add. d* AMEYBω *R* AMEIω *G* carisius *RGK* carissius *L* *Charisius p.* 219 *P.* 147 *L.* cambio, cambis, campsi (*sic cod. Neap.*), h. e. muto, *p.* 233 *P.* 155 *L.* cambio campsi 14 ἀπὸ — ἔκαμψα] *om. D add. d* AΠω *R* TωY *R* TOI *G* KAMΠTω (Π *ex* I *ut vid. corr.*) *Rr* KAMITTO *D* KAMITEω (*sic*) *H* KAMITTω *GL* KMIITω *K* EKAMΦ agręco *B* a graeco *HGL* 15 camso *RH* camsas *H* *Enn. ann.* X 36 *E. S.* II *p.* 50. LXVIII *Vahl.* 17 Leucatam *Vahlenius* Leucatan *RrHhD* leocaten *GLK* leucatem *B* camsant *DH* 18 "non est "frequenti *G* 19 Probus] *Berytius ut videtur cf. ann. ad lib.* V § 45. *ad iuniorem coll. inst. gramm. p.* 1482 *P.* 138 *L. referre studet Osannus Beitr.* II 212 *sq.* 20 Naevium] *v.* § 1 neuium *RBDGL* 21 an *corr. ex* ai *ni f. K* praeguans *D* pragnans *Rr* prignans *GLK* nega] *d* gena *D* 22 *Attii Ion. fr.* 1 *p.* 211 *Both.* III *p.* 158 *Ribb.* Ione] *R (H?)* ioe *BDLr et ex corr. h* Ioe *K* oe *G*

p. 906. 907 P. p. 510. 11 K.

quibusnam

Te aibant ortum locis,

pro 'aiebant', quod in hac coniugatione fieri solet. et est notandum in hoc verbo, quod pares habent syllabas tres personae, 'āio āis āit', quod in alio huius coniugationis verbo non invenis, et quod paenultima primae solius personae producitur, quae sola i habet loco consonantis; unde tertia quoque pluralis, quae solet a prima fieri, similiter i consonantem habens producit paenultimam; quod autem in aliis cor|ripitur, ostendit usus. Virgilius in I Aeneidos:

Sic ăit et dicto citius tumida aequora placat.

[et Naevius:

An nata est sponsa praegnans? vel ăi vel nega;

nam nisi corripiatur a, iambus stare non potest.] invenimus tamen tertiam personam praeteriti 'ait', quasi a prima 'ai aisti ait', quae in usu non sunt, unde neque perfecti neque plusquamperfecti nec futuri subiunctivi in hoc verbo declinatio invenitur. potest igitur etiam 'ait' praesens pro praeterito accipi.

53 Supina in 'xi' quidem terminantium secundum supra dictam regulam in ||'ctum' exeunt: 'vinxi vinctum' et 'sanxi sanctum', 'sancivi' vero 'sancitum', unde Lucretius:

Quod porro nequeas, sancitum quandoquidem extat.

In 'si' vero praeteritum finientia l vel r antecedentibus mutant eam in 'tum' in hac coniugatione et faciunt supinum, ut 'farsi fartum', 'fulsi fultum', 'sarsi sartum', unde et 'sartores' et 'fartores', et ex his composita 'confercio confertum', 'refercio refertum' - Cicero in II Tusculanarum:

Tum iecore opimo farta et satiata -;

alia vero in 'si' desinentia supra dictam regulam servant, id est generalem in 'si' desinentium: 'sensi sensum', 'rausi rausum', unde Lucilius in XVIIII:

Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.

2 aibat *K* ortum aibant *Bothius* ortam *Ribbeckius* 3 pro agebant *D* pro aiebat *K* notandum est *K* 4 haben *Rr* habet *B* 5 inuenies *GLK* 7 pluralis aiunt quae *D* i *ex* u *ni f. corr. K* habens 'consonantem *G* 8 *Verg. Aen.* I 142 10 dicta *R* 11 Naevius] *v. supra p.* 541, 20 neuius *RD* ennius *BHGLK* 12 pregnans *RB* prignans *GLK* 13 a, iambus] .ai. ambus *Dd* tamen etiam tertiam *K* 14 sunt] est *GLK* 15 neque praeteriti perfecti *G* plusquamperfecti nec *om. G* 16 praesens *in mg. add. K* pro *add. bd* 18 unxi unctum *H* et *om. GLK del. r* sancxi *K* scancitum *D* *post* sancitum: unde — sancitum *add. r* 19 Lucrecius *H* *Lucret.* I 588 20 Quid *Lucretius* nequas *B* nequeant *Lucretius* sanctum *L* extat] *ex corr.* ex*at *B* exstat *H* 21 eam] ea* *H* 22 supinum *in mg. add. K* 23 unde sartores *GLK* is *R* eis *D* 24 confertio *Rr* confertio *D* confertum refercio *add. r* refertio *DH* *Cic. Tusc.* II 10, 24 *in conversione Promethei soluti Aeschyli* secunda *Rr* 25 Tunc *GLK* optimo *RBHGLK* satiata] *r* sartiata *R* saciata *D* satitiata *G* satia*io *L* 26 seruant regulam *GLK* 27 *Lucil. sat.* XVIIII 8 *Dous.* 9 *Gerl.* in XVIIII *om. G* 28 rausero *K* rausero *B* traicus *H* perdito resto *B* oreste] *r* orestae *RHGL*

p. 907. 908 P. p. 511. 12 K.

ʿhaurio hausi hāustumʾ differentiae causa assumpsit t, quamvis et aspiratione differat; ʿsaepsiʾ vero ʿsaeptumʾ secundum proportionem in supra dictis expositam facit. ʿveni ventumʾ et ʿaperui apertumʾ faciunt, sicut ʿpario partumʾ et omnia ex eis composita: ʿadvenio adventumʾ, ʿconvenio conventumʾ, ʿcomperio compertumʾ, ʿexperior expertumʾ. alia vero omnia, 54 quae tam in ʿviʾ quam in ʿiiʾ terminant | praeteritum perfectum, in ʿitumʾ faciunt supinum paenultima producta tam in hac quam in aliis coniugationibus, ut ʿaudiviʾ vel ʿaudii audītumʾ, ʿmuniviʾ vel ʿmunii munītumʾ, ʿsciviʾ vel ʿscii scītumʾ, ʿarcessiviʾ vel ʿarcessii arcessītumʾ, ʿcupiviʾ vel ʿcupii cupītumʾ. excipiuntur in ʿeoʾ desinentia et disyllaba aliarum coniugationum, quae paenultimam supini corripiunt, ut ʿeo iviʾ vel ʿii ĭtumʾ, ʿadeo adiviʾ vel ʿadii adĭtumʾ, ʿpraetereo praeteriviʾ vel ʿpraeterii praeterĭtumʾ, ʿqueo quiviʾ vel ʿquii quĭtumʾ, ʿsino siviʾ vel ʿsii sĭtumʾ, ʿlino liviʾ vel ʿliiʾ, quod in rarissimo usu est, ʿlĭtumʾ. ʿcieoʾ quoque ʿciviʾ vel ʿcii cĭtumʾ corripit paenultimam, quando véro a ʿcio cisʾ quartae coniugationis est, producit eam. ʿponoʾ quoque, quod antique ʿposiviʾ, in frequenti autem usu ʿposuiʾ facit praeteritum, corripit paenultimam in supino ʿpositumʾ. ʿveneoʾ quoque secundum analogiam ʿvenĭtumʾ debet facere supinum, pro quo magis ʿvenumʾ in usu est.

Et supra dicta omnia auctoritate veterum comprobantur, sicut iam superius ostendimus, rursusque referamus || in memoriam. Virgilius in VIII:

O mihi praeterĭtos referat si Iuppiter annos.

idem in VIII:

Amphitryoniades armenta abĭtumque pararet.

idem in V:

Hos adĭtus iamque hos adĭtus omnemque pererrat.

idem in X:

Morte obĭta qualis fama est volitare figuras.

1 adsumpsit *B* 2 sepsi *BDGLK* septum *RBDGLK* 3 aperui] *r* aperio *R* 4 ex his *K* 5 comperio comperio *K* et experior *D* 6 quam] tam, *in mg.* uel quam *G*

8 munui uel muni⁎i⁎ (*ex* munitum *ni f. corr.*) munitum *Rr* 9 siui *H* uel arcessii *om. D* arcessitum accersiui uel accersii accersitum cupiui *B* 11 ivi vel ii] *r* ii uel i *R* 12 adii uel adiui *r* additum *Rr* 13 quaco *H* queo *D* si⁎ui (u) *L* 14 lii litum quod *BGLK*

15 cis⁎⁎ *H* 16 antiqui *B* posi⁎i] *bh* possiui *BH* 18 Veneo secundum *Rr*

19 usu⁎ *H* 20 ueterum auctoritate *B* uerum *Rr* 21 . Rursusque referamus *B* *Verg. Aen.* VIII 560 22 VII. *K* 23 Iuppiter] *r* iupiter *RDL* 24 *Verg. Aen.* VIII 214 VIII] eodem *B* VII. *G* 25 ampithroniades *B* amphitryonides *G* amphitrioniades *K* amphy trioni ades *H* amphytr⁎ona desarmenta (i) *L* habitumque *Rr D* habitumque *B cum Rom.* bitumque *Pal.* parare *B* parabat *Med.* pararent *Rom.* 26 idem *om. D* *Verg. Aen.* V 411 Nunc hos nunc illos (nunc illos nunc hos *Rom.*) aditus omnemque pererrat (perrat *Rom.*) *et sic h. versus h. l. laudatus totidem verbis legitur Aen.* XI 766 27 aditus] *rd* additus *R* auditus *D* iam quę *R* ianque *G* iamque hos aditus *in mg. add. K* a⁎ditus (u) *D* 28 *Verg. Aen.* X 641 *cf. lib.* VIII § 31

p. 908 P. p. 512. 13 K.

Ovidius in IIII fastorum:

Sol adĭtus, quam quaeris, ait, ne vana labores,
Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.

idem in heroidibus:

Tempore quo nobis inĭta est Cerealis Eleusin.

Terentius in hecyra:

Nam cum conpressa est gnata, forma in tenebris nosci non quĭta est.

Iuvenalis in IIII:

nam coĭtus iam longa oblivio vel, si
Coneris, iacet exiguus cum ramice nervus.

antepaenultima quoque in futuri temporis participio idem comprobat. Virgilius in II:

Si perĭturus abis, et nos rape in omnia tecum.

Lucanus in V:

tum lurida pallens
Ora tulit vultu sub nubem tristis ĭturo.

'cieo cĭtus' correpta paenultima, ut diximus, facit. Statius in III Thebaidos:

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus et longam pridem indignantia pacem
Corda tumens;

a 'cio' vero 'cītus' paenultima producta, ut Virgilius in III Aeneidos:

At genus e silvis Cyclopum et montibus altis
Excītum ruit ad portus et litora conplet.

'sinor sĭtus' et 'desinor desĭtus' paenultima correpta Cicero pro Cor-

1 *Ovid. fast.* IIII 583 *sq.* .UII. *Rr* XVII. *G* VII. *HLK* 2 sal *D* aditum *GLK* quem *K* ne *in litura h* 4 *Ovid. heroid.* 4, 67 eroidibus *GL* erodibus *K* 5 nobis *v. l. codd. Ovid.* inita] uisa *vel* noti *codd. nonnulli Ovid.* coerealis leusin *Kk* caerealis leusin *GL* Eleusis *libri Ovidiani tantum non omnes* 6 *Ter. hecyr.* IIII 1, 57 in hecyra *om. G* haecyra *R* haecira *D* echira *LK* echyra *B* 7 cū.pssa *Rr* compressa *DHGLK* nata § 40 *cum Bemb. Bas.* a forma *K* 8 quita. Iuuenalis *GL* 9 *Iuv. sat.* IIII 10, 204 *sq.* 10 coituitus *K* sic honeris *Rr* sic oneris *B* 11 coneris] conuersi *Pith.* conetur *codd. aliquot dett. Iuv.* 12 participio corripitur. Idem *h* idem] *r* Idem *B* id est *R* *Verg. Aen.* II 675 13 in II. *in mg. add. K* 14 ab his *D* no* *H* 15 *Luc. Phars.* V 549 *sq.* 16 tum *om. GLK* 17 nubes *libri nonnulli Luc.* itero *Rr* itura *cod. Luc. Tigur.* 18 *Stat. Theb.* III 598 *sqq.* in III Thebaidos *om. G* IIII. *LK* tebaidos *K* 20 hic *spscr. K* 21 p***dem *K* 23 ut *om. D* *Verg. Aen.* III 675 *sq.* .UI. *K* IIII. *B* 24 e] in *G* syluis *Rr* ciclopum *GK* et] e *Med., ubi hic versus in marg. add. est* et *Pal.* 25 at *Med.* littora *D* littora *H* cplet *D* complet *RGLK* complent *B Med.* 26 correpta *spscr. K* *Cic. pro Cornelio or.* I *fr. v.* § 40 cornilio *K*

p. 908. 909 P. p. 513 K.

nelio in I: coeptum igitur per eos qui agi volebant, desitum est per hunc qui decessit. idem in I rhetoricon: et si non ab eo, quod in proximo desitum erit, deinceps incipietur. inde etiam 'situs' dicitur pro 'neglegentia'. Virgilius in VII:

Sed te victa situ verique effeta senectus.

idem in II georgicon:

mutatamque insĭta mala
Ferre pirum,

et in IIII eorundem:

et paribus lĭta corpora guttis.

ideo autem diximus disyllaba in 'vi' desinentia secundae vel tertiae coniu- 56
gationis in supinis vel participiis praeteriti corripere paenultimam, quia, sive disyllaba sint quartae, producunt, ut 'scio scītus', sive ultra duas syllabas alterius quoque coniugationis [producitur]: 'arcessivi arcessītus', 'cupivi cupītus', nisi sint a disyllabis composita, ut 'insĭtus', 'incĭtus', 'illĭtus'. Lucanus in VIII:

Illita tela dolis nec Martem comminus usquam
Ausa pati virtus.

Virgilius in XII:

quatit ungu||la curſu
Incĭta nec domini memorum proculcat equorum.

similiter 'imposĭtus, proposĭtus'. Iuvenalis in I:

Si te proposĭti nondum pudet atque eadem est mens.

Virgilius in III:

Inposĭtis auro dapibus.

praeterea notandum, quod 'sepelio sepelivi' vel 'sepelii' 'sepultum' in fre-

1 ceptum *HG* 2 *Cic. de invent.* I 20, 28 rethoricon *HGLK* non habeo *B* 3 eo quod in proxime *Cic. Virceburg.* eo quo in proximo *in ras. et ex corr. Paris.* eo in quo proxime *Ciceronis codd. plerique* (*deficit Leid.*) 4 *Verg. Aen.* VII 440 5 effeta] *k* effeta *G* effecta *BL* affecta *K* effata (*prius* a *eras. vel in ras.*) *Rom.* 6 *Verg. georg.* II 33 *sq.* 7 mutamque *Dd* ṇala *D* 8 fere *Kk* pirum. Idem georgicon .IIII. eorundem. et *B* 9 et *add. r* *Verg. georg.* IIII 99 10 lita* *K* 13 sint disyllaba *K* 14 arcessitus accersiui accersitus cupiui *B* cupi *Rr* 15 cūposita *D* incitus] *d om. RDH* incitus, *in mg.* illicitus ⌒⌣, *G* illicitus *L* inquitus *K* illitus incitus *B* 16 *Luc. Phars.* VIII 382 *cf.* § 40 in VIII *om. G* VIIII. *B* 18 ausapienti *Rr* 19 *Verg. Aen.* XII 533 *sq.* crebro super (*sic Med. m. alt.*, crebros notant *m. pr.*) ungula pulsu (cursu *Verg. Goth.* 2) Incita *etc., qui l. hic contaminatus est cum parte altera v. Aen.* XI 875 cursu quatit ungula campum XII] *om. BHG* VIII. *hg* (*cf. Verg. Aen.* VIII 596 Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum) VII. *K* 21 *ad v.* 534 *cf. lib.* VII § 78 memorum *add. r* proculat *Rr* proculquat *K* ęquorum *D* 22 propositus *add. b* *Iuv. sat.* I 5, 1 in I *om. G* 23 propositę *H* prositi *K* adque eandem *schol. Iuv.* 24 *Verg. Aen.* III 355 tertio *1* IIII. *libri* 25 Impositis *RBHGLK*

p. 909. 10 P. p. 513. 14 K.

quentiore usu est supinum, antiquissimi etiam ‘sepelitum’ dicebant; unde Cato in Thermum: mortuus est, sepelitus est. ‘salio’ quoque ‘salivi’ vel ‘salii saltum’ facit, unde Virgilius in VI:

Cum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama.

idem in XI:

At medias inter caedes exultat Amazon;

solent enim frequentativa plerumque a supinis vel participiis praeteritis nasci.
57 ‘sallio sallitum’ facit, ‘sallo salsum’, quomodo ‘vello vulsum’. Sisenna: sic in eam paludem multi pi|scium salliendorum causa a navibus semionustis commeant, a ‘sallio’ ‘salliendorum’ dixit, non ‘sallendorum’. Sallustius vero in III historiarum: parte consumpta reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallerent, ‘sallerent’ dixit a ‘sallo’, non a ‘sallio’. similiter Lucilius in VIII:

Sallere muraenas, mercem in || frigdaria ferre.

inde etiam participia futuri ‘salliturus’ et ‘salsurus’. Novius:

salliturus istaec est, mittam salem.

Mummius:

istaec sum multo sale

Salsurus.

sed et praeteriti participium ‘sallitus’ et ‘salsus’. Cornelius Severus

1 usu est *add. d* . Supinum antiquissimi *B* 2 *Caton. in Thermum or. fr.: cf. lib.* VIII § 12 *Meyerum l. l. p.* 73 termum *D* thermo *B* est *om. B* sepilitus *L* quoque *om. G* 3 *Verg. Aen.* VI 515 *sq.* VI] *sic ni f. R ante corr. et H, ubi tamen numerus non satis dilucide apparet, ut etiam* III *legi possit* III. *Br* VII. *G* VIII. *D* 4 equus *D* ecus *Med.* equs *Rom.* saltus *Pal.* 6 *Verg. Aen.* XI 648 7 ad *D* intercedes *K* caedaes *H* exultet *Dd* exultata mazon *B* 8 frequentiua *K* 9 salitum *Rr* sallum *D* faci *B* salsum] *b* sal*um (t?) *B* sal*sum (l) *K* *L. Cornelii Sisennae hist. lib. inc. fr. p.* 316 *Kr. fr.* 12 *p.* 376 *Roth.* sisenna * sic in (.) *R* sisenna sic; in *r* 10 eam] eadem *G* eādem *H* puludem *K* saliendorum *Rr* sallendorum *G* sallendorum *H* saliendorum *l* 11 semionusti *coni. Rothius* comeant *K* salio *L* saliendorum *Rr* saliendorum *L* 12 salendorum *L* *Sall. hist.* III 7 *p.* 206 *Kr. cf. Diom. p.* 372 *P.:* Sallustius historiarum quarto ait: reliqua cadavera ad diuturnitatem usus sallere (*sic ex codd. legendum est secundum H. Keilium*) uero *om. GK* in tres III. *D* in I. *G* in II. *K* 13 *sallerent (p) *B* salerent *H* sallerent] *h om. RBDHGLK* psallerent *al. m. in R* 14 salio *Rr* *Lucil. sat.* VIII 8 *Dous.* 7 *Gerl.* 15 *sallere (p) *B* murenas *libri* mercedem in frigdaria frigdaria *G* frigidaria *RBDK*

16 unde *r* salsarus *K* Novius] *B Krehlius* nouimus *Dresd.* 2 *Krehlii* neuius *Hr Heidelb.* lucuius *R* lucius *L Darmst.*[b] incui *D Darmst.*[a] liuius *K Lips.* 1 *Krehlii* Sallustius *Lips.* 2 *eiusdem.* *Naevii inc. fab. fragm.* 19 *Both. l. l. p.* 24, *Novii inc. fab. fr. p.* 183 *Munk., assentiente Klussmanno Naev. vit. et rell. p.* 189, XIII *p.* 230 *Ribb.* 17 istec ē salliturus *Barb.* Istic est sallitúrus si mittám salem *vel* istic est sallitúrus: Mittám salem? *Ribbeckius* ista haec *DH* isthec *K* ista hac, *ut vid., voluit h* 18 *Mummii atell. inc. fr. p.* 185 *Munk., fr.* II *p.* 231 *Ribb.* 19 ista et sum *D* 21 et] etiam *HK* partipium *G* cornilius *K* Cornelius Severus in VIII de statu suo] *cf. I. Beckerum in act. antiq. Marburg. a.* 1848 *n.* 74 *sq.*

p. 910 P. p. 514 K.

in VIII de statu suo: ad quem salliti pumiliones afferebantur. ‘ambio’ ab ‘eo’ compositum solum mutavit paenultimam e in i; itaque in ‘io’ quidem desinentium regulam servavit in participio et in supino, quippe producta paenultima: ‘ambītus ambīta ambītum’, in nomine autem sive vocabulo rei, differentiae causa in ‘eo’ terminantium regulam servans, corripuit paenultimam ‘ambĭtus’ - ut Ovidius in I metamorphoseon:

Iussit et ambītae circumdare litora terrae.

Lucanus in I:

letalisque ambĭtus urbi
Annua venali referens certamina campo -,

quamvis Scaurus in utroque similem esse tenorem putavit. sed Velius Celer respondens Hadriano imperatori per epistulam de hoc interroganti, declinatione et tenore ‘ambitus’ nomen a participio ostendit discerni, quod usu quoque, ut ostendimus, confirmatur.

Bernhardium hist. lit. Lat. p. 408 *sq. ed. alt.* VIII (*rerum Romanarum sc.*): distractos adque salitos pumiliones | Aspernabantur *vel* VIII: distractos adque salitos | Pumiliones aspernabantur *coll. Diomede p.* 372 *P. Beckerus l. l. n.* 75 *p.* 594 *sq.*

1 salliti *om. G* pomiliones *H* pomiliones affaerebantur *Rr* 2 penultima *L* 3 quidem *om. G* 5 terminantium in eo *K* 6 penultimam i *RB* ambitus *om. G* *Ovid. metamorph.* I 37 metaphor *L* 7 circundare *GLK* littora *Rr* litore *Dd* 8 *Luc. Phars.* I 179 *sq.* 9 laetalisque *RBGLK* loetalisque *Voss. AB* urbi *BH cum Lucano* urbis *RDGLK Luc. cod. Hulstian. et Remens. pro v. l.* 10 certamina] *ex corr. H* certamine *GLK* 11 Scaurus] *est Terentius Scaurus, qui hanc quaestionem tractasse videtur in arte sua grammatica, cf. Graefenhanium hist. phil.* IIII 88 *sq.* 99 *sq.* uellius *D* *Velleium Celerem hunc grammaticum vocant vv. dd. secundum edd. inde ab α, veluti Falsterus mem. obsc. p.* 166 *Graefenhanius l. l. p.* 99 12 adriano *BDGLK* aepistolam *K* 14 quod] *r* quo *R*

Artis prisciani uiri eloquentissimi grammatici caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitanae lib̄. X. expl̄. | Exp̄. lib̄. X de uerbo. incip̄. lib̄. XI. de participio *R* ARTIS PRISCIANI VIRI ELOQVENTISSIMI GRAMMATICI CESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROME CONSTANTINOPOLITANE LIBER .X. EXPLICIT DE VERBO | INCIPIT LIBER VNDECIMVS DE PARTICIPIO. *B* explicit lib. decimus de uerbo. Incip̄ lib̄. (lib̄. *om. K*) undecimus de participio *HGK* explicit liber X de uerbo. (*L*) incip̄ lib. XI (incip̄ X *l*) de participio. sed primum de eo quod participium tertio (tercio *l*) loco debet esse et quod alii nomen esse alii uerbum putauerunt. (*add. l*) *DLl*

LIBER VNDECIMVS.

p. 909—11 P. p. 515 K.

DE PARTICIPIO.

1 1 Qui tertio loco participium posuerunt, rectius fecisse videntur. cum enim nomen et verbum primum et secundum tenuerunt locum, participium, quod ex utroque nascitur, sequentem iure exigit. quaesitum est tamen, an bene separaverint id ab aliis partibus grammatici et primus Trypho, quem Apollonius quoque sequitur, maximus au‖ctor artis grammaticae. stoici enim quomodo articulum et pronomen unam partem orationis accipiebant, infinitum articulum vocantes, quem grammatici articulum, eique adiungentes etiam infinita nomina vel relativa, quod etiam Didymus facit tractans de Latinitate (finitum autem articulum dicebant idem stoici, quod nunc pronomen vocamus finitum, quod et vera ratione solum pronomen est dicendum. ergo Romani ‖ quoque artium scriptores stoicorum secuti magis traditionem pronomina finita dixerunt et infinita; nam articulos non habent) -, sic igitur supra dicti philosophi etiam participium aiebant appellationem esse reciprocam, id est *ἀντανάκλαστον προσηγορίαν*, hoc modo: 'legens est lector' et 'lector legens', 'cursor est currens' et 'currens cursor', 'amator est amans' et 'amans amator',

3 locū *ex* loqū *corr. B* 4 ex utro *R* 5 separauerunt *BDHGK* grammatici et *BH*, *idque assecutus est ten Brinkius in Mnemosynes t.* II 1853 *p.* 54 *sq.* grammatici. et *RDGKhl* grammatic*. et *L* 6 tripho *RBGLK cf. de Velsenium Tryphonis gramm. Alex. fr. p.* 33 appollonius *RHGLK* Apollonius *praesertim in libris* IIII *περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγου μερῶν et περὶ μετοχῆς seu περὶ μετοχῶν hac de re disputasse censendus est; nunc cf. de synt.* I 3 *p.* 15, 20 *sqq. Bk.; eius de participio doctrinam attigerunt Lerschius Sprachphil.* II *p.* 130 *sqq. Graefenhanius hist. phil.* III 113 *sq. Skrzeczka die Lehre des Apollonius von den Redetheilen Regiom.* 1853, 4. *p.* 7 *sq.* artis *om. B* 7 grammaticae] *l* grammatic* *L* stoici] *cf. Apollon. de pron. p.* 4 *B sqq. coll. Prisc. lib.* XVII § 52 *Classenio primord. gramm. Gr. p.* 75 *sq. R. Schmidtio stoicorum gramm. p.* 39 *sqq.* 45 *sq.* 8 accipebant *H* quem *ex* quam *corr. D* articulum] *in mg. add. K* articum *B* 9 adiugentes *H* infinita nomina *ex corr. k* 10 dydimus *RH* „dy„dimus *G* didimus *DLK* *Didymi de Latinitate fr.* 2 *p.* 347 *fragm. ed. M. Schmidtius cf. lib.* I § 20 lanitate *Rr* 11 uocamus **finitum (in) *B* quod ue**ra (te) *Dd* 12 ergo *add. k* 13 secuti **** magis(quoq;) *B* tradicionem *Rr* 14 nam] *b* non *B* 15 ΑΝΤΑΝΑΚΛΑΣΤΟΝ *HGL* *ἀντανάκλαστον προσηγορίαν] om. D* ΑΝΤΑΝΑΓΚΛΑΣΤΟΝ ΠΡΟΣ ΙCΤΟΡΙΑΝ *D* ΑΝΤΑΝΑΚΑΑCΓΟΝ ΠΡΟΟCΗCΟΡΙΑΝ *K* 16 ΠΡΟCΕΓΟΡΙΑΝ *r* ΠΡΟCΕΓΩΠΙΑΝ *R* ΠΡΟCΙΓΟΡΙΑΝ *B* legens id est *K*

p. 911. 12 P. p. 515—17 K.

vel nomen verbale vel modum verbi casualem. unde videntur nostri ascivisse inter verba | gerundia vel participialia, cum videantur ea diversos assumere casus. ideo autem participium separatim non tradebant partem orationis, quod nulla alia pars orationis semper in derivatione est nullam propriam positionem habens, nisi participium; ceterae enim partes primo in positione inventae sunt, ad quam etiam derivativa aptantur. 2

Et primae quidem personae possessivum tam ad secundam quam ad tertiam transit personam, secundae vero ad primam vel ad tertiam, ut ‘tuus sum’, ‘tuus est’; ipsa enim sese possidere non potest, quomodo nec prima; nam possessiva necessario in duabus diversis intelleguntur personis et sunt transitiva. si igitur transit a secunda persona possessivum, necesse est, cum separatur ab ea, vel primae adiungi vel tertiae, quae ca-

1 ὅς ἥ ὅ] *rd et in ipso contextu* (hōc hn̄ hō) *h om. D* oc h o* *R* *ōc*h̄*ō *H* Hoc He Ho *ad marg. h* 2 nos *om. B* 2 Ita *G* 3 accipiunt *Rr* incipiant *L* ea quoque apud Latinos et a uocali incipiunt ea quoque apud Latinos et a uocali incipiunt *K* 4 *aspirationem (h) *D* articuli praeponi *GLK* 5 ὁ] hoc *K* ὁ ἐμὸς — μου *add. d* eamaoc *GK* emaoc *L* amoc *l* hoc *K* 6 moy *Rr* emaoc *GLK* emoc *hl*, *at v. Bekkerum ad Apollon. de pron. p.* 18 *A* 2 *cf. Krehlium in add. t.* I *p.* XXII hoc] *r* hic *R* id *L* 7 iungantur *B* 8 cribo *R* 9 Quemammodum *BL* nomina ***** *L* 10 tunc etiam*(u) *L* uero etiam *G* etiam uero *K* 12 filius sum *G* 13 noncupor *DGK* 14 aliud *add. b* 17 persona *om. G* *Terent. eunuch.* IIII 3, 22 mea tu; o mea tu *laudatur etiam lib.* XIII § 2 *et lib.* XVII § 109. 129. 206 eunocho *G* iunucho *K* 19 *Ter. Andr.* V 2, 5 20 Chremes] *al.* Chreme *ap. Ter.; Bemb. et Bas. lectiones ad h. l. enotatas non habeo, quod locum perperam a me olim quaesitum tum demum inveni, cum haud amplius apud me esset librorum illorum collatio* 21 enim *om. B* pronomina *Dd* 24 uero *om. G* 25 se *Rr* possedere *K* 27 transit ad secundam personam *GL* a secunda persona a secunda *K* 28 ea *Hh* caret *B*

p. 939. 40 P. p. 545. 46 K.

rent vocativo, qui semper inter primam et secundam invenitur personam: prima enim vocat, secunda vocatur. et quaeritur, cur, si prima non po- 11
test possidere primam nec secunda secundam, tertia possidet tertiam? in quo pariter ostenditur multitudo diversa, quae significatur per tertiam per-
5 sonam, unde et varias habuit voces et loca, sicut do|cuimus. quamvis ergo alia sit possidens et alia, quae possidetur, et in diversis personis et transitivis intellegatur, tamen potest in tertia simul utraque inveniri in diversis, quod in prima et secunda non potest, ut ipsa habeat et possessorem una et possessionem, nisi figurate dicamus ‘meus sum’ et ‘tuus es’,
10 hoc est ‘meae potestatis’ et ‘tuae’, vel pro reciprocis, quae apud Graecos compositae sunt: ἐμαυτοῦ φίλος εἰμί, ‘meus amicus sum’, ut Persius:

Vindicta post||quam meus a praetore recessi,

et Terentius in Phormione:

ego meorum solus sum meus.

15 nec mirum, cum etiam tertia persona solet figurate primae adiungi, ut Virgilius:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena,

et Cicero in IIII invectivarum: ego sum ille, patres conscripti, cui non forum, in quo omnis aequitas continetur. et
20 primae quidem possessivum personae transit tam ad secundam quam ad tertiam, sicut supra dictum est, ut ‘tu meus es’ et ‘ille meus est’; secundae quoque possessivum tam ad primam dicitur quam ad tertiam, ut ‘ego tuus sum’ et ‘ille tuus est’; tertiae vero ad primam vel secundam 12
transire non potest nisi figurate, ut ‘suus illius sum’ vel ‘suus illius es
25 filius’, sed ad aliam tertiam, ‘suus illius iste’ vel ‘suus istius ille’. et attendendum, quod, quomodo ‘sui, sibi, se, a se’, quod est primitivum, ad omnes voces tertiae personae potest esse relativum, ut ‘sui causa facit iste’ et ‘ille’ et ‘ipse’ et ‘hic’ et ‘is’, sic ‘suus’, quod ab

2 secunda uocatur — nec secunda *in mg. add. G* potes *Rr* 3 possedere *K* secundam *add. d* secundã Cur tertiã possidet tertiã *B* possedet *K* 5 docuimus] diximus *GLK* 6 possedens *K* 7 transiuis *R* intellegantur *BH* potest] possunt *GK* 8 et in secunda *BHGLKr* 10 me *Dd* meae potestatis et tuae potestatis *GLK* 11 ἐμαυτοῦ φίλος εἰμί] *add. d* EMAY ΦΙΑΟC EIMAI *G* EMOC ΦΙΑΟC, EI, CMI *in litura l* ⊦EMAY ΦΙΑΟC EIA MI *K* EIMY *R* HIMI *h* *Pers. sat.* 5, 88 13 *Ter. Phorm.* IIII 1, 21 in Phormione *om. G* 15 soleat *K* 16 *Verg. Aen.* I *init. in libris dett., om. Med. Rom. Ver. deficit Pal.* 17 Ego *Rr* graci *R* modolatus *K* 18 *Cic. in Catil. or.* IIII 1, 2 in IIII inuectiuarum *om. G* uectiuarum *Dd* uectiuarum *LK* ille] ille consul *libri Ciceroniani* patres] *h* patris *HGLK* consscripti *R* 19 cuius *B* omnis] *rdh* omnes *RDHG* aequitas omnis *Cic. Lagom.* 10 continetur] uariatur *Cic. Bonnensis* 20 possiuum *Rr* 21 supra *om. G* meus. Secundae *GL* 23 sum *om. DHGLK* tuus. Tertiae *DGLK* tuus. Tertia *H* uel ad secundam *BDL* 24 figurate *D* figurate dicatur *r* 26 adtendendum *B* adtendum *D* sibi *ex* siui *corr. B* est *Rr* primitiuum est *G* 28 hic is suus *G* quod *abco (h) D*

p. 940. 41 P. p. 546. 47 K.

eo derivatur, possessivum est omnis tertiae personae, ut 'suus illius, istius, ipsius, huius, eius'. illud quoque sciendum, quod 'sui' non solum ἑαυτοῦ vel ἑοῦ, sed etiam αὐτοῦ vel οὗ significat, id est non solum tunc refertur ad tertiam personam, quando ipsa in se agit per reciprocationem, id est κατ' ἀνταναπλασμόν vel αὐτοπάθειαν, ut 'ille sui miseretur' vel 'sibi prodest' vel 'se custodit', sed etiam cum ipsa agit et sic alia in ipsam, id est cum retransitive dicitur, ut Terentius in Andria:

Orare iussit †era, si se ames, ut ad se venias.

DE PERSONIS.

III 13 Personae pronominum sunt tres, prima, secunda, tertia. prima est, cum ipsa, quae loquitur, de se pronun|tiat; secunda, cum de ea, ad quam directo sermone loquitur; tertia, cum de ea, quae nec loquitur nec ad se directum accipit sermonem. nam si dicamus, prima est, quae loquitur, potest nihil de se loqui, sed de secunda vel ter||tia, et fit dubitatio; similiter de secunda si dicamus, ad quam loquitur, potest intellegi et ad primam et ad tertiam: nam locutio ipsa pertinet non solum ad secundam, sed etiam ad primam et ad tertiam; de tertia quoque si dicamus, de qua loquitur, commune invenitur trium personarum: nam et de prima et de secunda et de tertia loquitur. melius igitur Apollonius, quem nos, quantum potuimus, sequi destinavimus, praepositis personarum definitionibus est usus.

Enucleatim tamen in singulari numero prima dicitur persona: nam in plurali conceptionem facit aliarum personarum, hoc est secundarum vel tertiarum; secundarum quidem, quando ad ipsas praesentes loquitur, ut

1 ut illius *R* suus illius suus istius *L* 3 *post* ἑαυτοῦ uel: ἑοῦ sed etiam αὐτοῦ uel *om. R*, *post* id est: sed etiam AYTOY uel OY significat id est *add. r* EOY **** *H* *OY (E) *L* EFOY *K* αὐτοῦ *v. Bekkerum ad Apollon. de pron. p.* 100 *B* 2 4 tunc] *d* t̄ *D* 5 κατ'] KATA *libri* κατὰ ἀνταναπλασμόν *add. d* ἀνταναπλασμόν] *l* ANTANAKAACMON *R* ANTAN.KAAACMO. *G* ANTANAKAAACMON *H* ANTANAΘ
KAA**MO *K* ***ANAK*AACMON *L* vel αὐτοπάθειᾶν] *add. d* AYTOΠATEIAN *Rr* AITOΠAΘEIAN *G* AYTOΠAΘIAN *in litura h* 7 cum retransitive] *rd et in litura h* cum se transitiuo *R* cum retransit quae *BDGK* cum retransi** (tī) *L* cum retransitiua *l* *Ter. Andr.* IIII 2, 4 oráre iussit, sí se ames, era (hera *Bas.*), iám ut ad sese h
vénias 9 orare] *b* orate *B* era *Rr* aera *HL* era* *B* uenias *ex* uenies *corr. H* 10 De personis] *om. DG* De personis pronoūm *K* 12 *verba post* loquitur *sqq. usque ad* loquitur *add. r* de ea pronuntiat ad *r* (*?*) de persona ea ad de
Dd adquam *in mg. L* 14 sermonem] *d* **** *D* 15 de se nihil *B* sed si
secunda *Dd* 16 dicamus *Rr* 17 loquutio *D* 18 tertiam ut dido locuta est. De *B* 19 comm*une *L* nam et de prima et de secunda nam et de prima et de de
secunda *K* et secunda *H* 20 appollonius *RHGLK v. Apollon. de pron. p.* 22 *A* 9 *sqq. Bk. coll. eiusdem ann. ad lin. B* 3 *v. etiam de synt.* I 3 *p.* 13, 19 *sqq.* II 10 *p.* 113, 15 *sqq.* III 25 *p.* 254, 4 *sqq. et* 27 *p.* 259, 14 *sqq. Bk.* 21 se*qui (d) t
H distinauimus *K* definicionibus *Rr* 22 usus enucleatim. Tamen *H* usus. enucleatim Tamen *h* 23 Enucliatim *G* dicitur] *k*, *ex* dicatur *corr. H* dicatur *Kb*

p. 941. 42 P. p. 547. 48 K.

'ego et vos facimus', tertiarum vero, quando ad alios loquens, id est ad secundam personam, alios sibi vel praesentes adiungit vel absentes, ut 'ego et isti facimus' vel 'ego et illi fecimus'; potest tamen et utrasque simul sibi adiungere, ut 'ego et vos et illi fecimus'. secunda vero ter- 14
tiam concipit solam, 'tu et ille' vel 'vos et illi fecistis', tertia autem tertiam solam 'isti et illi fecerunt'. itaque etiam in hoc ostenditur late patens tertiae personae copia, quae omnibus adiungi potest. quid igitur 'quod multi simul loquentes dicunt, nos fecimus'? non est supra dicto contrarium: unusquisque enim loquentium conceptionem facit eorum, qui una secum loquuntur, quippe cum unusquisque pars est totius, qui si velit ceteros indicare secum loquentes, necessario secundae vel tertiae eos attribuit personae. idque tam in pronominibus quam in verbis contingit, in quibus et finiuntur personae.

Et sciendum, quod in prima quidem et secunda persona pronomen ponitur, in tertia vero non, nisi demonstratione egeat vel relatione. nam plerumque nomen in eius locum ponimus, ut si Pompeius dicat ad Caesarem 'ego et tu et Crassus | teneamus rempublicam'; sin autem egeat demonstratione vel relatione, tunc ponimus pro||nomen, ut 'ego' et 'tu' et 'ille, quem vides' vel 'ego' et 'tu' et 'is, de quo dixi'; nam omne 15
nomen tertiae est personae absque vocativo, sicut supra dictum est, nisi substantivo vel vocativo verbo coniungatur, et iure, quia ipsa positio prima nominum non ad aliquem, sed de aliquo habet locutionem; dicimus enim 'nominetur hic, qui natus est, Virgilius', nominativum proferentes; prima enim et secunda, nisi figurate, adiunctione nominis non egent, cum et substantiam et qualitatem tam suam ipse qui loquitur, quam eius, ad quem praesens praesentem loquitur, videtur scire vel aspicere. tertiae vero personae ideo congrue adiunguntur nomina, quia potest vel abesse persona vel spatio eius qualitas obscurari. itaque pronomine quidem substantia per se, nomine vero etiam qualitas manifestatur, de qua saepe fit dubium in ea persona, ut Virgilius in VI:

Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?

cum ignoratur propria eius qualitas, quaeritur nomen. solam enim sub-

1 et uos faciamus *RL* ad ali** *H* ad aliā *h* 2 sibi praesentes *GHLK* 3 fecimus *BDHLK* vel] et *GLK* 4 adiunguire *K* 5 ille fecisti uel *G* 9 enim *add. r* faciunt *L* 10 locuntur *RDH* Quipe *L* cum *add. b* 11 cetero *R* eęteros *r* necessario uel secundae (sęcundę *D*) uel *BDHGLK* 12 adtribuit *B* Id$^{q.}$ tam *Rr* 14 prima] *r* primo *R* 15 preponitur *Rr* proponitur *B* ratione *Hh* 16 nomen] noī *G* 17 tu crassus *Rr* rempuplicam *G* 20 tertiae est] *ex corr. r* tertia ēē *ni f. R* est *om. G* uocatiuo casu *B* 21 substantiuo *H* uerbo *om. B, in mg. post* substantiuo *add. b* coniungantur *Rr* 23 qui] quia *R* 24 enim *om. K* figuratae *H* cum enim et *K* 25 qui *om. G* tam eius *Kk* 27 congrue] *r* congruae *RH* adiunguntur congrue *B* 28 spacio *Dd* qualit *Dd* 29 manifestetur *D* demonstratur *BGLK* 30 *Verg. Aen.* VI 864

p. 942. 43 P. p. 548. 49 K.

stantiam, non etiam qualitatem significant pronomina, quantum est in ipsius prolatione vocis.

DE GENERIBVS PRONOMINVM.

VI 16 Genera pronominum sunt quinque: masculinum, ‘hic’, femininum, ‘haec’, neutrum, ‘hoc’, commune, ‘nostras’, ‘vestras’, trium generum, ut ‘ego’, ‘tu’. cum igitur omnia pronomina, ut supra docuimus, sint quindecim, alia omnia mobilia sunt, id est ex masculinis feminina et neutra faciunt, absque tribus primitivis primae et secundae personae, ‘ego’ et ‘tu’, in quibus demonstratio ipsa secum genus ostendit, et ‘sui’, quod cum sit relativum, ut docuimus, tam genus quam numerum non vocis discretione, sed priore cognitione subicit. relatio enim est cognitionis ante latae repraesentatio, ut ‘scribit Virgilius ad laudem sui’, ‘rogat te ille, ut sui causa facias’. quodsi quis dicat ‘cur ergo etiam ‘is’, cum | sit semper relativum, non est commune trium generum?’, respondemus, quod || ‘sui, sibi, se a se’, non solum relationis causa, quod supra diximus, sed etiam ipsius terminationis singulorum casuum, qui consimiles sunt primae et secundae, hoc habuit, ut confundat genera. quomodo enim Graeci per tres personas primitivorum obliquos casus similiter habent terminantes, qui et communes sunt omnium generum: ἐμοῦ σοῦ οὗ, ἐμοί σοί οἱ, ἐμέ σέ ἕ, sic nos quoque illorum auctoritatem in plerisque secuti per tres personas habemus pronomina similiter terminantia per obliquos casus et omnis communia generis: ‘mei tui sui, mihi tibi sibi, me te se, a me a te a se’; alia vero omnia, sicut apud Graecos, mobilia sunt, ut ‘ille illa illud, iste ista istud, hic haec hoc, is ea
17 id, ipse ipsa ipsum’; derivativa quoque: ‘meus mea meum, tuus tua tuum, suus sua suum, noster nostra nostrum, vester vestra vestrum’. duo tantum inveniuntur communia ‘nostrâs’ et ‘vestrâs’, quorum perfecta ‘nostrâtis’ erant et ‘vestrâtis’. unde quia ‘ti’ syllabae syncopa facta est,

1 est] *r* esse *R* 3 DE GENERE VOCIS PRONOMINṼ *B* DE GENERE ***** PRONOMIN. (I *ex* E *corr.*) *H* De generibus *LK inscr. om. DG* 4 ut hic *D* feminum *H* 5 ut haec *D* commune — pronomina *add. r* Commune hic et hęc nostras *B* 6 docuimus] diximus *G* sint] *add. r* sunt *L* 7 alia] *rh* alia autem *RDH* masculinis] *b* masculis *B* 9 ipsa *add. G* 10 ut *om. B* 11 subiecit *Rr* relatio] *r* Ratio *R* est *om. G* 12 rogat *H* rogate ille *R* 13 ut] *d* et *D* causa sui *DHL* facias *spscr. K* ego *Dd* 16 qui] *d* que *R* quę *BDHr* cum similes *B* 18 ca*sus (u) *B* 19 terminantes] *r* terminationes *RK* qui] quae *RDLK* commune *B* EMAY *LK* ἐμοῦ — ἕ] *om. D* G̃r. *d, quae ipsa vocc. in mg. add.* EMAI. COY. ϷOY. EAAOY. COY. ϷOY. EMHCE. ϷE. *G* οὗ] *add. r* 20 ἐμοί] *h* EMO* *H* EMOY COY OY *B* EMO* CO* ϷO*(Y-Y-Y?) *Ll* EMOY COY ϷOY *K* οἱ] *r* OY *R* ἐμέ] *l* EM*(H?) *L* EMH *K* illorum] illorum auctorum *Rr* eorum *D* auctoritatem illorum *G* 21 implerisque *B* 22 obliquo *Rr* commonia *D* mei] *r* me *R* 23 a me *add. d* 24 iste] istae *B* 25 ips*e *K* 26 tantum] tamen *K* 27 et *om. GK* 28 et *om. G* . tis *b*

p. 943. 44 P. p. 519. 50 K.

mansit in a accentus perfecti, quomodo et in aliis multis, ut ‘Arpinâs’ pro ‘Arpinâtis’, ‘fumât’ pro ‘fumâvit’, ‘cupît’ pro ‘cupivit’, ‘illîc’ pro ‘illîce’; itaque neutrum quoque eorum in e finitur: ‘nostrate’, ‘vestrate’, ex quo ostenditur illorum quoque nominativus in ‘tis’ secundum analogiam a vetustissimis prolatus esse. Cassius Emina in III annalium: hos libros si quis nostratis sapiens. M. Cato in legis Meviae suasione: rex Seleucus arma nostratia facit. Plautus in Sticho:

Ergo oratores populi summates viri
Summi accubent, ego infimatis infimus,

pro ‘infimas’.

Necesse est autem omnia pronomina tria habere genera vel in una 18
eademque voce confusa vel in diversis distincta terminationibus ideo, quia pro uniuscuiusque rei propriis accipiuntur nominibus, quae tam in masculinis et femininis quam in neutris inveniuntur generibus, quae in pronominibus quoque necesse est ostendi, seu demonstratione sive relatione.

Quaeritur tamen, cur habeat genus neutrum prima et secunda persona, cum naturaliter sermo nonnisi inter || mares aut feminas exercetur, quorum sunt primae et secundae personae, id est a quibus profertur et ad quos dirigitur loquella? ad quod dicemus, quod possunt equidem etiam hominum inveniri nomina neutri generis, ut in maribus ‘hoc Basion, Heliconion’, quomodo etiam in feminis ‘Glycerium, Dorcium’. possumus tamen etiam ad res, quae non habent naturam loquendi vel audiendi, per conformationem, id est προσωποποιΐαν, primas et secundas adiungere personas, etiamsi sint generis neutri, ut foro, mari, caelo. illud 19

i

1 quomodo et] *r* quomodet *R* 2 pro *om. K* arpinat⋆s *Hh* fumât] fumânt *Rr* illi *B* 3 illicce *RBDHL* 5 *Cass. Hem. ann. lib.* III *fr. p.* 161 *Kr.; lib.* IIII *Krehlium secutus assignavit Rothius l. l. Cass. fr.* 38 *p.* 294 IŪ *inter* III *et* IIII *fluctuans H* Emina] *D v. lib.* VII § 11 Hemina *RBHLK* Emina in III annalium *om. G* annalium] *r* analium *RD* 6 *M. Catonis suasio legis Meviae: Cat. or.* 88 *p.* 124 *sq. ap. Meyerum l. l.* Meviae] *d* maeuiae *BD* meae uiae *GLK* Maeniae *Popma* 7 *Plaut. Stich.* III 2, 36 *sq.* (*v.* 492 *sq.*) *cf. lib.* VII § 61 in Sticho] *om. G* in isticho *R v. Osannum de tab. patronatus Lat. p.* 17 *Lachmannum ad Gai.* I 190 *et ad Lucret.* IIII 283 *coll. eiusdem cod. v. l. ad lib.* II § 17 VI 81: istrimoniae, istoici

v

9 oratores *ex* hortores *corr. D* 10 accumbent *RBDHLK* infimis *RrD* infimis *BK* 12 habere tria *K* habere trea *G* 13 terminationibus *ex* terminationebus *corr. K* quia] *r om. K* que *R* 14 *post* nominibus: quae tam — pronominibus *in mg. add. d* masculinis et] masculinis quam in *G* 15 quam ineutris *B* quae *add. g* 16 quoque *add. g* sive] sŭ *K* seu *G* re⋆⋆latione(ue) *R* raelatione *B* 18 sermo] se *literis extr. abscissis B* nonnisi *om. GLK* aut] *r* et *R* 19 secundae *D* 20 loquella] *BDH v. Lachmanni ad Lucr.* III 1014 *ann.* loquela

n

RGLKdh et ad *K* quod possuit *K* quod posunt *r* quo posunt *R* aequidem *DG* 21 hominum *add. d* bassion *BDHGL* 22 hoc *ante* Heliconion *repet.*

o

DHGLKr eliconion *BHG* elicenion *D* elicomon *K* femininis *BH* gligerium *GK* gliggerium *L* 23 habeant *BGLr* 24 προσωποποιΐαν] *om. D* GR̃. *et in mg.*

π o

GR̃. ΠΡΟC.ΩΠΟΠΟΙΕΑΝ *d* ΠΡΟCΩΠΟΙΕΙΑΝ *H* ΠΡΩCΟΠΩΠΟΙΕΙΑΝ *Rr* ΠΡΩCΟΠΟΙΕΙΑΝ *L* ΠΡΟCΟΠΟΙΕΑΝ *G* ΠΡΟCΟΠΟΙΘΩΝ *K* prosopeiã *B*

p. 944. 45 P. p. 550. 51 K.

quoque notandum, quod derivativa pronomina, quae sunt septem, ut supra ostendimus: 'meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras', alterius sunt intrinsecus generis, hoc est communis trium generum, in quo possessor ostenditur, et alterius extrinsecus, hoc est mobilis, in quo possessio denuntiatur, quod terminatione consequenti discernitur, quomodo et numerus, sicut supra docuimus, quamvis qualitatem ipsius possessionis non declarant, nisi adiungas nomen. et sciendum, quod intrinsecus proprii loco funguntur, extrinsecus vero magis appellativi.

Nec solum in pronominibus derivativis, sed etiam in nominibus possessivis et quae a propriis derivantur, infinitae possunt intellegi possessiones, nisi adiectione nominis alicuius discernantur, ut 'meus filius', 'Telamonius natus', 'Euandrius ensis', et vide, quod appellativa magis asciscunt, quae communis sunt qualitatis. tam autem possessiva pronomina quam nomina in genetivum primitivorum resolvuntur. quid est enim 'meus filius'? 'mei filius'; 'Euandrius ensis'? 'Euandri ensis'.

Commune habent possessiva pronomina cum possessivis nominibus, quod in utrisque | possessio subauditur, quod binae intelleguntur personae, quod in genetivos primitivorum similiter resolvuntur cum possessione; non commune, quod pronomina possessiva || omnis sunt communia possessoris, nomina vero possessiva non omnis - 'Hectoreus' enim 'clipeus' unius est proprium possessoris; nec non ab appellativis quoque derivata, quamvis sint multorum communia possessorum, non tamen sic possunt esse communia, quomodo pronomina, ut 'humanus', 'marinus' -, et quod nomina tertiae intelleguntur personae, nisi adiungantur verbis substantivis vel vocativis, pronomina vero et primae et secundae inveniuntur personae.

3 generis intrinsecus *G* 5 denunciantur *Rr* denuntietur *K* 6 sicut *add. r* · no[n] *Rr* 7 diclirant *K* 8 extrinsecus] *****nsecus *literis primoribus abscissis B* apellatiui *D* 9 nominibus] *b* omnibus *B* 10 possessionis *Rr* 11 adiectione] *k* adiunctione *K* adiunctione alicuius nominis *H* filius meus *GLK* thelamonius *G* 12 Euadrius *D* *Verg. Aen.* X 394 Euandrius abstulit ensis | apellatiua *D* adsciscunt *BDHr* 13 commonis *D* communes *G* 14 quam] tam *LK* quam nomina *add. r* 15 mei *Rr* nisi mei *DGLh* ensi *Ll* ensis nisi euandri *GL* Euandri ensis *add. d* 16 possiuis *Bb* 17 utrisque] *k* utriusque *H* subaudiatur *Rr* quod] . Quod *D* et *R* et quod *r*; *copulam omisi coll. Apollonio de pron. p.* 133 *A* 10 *Bk.* uinę *B* intelguntur *Rr* 18 quod *cf. Apoll. l. l. p.* 134 *B* 1 et quod *R* ; Cum possessione non *R* possessione non commune. Quod *BD* possesione. non commune quod *d* non commune] *v. Apoll. l. l. B* 2 non commune habent *R* 19 omnis] *rd* oms *D* omni *R* commonia *Dd* 20 uero *om. G* Hectoreus] *r* hectorius *RGK* haectoreus *BDH* enim] autem *D* clypeus *B* clepeus *K* 21 est *om. G* possessores *H* ab *om. G* deriuatiua *Dd* deriuati *Hh* 22 commonia *Dd* non] nec *L* 23 commonia *Dd* quod *add. g* 24 adiunguntur *D* subtantiuis *R* 25 Promina *H*

p. 945. 46 P. p. 551. 52 K.

dubitatur numerus possessoris in nominibus possessivis, quae ab appellativis derivantur, ut, si dicam 'taurina vestigia', possunt et unius et multorum intellegi taurorum, in pronominibus vero non, quia tam per singularem quam per pluralem numerum positiones sunt, excepto 'suus', cuius primitivum, id est 'sui', commune est utriusque numeri. possessiva nomina ascendentibus non solent adiungi, ut 'Hectoreus pater' non dicimus, 'frater' vero vel 'servus' dicimus; pronomina vero adiunguntur, ut 'meus pater'.

DE FIGVRIS.

Figura pronominum duplex est; aut enim simplicia sunt pronomina V21
aut composita. simplicia sunt omnia alia per nominativos, tria tantum componuntur unam interpretationem apud Graecos habentia οὗτος: 'iste', 'hic', 'is'. componuntur igitur 'iste' et 'hic' secum, ut 'istic istaec istoc'; 'is' vero cum adverbio 'idem', quod significat 'is demum', ex quibus et componitur [hoc est 'iterum is']. eius femininum 'eadem', neutrum 'ĭdem' i correpta, quae in masculino producitur. Virgilius in IIII Aeneidos:

Īdem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.

Iuvenalis in I:

et tamen alter
Si fecisset ĭdem, caderet sub iudice morum.

in neutro tamen praeterea geminatur compositio: dicimus enim 'identidem', id est 'idem | et idem', cuius obliqui deficiunt casus. et nomi||nativus quidem tam masculini quam neutri ex duobus est corruptis nec non accusativus tam masculini quam feminini: mutatur enim m in n ante d euphoniae causa, ut 'eundem, eandem', quod in aliis quoque compositis fieri solet propter eandem consonantem, ut 'quendam, quandam; quorundam, quarundam', quae tamen possunt et per adiectionem habere extremam syllabam. ceteri vero casus supra dictorum pronominum, hoc est 'eadem, 22
eiusdem, eidem, eodem, eadem, eisdem, easdem, eosdem', ex integro et

1 numerus] *om. R* uero numerus *r*, *at cf. Apoll. l. l. C* 1 numerus "in omnibus "possesoris possesiuis *K* in nominibus] *b* in omnibus *BHGL* apellatiuis *D* appelatiuis *G* 3 uero *add. d* 4 quam pluralem *DK* possitiones *G* possesiones *D* 6 haectoreus *Brh* hectorius *GLK* haectorius *RDH* 7 uero adiunguntur *om. GLK add. k* 9 DE FIGVRA *BHL inscriptionem om. DG* 10 Figura quoque pronominum *K* sunt omnia pronomina *GLK* 11 nominatiu*os *H* .Trea *G* 12 interpretionem *B* οὗτος] *α* (ουτοσ' 3) ΑΥΤΟϹ *d* ΑΥΤΟϹ *D rell.* 13 is hic *GLK* isthic isthaec *K* istec *D* 14 istuc *Rr* isthoc *K* 15 et *om. GLK* 16 correpta] *r* correptam *RB* *Verg. Aen.* IIII 679 (*deficit Rom.*) 17 IIII] *d* VII. *D* 18 ferre *R* hora] *sic etiam Verg. Fr.* ora *LK Pal.* 19 *Iuv. sat.* I 4, 11 *sq.* in I *om. G* 21 caderet] *rh* cadere *RBHGLKd* cadarei *D* 23 et *D* ca*sus(u) *B* 24 duobus] *d* duabus *DLr et ex* duabus *effectum H* correptis *Rr* accussatius *L* 28 quarundam] *h* quarandam *H* 30 eadem] eędem *D* eosdem easdem *G*

p. 946 P. p. 552 K.

corrupto inveniuntur. itaque regula exigit per duas i vel per e et i tam nominativum pluralem masculini quam dativos et ablativos omnium plurales scribi, id est 'iidem' vel 'eidem' et 'iisdem' vel 'eisdem'. Iuvenalis in V saturarum:

dat eisdem ferre cinaedis.

solent autem auctores etiam per synaeresin unam i ponere pro duabus, ut Virgilius in I:

et crudelia secum
Fata Lyci,

pro 'Lycii', et

ille urbem Patavi,

pro 'Patavii', Iuvenalis in IIII:

Antoni gladios potuit contemnere, si sic,

pro 'Antonii'. 'iste' vero et 'hic' non componitur nisi per eos casus, qui in c desinunt, absque dativo, id est per nominativum, accusativum, ablativum singularem, per pluralem vero nullum nisi nominativum neutri, qui est et accusativus. nam hic solus in plurali numero c habet finalem - ut 'hic istic, haec istaec, hoc istoc, hunc istunc, hanc istanc' (Terentius in heautontimorumeno:

Suspicionem istanc ex illis quaere),

'hoc istoc, hac istac, haec istaec' -, qui semper singularem sequitur feminini. quidam tamen haec quoque per metaplasmum finis quam compositionem proferri confirmant, unde nec aspirationem servant, quomodo nec
23 'illic illaec'; quod autem composita servant, ostendunt adverbia 'adhuc', 'abhinc'.

Nam 'egomet' et cetera, quibus adiungitur 'met', magis per porrectionem vel assumptionem, quam Graeci vocant *ἐπέκτασιν* vel *παραγωγήν*,

1 duas ii *RBH* duas ii *Dd* 2 pluralium scribi *GLK* 3 iidem et eidem *D* iisdem] *ex* eisdem *corr. B* *Iuv. sat.* V 14, 30 4 in V saturarum *om. G* V *Krehlius* II 538; II. *libri* V saturarum *Rr* saturarum *D* satirarum *G* saturarum Implet et ad moechos dat *B*; *versus integer affertur lib.* VII § 15 XIII 15 XVIII 288

5 cinedis *H* cenaedis *G* caeneidis *Kk* 6 pone *Rr* re 7 *Verg. Aen.* I 221 *sq.* in I *om. D* 8 crudilia *K* crudeli *G* 9 fatalici *H* lici *BD* 10 pro Lycii *om. D* licii *R* *Verg. Aen.* I 247 11 ile *R* ille urbem *om. B* petaui *G* 12 pro pataui *R* pro petauii *G* *Iuv. sat.* IIII 10, 123 III. *RBDHK* tertio *L* 13 gladios] *r* gladius *RDH* potuit contempnere posset si *B* contempnere *RKd* contenere *D* possit *post* contemnere *add. DHGLK del. dh* 15 et accussatiuum *K* et accusatiuus *Rr* 16 nominativum] *b* nomina *B* 17 est 18 isthic *K* istaec] stęc *R* isthaec *K* isthoc *K* isthunc *K* isthanc *K* *Terent. heautontim.* V 2, 41 19 hęautontimorumeno *RD* eaytontimorumeno *B* *eatontimorumeno (h) *L* eaautontimoro meno *K* phormione *G* 20 Suspicionem] *sic Bemb. Bas.* suspitionem *DH* istā *Bas.* q̄rere *G* 21 isthoc *K* isthac *K* isthaec *K* semper per singularem *B* feminini sequitur *K* femini *D* 24 illaec] illuc *in litura h* illac *K* autem] *b* atem *B* adhunc *Rr* 25 et abhinc *GLK* 26 adiungitur] *h* adiunguntur *H* 27 adsumptionem *B* uocant *add. h* *ἐπέκτασιν* vel *παραγωγήν*] *om. D* GR *et in mg.* ΕΠΕΚΤΑCΙΝ uel ΠΑΡΑΓΩΓΙΝ *d* H paragogen *R* ΠΑΡΑΓΟΓΗΝ *BK* ΠΑΡΑΓΟΓΗΝ *G* E

p. 946. 47 P. p. 552. 53 K.

solent proferri. et primae quidem personae omnibus | adiungitur || casibus: ‘egomet, meimet, mihimet, memet’, secundae vero personae obliquis solis: ‘tuimet, tibimet’ - Statius in VIIII Thebaidos:

Ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores –,

‘temet’; nominativo autem ideo non additur, ne dubitationem faciat, cum etiam verbum intellegi possit, si dicamus ‘tumet’. itaque brevem ‘te’ syllabam pro ‘met’ ei addere solent auctores vel ‘temet’. Lucretius in primo:

Accipe praeterea, quae corpora tutĕ necesse est.

idem in eodem:

Tutĕmet a nobis iam quovis tempore vatum.

Ennius:

O Tite tutĕ Tati tibi tanta tiranne tulisti.

Alphius Avitus in II excellentium:

Seu tutĕ malis hospites,
Seu tutĕ captivos habes;

sunt enim dimetri iambici. unde neque in alio casu eandem ‘te’ syllabae adiectionem invenies. nec non pluralis numeri casibus additur ‘met’ aliis absque genetivo: ‘nosmet, nobismet’ et ‘vosmet, vobismet’ - Cicero de domo sua: vobismet ipsis pontifices –, tertiae quoque personae 24 triptoto, id est ‘suimet, sibimet, semet’.

‘Pte’ quoque ablativum [trium] pronominum possessivorum invenio asciscere: ‘meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte’.

Sciendum tamen, quod ‘met’ et ‘te’ adduntur supra dictis pronominibus vel discretionis causa plerumque vel significantiae, ut Terentius in adelphis:

* 3 ut tuimet *GLK* *Stat. Theb.* VIII 67 in VIII Thebaidos *om. G* VIII. *RB* tebaidos *L* 4 screpta *B* laturos *G* honores tenet. Nominatiuo *B* 5 iddeo *Dd* 6 uerbum *in mg. post* intellegi *add. k* 7 solent addere *GLK* *Lucret.* I 269 8 prima *DHL* 9 Accipere *B* quae] *sic etiam Lucr. oblongus, ‘corrector oblongi* quod, *quadratus et schedae omittunt’* lute *Rr* est *om. G* 10 *Lucret.* I 102 11 Tutemet] *r* tu autem et *R* quouis *etiam corr. cod. Lucr. oblongi* quoduis *libri Lucr. opt. rell.* 12 *Enn. ann.* I 151 *E. S.* 49 *Ilbg.* LXXI *p.* 18. XXXVIII *Vahl.* 13 tiranne] *R* tyranne *rell.* 14 auitius *K* *Alphii Aviti excellentium lib.* II *fr. v. ll. lib.* VIII § 44 *ll.* 15 tote *Rr* mauis *Valesius in adnot. ad excerpt. Peiresc. p.* 82 ospites *Rr* ospites *GL* obsides *Valesius l. l.* 16 captiuos, habes *Andr. Schottus in* (*Aur. Vict.*) *de vir. ill. c.* 23 habe *Valesius l. l.* aues *Stewechius ad Apuleium p.* 150 17 demetri *Hh* iambi *D* 18 numeri*(s) *H* additur met casibus *G* 19 nobismet uosmet et *B* *Cic. de domo sua or.* 17, 45 20 domu *GK* uosmet *G* 22 trium] *in mg. add. K* quinque *edd. et sic scripsisset Priscianus cf.* § 1. 29 posesiuorum pronominum *G* possesiuorum pronominum *K* asciscere *Rr* adsciscere *BDH* 23 tuapte *om. D* 24 quod et met et *LK* et met et te et pte *B* et met et te et pte *Dd* pronominibus supradictis *D* nominibus *Rr* 25 uel pro discretionis *B* *Ter. adelph.* IIII 4, 20 26 in adelphis *om. G*

Egomet rapui,

intellegimus enim ‘ego et non alius’. Cicero pro Murena: quid? quod, cum admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas? ‘tute’ dixit pro ‘tu ipse per te et non per alium’. nam ‘tētē’ utraque producta accusativus esse geminatus ostenditur vel ablativus, quod et in prima et in tertia solet fieri persona, ut ‘méme’, ‘sése’; composita tamen ostenduntur accentu paenultimo acuto. nec mirum, eam compositionem in his solis casibus inveniri, qui soli inter obliquos supra dictorum pronominum singulares sint monosyllabi: supra dicta enim geminatio in aliis casibus fieri non solet. et sciendum, quod hoc quoque ad Graecorum imitationem facimus, ut inveniantur quidam casus adhibentes compositionem vel adiectionem, alii vero abnegent. solent enim apud illos Attici ἔγωγε, ἔμοιγε per duos casus, id est nominativum et dativum, addere, quae παραγωγή per alios casus non invenitur; ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ deficiunt nominativo.

‘Ce’ quoque solebant per omnes casus vetustissimi addere articularibus vel demonstrativis pronominibus, hoc est ab aspiratione incipientibus, ut ‘hicce, huiusce, haecce, hocce’, unde ‘hoc’ quasi duabus consonantibus sequentibus solent poetae producere, ut:

Hōc erat, alma parens, quod me per tela, per hostes
Eripis?

et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis c scriptum, quomodo est apud Terentium in Andria:

Hoccine est credibile aut memorabile?

2 et ego et *DG* *Cic. pro Murena or.* 36, 77 3 quod cum] cum *Cic. plerique* quod *Helmst.* quaeso *Oxon. T* ammoneris *DHGLK* admoneres *B* tamen] eciam *Cic. Oxon. T* tamen quesi tute *Rr* ita et *GLK* salutes *Cic. Monac.* 68 5 quod in prima *G* 6 compositamen *Rr* tamen haec ostenduntur *G* 7 compossisionem *K* 9 sunt *d* 10 et sciendum, quod hoc quoque ad *om. GLK* sciendum hoc quoque ad *add. l* 11 emitationem *K* 12 negant *K* illos] grecos *B* 13 *Graeca per totum h. l. om. D* ΓΩΓΕ *H* ΕΓΟΓΕ *B* ΕΓΩΓΕ ΕΜΩΓΕ *add. d* ET ΕΤΩΤΕ ΕΑΜΟΥΤΕ *G* et ΕΓΩΤΕ ⁎ΜΟ⁎ΤΕ *Ll* et ΤΕ ΕΓΟΓΕ ΕΑΥΜΟΥΡΕ *K* ΕΜΟΙ ΤΕ *Rr* casus *add.* d 14 adere *Rr* παραγωγή] *om. D* ΠΑΡΑΓΩΓΕ *Rd* ΠΑΡΑΓΟΓΕ *B* ΠΑΡΑΤΩΤΗΝ. *G* inueni⁎⁎tur(un) *L* ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ] *add. d* ΕΜΑΥΤΩΥ ΣΑΥΤΩΥ *R* ΕΜΑΑΥΤΟΥ ΣΑΤΟΥ *G* ΕΜΑ⁎ΥΤΟΥ ΣΑΤΟΥ(Α) *L* ΕΜΑΙΓΟΥ ΣΑΥΓΟΥ *B* ΣΑΙΤΟΥ *H* ΕΑΥΤΟΥ *K* 16 arddere *K* 18 hocce haecce *K* 19 Consequentibus *R* cc sequentibus *Bd* c sequentibus *DHGLK* *Verg. Aen.* II 664 *sq.* 20 Hoc] *sic etiam Med. Pal. Ver.* (*deficit Rom.*) hocc *dh cf. sqq. et lib.* XIII § 9 hoc *L* hoc *Kk* hocce *R* tela hostis *Hh* tela hostes *Bb* hostes] ignes *Priscianus lib.* XIII § 9 *et sic vel* ignis (*Med.*) *codd. Verg.* (*in Pal. h. l. lacuna, de Rom. v. supra*); hostes *videtur gloss. ad* tela *pertinens, cui genuina lectio* ignes *cessit* 23 *Ter. Andr.* IIII 1, 1 24 est *sup. lin. add. Prisc. vet. cod. Cantabrig. a Bentleio ad hunc Ter. l. l.* est credibile ⁎ aut(c̄) *L*

p. 948. 49 P. p. 554. 55 K.

nunc vero eorundem pronominum his casibus frequenter additur ‘ce’, qui in s desinunt, euphoniae causa: ‘huiusce, hisce, hosce, hasce’. nec solum poetae, sed etiam oratores his utuntur supra dictis adiectionibus. Cicero in II invectivarum: hosce ego non tam milites acris quam infitiatores lentos esse arbitror. inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem ‘hisce’ proferentes antiqui, ut Terentius in eunucho:

hisce hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem esse,

in quo videntur euphoniae causa s interposuisse. nec non similiter ‘illicce’, unde ‘illíc’ quasi apocopa facta in fine servat accentum. Terentius in Andria:

illíc est huic reí caput.

‘illiusce’, ‘istiusce’, ‘illucce’, ‘istucce’ veteres dicebant teste Papiriano, qui de orthographia hoc ostendit. Terentius in heautontimorumeno:

Illancine mulierem alere cum illa familia.

Haec igitur, hoc est ‘met te pte ce’ adiectiones esse ipse sensus arguit, qui nullus in his separatis potest inveniri: nihil enim compositum dividitur, quod cum separetur, quamvis sit ex corruptis, non tamen haec eadem corrupta ab integris esse ostendat, ut ‘expers’ ab ‘ex’ praepositione et ‘pars’, ‘conficio’ a ‘con’ et ‘facio’, ‘idem’ ‘is demum’. ergo ‘egomet, tute, suapte, huiusce’ minime dicenda sunt composita, quia additio, si separetur, nihil significare possit per se. ||

Quaeritur, ‘eccum, eccam, ellum, ellam, eccos, eccas, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum’ prono|mina sint composita an adverbia? ad quod dicendum, quod adverbia personas simul et numeros et ca- VI 27

1 erundem *Rr* qui] quae *B* 3 utuntur his adiectionibus supradictis. *G* subpradictis *H* *Cic. in Catil. or.* II 10, 21 4 milite saçris *B* aceris *GLK* acres *libri Cic.* 5 inficiores *Rr* inficiatores *GLK* lentos *om. Cic. Rhenaug.* 6 hisce] *v. Ritschelium monum. epigraph. tria p.* 20 *Ter. eunuch.* II 2, 38 *sq.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 8 hisce *etiam Bemb.* hijce *Bas.* arbitrẽnt** *Bemb.* 10 interposuisse] *d* interpotuisse *D* illice *GL* 11 accen *Rr* *Ter. Andr.* II 6, 27 *.!...* illic est huic (huic *Bas.*) reí caput 13 illicce huius *H* huic] *B* huius *rell.* ‘*et sic certe Donatus*’ *Fl.* caput] *r* capud *RD* 14 illuce *LK* istuce *LK* paperiano *GK* 15 hortographia *R* ortographia *BK* ortagraphia *GL* ortografia *H* *in frustulis Papiriani a Cassiodoro excerptis haec non servata sunt* hoc *add. r* *Ter. heautontim.* IIII 5, 3 in heautontimorumeno *om. G* eaytontimorumeno *B* heautantimorumeno *L* eaauton *K* 17 illauccine *RH* muliere malere *GL* mulierem malere *K* alere *ex corr. h* 18 iḍ *L* pte cè te *K* 19 nullis *H* his] *d* he *D* 20 quod] *r* quo *R* quod *** cum *B* quod non cum *LK* . Quod non cum *H* quod „cum non *G* quam uix *Dd* non *om. DGLK del. h* 21 ostendit *GL* expers] *r* expres *R* ꝓpositione *Hh* 22 conficio *ex* conficta *corr. L* is et demum *BGd* 23 quia] quae *B* 24 posset *B* 25 ellam] *add. r om. R rell.* 26 sint] *r* sunt *H* sunt *RBDK* an] *r* in *R*

p. 949. 50 P. p. 555 K.

sus in eodem habere non possunt. sunt enim quaedam personas tantum significantia, ut ‘meatim facis’ et ‘facitis’, quaedam casus videntur certos nominum habere, carent autem personis, ut ‘domi, domo, domum’, quaedam numeros, ut ‘semel, bis’; omnia autem simul supra dicta nisi in pronominibus, inveniri non possunt. sunt igitur sine dubio pronomina. adeo autem non est idem dicere ‘ecce’ et ‘eccum’, quod ‘ecce’ adverbium licet tam mares quam feminas et unum et plures demonstrantibus dicere, ‘eccum’ autem non nisi marem et unum et ‘eccam’ non nisi feminam et unam, ‘eccos’ et ‘eccas’ non nisi plures. quid est enim aliud ‘eccum’ nisi ‘ecce eum’? ‘eccam’ nisi ‘ecce eam’? ‘eccos’ nisi ‘ecce eos’? ‘eccas’ nisi ‘ecce eas’? ‘ellum’ nisi ‘ecce illum’? quae omnia tam genera diversa quam casus habent accusativos utriusque numeri, quos exigit verbum ‘vide’ vel ‘aspice’ vel ‘cerne’, quod saepe per ellipsin solet intellegi.

‘Mecum’ autem et ‘tecum, secum, nobiscum, vobiscum’ per anastrophen cum pronomine praepositio est, unde et casus, qui serviunt praepositioni ‘cum’, id est ablativi, in utroque numero trium personarum com-
28 ponuntur; quomodo igitur, si dicam ‘propter te’ et ‘te propter’, idem significo et ‘cum quibus’ et ‘quibuscum’, sic ‘cum me’ et ‘mecum’. nam antiquissimi utrumque dicebant, sed in plurali primae personae cacemphati causa solebant per anastrophen dicere ‘nobiscum’ pro ‘cum nobis’. itaque propter hoc reliquarum quoque personarum ablativos similiter praepostere proferre coeperunt teste Plinio, qui hoc in II sermonis dubii ostendit, et Cicerone, qui de oratore his utitur verbis: noluimus ‘cum me’ et ‘cum te’ dicere, ne eadem computatione adiungendum esset ‘cum nobis’, sed potius ‘mecum’ et ‘te||cum’ et ‘nobiscum’ diximus, ‘cum’ praepositione,

1 eadem *K* significantia tantum *G* 6 et eccum] et haeccum *R* ut eccum *r* 7 mores *Rr* unum plures *G* demontrantibus *L* 8 Eccū *ex* Ecc⋆ *corr. B* mar⋆em *H* et non nisi unum *G* 9 plurales *G* quidem *Rr* 10 nisi ecce eum *add. d* et eccam *G* ecos *G* 11 omnia] *r* communia *R* 12 accusatiuos *ex* accusatiuus *corr. D* nnmeri⋆ *B* quos] *r* . Quo *Hh* quem *RDG* q̃ *LK* 13 uerbo *D* ellypsin *B* elipsin *D* eclipsin *H* eclypsim *R* 15 et tecum et secum *D* uobis *Ll* uobiscum cum per *K* 16 cum pronomen *Hh* qui *add. r* 18 propter te et propter *B* 19 significatio *D* 20 Nam et antiquissimi *R* cacenphati *RBHGLK* cacenphatin *D* 23 plenio *K* *Plinii dub. serm. lib.* II *fr.* Cl *ap. Lerschium Sprachphilosophie d. Alten* I 200 24 *in Ciceronis de or. libris haec hodie non leguntur: idem argumentum tractatur in or.* 45, 154 *cf. epp. ad M. Terentium Varronem* (*vg. epp. ad fam. lib.* VIIII) *ep.* 22, 2. *haec Pliniana esse loco mota, ipsa Ciceroniana periisse arbitratur Krehlii censor Ienensis l. l. p.* 423 de oratione *L* 25 nolumus *K* . eadem computatione *GLK* eidem conputationi *DH* ne⋆dem computationi *Rr* neceidem computatione *B* 26 adiugendum *D* 27 diximus cum cum *B*

p. 950 P. p. 555. 56 K.

quae facit obscenum, assidue postposita. antiqui tamen absque 29
observatione naturali ordine haec protulisse inveniuntur. nulla tamen monosyllaba praepositio anastrophen patitur nisi | ea, et fortassis ideo enclitici vice fungitur, quia enclitica monosyllaba sunt: ‘que, ve, ne’.

Nec mirum, supra dicta pronomina unius causa idem pati, cum in aliis quoque quibusdam structuris haec eadem sola communes habent quasdam proprietates. ‘interest’ et ‘refert’ genetivo solent adiungi omnium casualium absque supra dictis quinque pronominibus, pro quorum genetivis ablativos ponimus possessivorum, ut ‘interest’ et ‘refert mea, tua, sua, nostra, vestra’. ‘cuia’ quoque infiniti possessivum cum supra dictis verbis pro genetivo primitivi ponitur - Cicero pro Vareno: ea caedes si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit –, cuius gentile non solum ‘cuias’, sed etiam ‘cuiatis’ proferebant communi genere. Plautus in Poenulo:

Quid sit, cuiatis, unde sit, ne parseris. -
Quid est? cuiates estis? aut quo ex oppido?

‘pte’ quoque ea sola in eodem ablativo assumere solent: ‘meapte, tuapte, 30
suapte, nostrapte, vestrapte’.

Sed si quem forte tangit, quod in fine sit ‘cum’ praepositio, in compositione autem plus dicatur valere ea pars, quae in fine sit, sciat, quod coniunctiones et praepositiones et adverbia vim nominum vel pronominum ante se positorum in compositione non mutant, ut ‘uterque, quisque, quicumque, qualiscumque, totidem, idem, tantundem’, cuius genetivus solus ex obliquis in usu invenitur, ‘tantidem’ - Terentius in adelphis:

tantidem emptam –,

quod quamvis videatur pro ‘eiusdem’ poni, tamen significat quantitatem, quae in pronomine esse minime potest, quod substantiam solum, ut saepe diximus, significat. est igitur nomen, quomodo et simplex eius, ‘tantus tanta tantum’. usus quoque hoc confirmat. ‘tantidem’ dixit ‘emptam’,

1 oscenum *G* assiduae *Rr* adsiduae *H* 2 obsseruatione *R* 3 nisi ea fortassis *G* enclitici] *r* encliaci *R* enclytici *D* encletici *K* 4 encletica *DK* que ue *Ll* ne ue *G* 6 quoque] *d* eoque *D* cumunes *D* communas *H* habeant *L* quadāspropriaetates *Dd* proprietates quasdam *G* 7 propriaetates *R* 11 primitiui *add. d* *Cic. pro Vareno or. fr.* 9 *p.* 443 *Or.* mureno *K* caedes *Rr* 12 si crimini datur, detur ei potissimum *Patricius* cremini *LK* cremina *G* datur datur detur *r* ei] *r* et *R* aei *H* *post* interfuit: non — interfuit *add. r* 13 nihil *spscr. in L* 14 commune *B* *Plaut. Poen.* V 2, 33 *sq. cf. lib.* XVII § 23 in Poenulo *om. G* penulo *DH* penulo *RBLK* 15 Quid] *sic libri etiam lib.* XVII *l. l.* qui *Plautus* quopatis *Plaut. Pall.* cuiatis ut desit *B* parseris] *d* passeris *RBDHGLK* parleris *Pall.* 16 Quid est] *r* quidem *RB* Auo *Pall.* quolates *Pall.* estis *D* estis unde aut quo*(d) *R* ex quo *B* 19 si quem] *rh* si quidem *RH* *post* fine sit *sqq.* — fine sit *add. r* 20 ea pars ualere *G* sit] fit *GK* 22 ante positorum *Rr* compositione mutant *Rr* 24 in usu *om. G* *Ter. adelph.* II 1, 46 in adelphis *om. G* adelphys *R* 25 emtam *H* 26 poni] *r* prono *R* 27 substantiam ut sepe diximus significat solam *K* solam *GL* 29 eptam *G*

p. 950 – 52 P. p. 556. 57 K.

quantitatem similem pretii ostendens. 'tan||tundem' ergo nihil aliud significat nisi relationem et similitudinem quantitatis, quod etiam si posset pro 'idem' accipi, non tamen iam et pronomen esset. non enim id, quod pro aliquo accipitur, omnimodo etiam ex eadem specie ac|cipiendum est.

31 Componuntur nomina cum pronominibus, ut 'huiusmodi, istiusmodi, huiuscemodi', sicut et apud Graecos αὐτοκασίγνητος, αὐτοδίδακτος, φίλαυτος, et sunt omnia nomina, etiam quae in fine pronomen habuerint: cum enim qualitatem significant, pronomina esse non possunt. componuntur etiam cum adverbiis pronomina: 'eccum, eccam, eccos, eccas, ellum'; cum praepositione etiam secundum Donatum: 'mecum, tecum'. nec mirum, per singulos quosdam casus ea componi, quomodo et 'meme, tete, sese', cum nomina quoque supra dicta per genetivos composita sint solos; quos enim casus separata per appositionem habere exigebat structura, eos in compositione servavere. quid est enim 'eiusmodi' nisi 'modi eius'? 'eccum' nisi 'ecce eum'? 'mecum' nisi 'cum me'? quod vetustissimis erat in usu, sicut supra dictum est.

DE NVMERO.

32 Numerus pronominibus accidit, qui et nominibus et verbis et participiis, id est singularis et pluralis. sola enim declinabilia possunt habere ex eisdem vocibus tam singularem quam pluralem numerum, id est quae sub personas finitas cadere solent, sine quibus numeri declinabiles, id est singulares et plurales, inveniri non possunt. itaque si careat verbum persona, quod dictum est iam, caret necessario etiam numero, ut infinita et impersonalia et gerundia. || principales igitur duae partes, nomen et verbum, et quae loco eorum funguntur, hoc est participium et pronomen, supra dictos numeros habent in declinatione. aliae autem quattuor partes, hoc est praepositio, coniunctio, adverbium, interiectio, declinatione carentes numeros supra dictos habere non possunt. quamvis igitur adverbia sunt

1 prętii *B* praecii *Rr* p̄tii *ex* p̄tea *corr. G* 2 possit *D* 3 quod aliquo *G* 5 huiusmodi] eiusmodi *L* huiuscemodi huiusmodi istius modi (huiusmodi *in mg.*) *K* istiusmodi *add. r* 6 AYTOKATCIГNHTOC *B* AYTOKACIГHNTOC *H* AYTKACICNHTOC *GLK* TAKH AYTωKA****TOC (a se diiudicatus *spscr. r*) *Rr om. D* GR. *et in mg.* AYTOKATAKPITOC *d* AYTOKATACNHTOC *l* αὐτάρετος *Apoll. de pron. p.* 79 *C* 2 *Bk.* αὐτοδίδακτος] *add. d* φίλαυτος] *add. d* ΦIΛΑΥΤΟC *HGLK* ΦIΛΑΥΤωC *R* AYTOΦIΛΑΥTωC *r at v. Apollon. l. l.* C 3 7 omnia cum pronominibus quae *Gg* finem *D* nomina nomen *Hh* nomen *b* 9 ellum et cum *B* prapositione *Rr* *Donatus* II 13, 2 *p.* 1759 *P.* 21 *Lind.*: (aduerbia) personalia, ut mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum 11 et] *r om. R* 13 sint] sunt *B* enim *om. GLK* 14 servavere] *h* seruare *RDHGLK* huiusmodi *K* 17 De numeris *GK* finit de figura. InciPit de numero *L* 18 ponominibus *H* 19 diclinabilia *K* 20 isdem *Rr* hisdem *GLK* isdem *H* singularem numerum quam pluralem *GL* numerum singularem qum pluralem *K* 21 finitas] finitas siue infinitas *BHGLrd* finitas siue infinitas *K* diclinabiles *K* 22 non possunt inueniri *G* si *add. r* careant *D* 23 uti *B* 24 inpersonalia *B* 25 earum *GLKd* hoc] id *L* 26 autem *om. L* partes orationis hoc *G* 28 sint *K*

p. 952 P. p. 857. 58 K.

quaedam numerorum, tamen non ex eadem voce singularem et pluralem significant nec ad personas vel singulas singularem vel plures pluralem, quomodo supra dictae partes, reddunt numeros, sed similiter vel uni vel pluribus eadem adiunguntur, sive singularis sint numeri sive pluralis, ut 'semel facio, facis, facit, facimus, facitis, faciunt', similiter 'bis, quater, saepe', cum declinabiles partes necessario sibi adiunctae eosdem numeros servant, ut 'facimus nos, faciunt homines, faciunt scribentes': ecce omnes plurales. et iterum 'facio ego, facit homo, facit scribens': en ubique singularibus utimur. cum igitur duo in pronomine quoque, quomodo in no- 33
mine, sint numeri, singularis et pluralis, sunt quaedam numero communia, ut 'idem', dicimus enim 'idem vir' et 'idem viri'; sunt alia non solum numero, sed etiam diverso genere communia, ut 'haec mulier' et 'haec mancipia'. possessiva autem, quemadmodum iam diximus, duplicem significant numerum. et intrinsecus quidem eundem habent, quem primitiva eorum, extrinsecus autem pro terminationis forma singularem et pluralem: 'meus mei, noster nostri'. unde 'suus', quia et primitivum eius utriusque est numeri commune, id quoque intrinsecus utriusque est numeri commune tam per singularem quam pluralem declinationem: dicimus enim 'suus illius' et 'suus illorum'. | ||

1 singularem uel et *R* 2 significat *H* ne ad *Rr* singulas *ex* singulares *corr. D* plurales *K* 4 siue singulares *D* sunt *G* 7 facimus homines *K* facimus homines *GL* *post* scribentes: ecce — scribens *add. d* 9 quomodo *om. L* 10 numero quaedam *G* commonia *D* 12 commonia *D* ut haec haec mulier *DH* haec ut haec mulier *K* 13 quemammodum *BL* significent *L* 15 pro * terminationis (p) *R* f*rmā (i?) *B* formā *b* singularem *G* pluralem numerum *K* 16 quia et *Rr* 17 *sq.* numeri commune est *K* 18 commone tam *D* quam per pluralem *BHGLKr* diclinationem *K* 19 et suus illorum] illorum *G* suus illorum *g*

Explicit liber XII. | Inciꝑ lib. XIII de pronomine (de casibus *in mg. add. r*) Theodorus u d memorialis ss epistolarum et adiutor u m questoris spī scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonas febroarias mauortio u d consule. DE CASIB; *Rr* EXPLICIT LIB XII. DE PRONOMINE INCIPIT LIB. XIII. DE CASIBVS. Theodorus memorialis .ss. sacri scrinii epistolarum et adiutor questoris spī scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis febroariis mauortio consule. *B* Explicit lib. XII de pronōe. | Theodorus memorialis ss. epistolar et adutor (*sic*) quaestoris spiriti scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis februariis martio consule. | INCIPIT .XIII. lib de casibus *G* explī liber XII | Theodorus sr epistolarum et adiutor qstoris spiriti scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonîs februariis martio consule. | incipit lib. XIII de pronomine *K* EXPLICIT LIB .XII. INCIP XIII. | Theodorus memorialis ss epłarum et adiutor quęstoris spī scripsi manu mea in urbe roma constantinopoli nonis feb mauortio consule. *D* EXPLICIT LIB. XII DE PRONOMIN. INCIPIT LIBER. XIII. | THEODORVS. MEMORIALIS. SS. EPISTOLARVM ET ADIVTOR quęstoris spī. scripsi. manumea. inurberoma. constantinopoli. nonis. februaris. martio consule. | DE CASIBVS *H* Explicit XII lib | Incipit XIII de pronomin eiusdē casibus. Sed primum de uocatiuo *L*

WITHDRAWN
FROM STOCK
QMUL LIBRARY